


Handwritten text in a stylized, possibly cursive or shorthand script, oriented vertically on aged, stained paper. The text is difficult to decipher due to the style and wear.

No A
1-124



16 at 6.6

Ministry of Education GRANADA	
Salto	A
Grado	1
Tabla	127
Fecha	

12

No 1
5-65

Biblioteca Universitaria
GRANADA
A
01
Folio
Número 127

0
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28

16 at 6.6

Biblioteca Universitaria	
GRANADA	
Libro	A
ISSN	1
Tabla	
Numero	127

No 1
5-65

12

Biblioteca Universitaria
GRANADA
A
01
Folio
Número 127






SVB PHILIPPO
secundo Hispania-
rum Rege.

DIDACI COVAR-
RVVIAS TOLETANI,
Segobienſis Episcopi, ſupremiq; ſenatus
Hispaniarum præſidis meritiffimi,
in Gregorij Noni titulum de
Teſtamenti Com-
mentarij.

EX QVARTA AV-
toris recognitione.



SALMANTICÆ,
Apud Alexandrū à Canoua.
M. D. LXXIII.

Esta taſſado à tres maravedis el pliego.



PHARMACOPŒA

ROYALE

DE

FRANCE

PARIS

1743

DE LA

ROYAUME

DE FRANCE

DE LA

ROYAUME

DE FRANCE

DE LA

ROYAUME

DE FRANCE

DE LA

ROYAUME

DE FRANCE

DE LA

ROYAUME

DE FRANCE

DE LA

ROYAUME

DE FRANCE

DE LA

ROYAUME

DE FRANCE

DE LA

ROYAUME

DE FRANCE

DE LA

ROYAUME

DE FRANCE

DE LA

ROYAUME

Licencia.

DON Phelippe por la gracia de Dios, Rey de Castilla, de Leon, de Aragon, de las dos Sicilias de Hierusalem, de Nauarra, de Granada, de Toledo, de Valencia, de Galicia, de Mallorcias, de Seuilla, de Cerdeña, de Cordoua, de Corcega, de Murcia, de Iaca, de los Algarues de Algezira, de Gibraltar, Duque de Milan, &c. Por quanto por parte de vos el Reuerendo in Christo padre Obispo de Segobia del nuestro cõsejo, nos ha sido fecha relacion, diziendo que con licencia y priuilegio nuestro vos auia des fecho imprimir vn libro que auia des fecho sobre el titulo de Testamentis, y agora lo auia des añadido mucho mas, y nos suplicastes os diessemos licencia y facultad para lo poder imprimir con lo que auia des añadido, o como la nuestra merced fuessse, lo qual visto por los del nuestro consejo, y como por su mandado se hizieron las diligencias que la pragmatica por nos nueuamente fecha sobre la impresion de los libros dispone, y auiendo se con nos consultado, fue acordado que deuamos mãdar dar esta nuestra carta para vos en la dicha razon, y nos tuuimos lo por bien, y por la presente damos licencia y facultad a qualquier impressor de nuestros Reynos que pueda imprimir el dicho libro que de suso se haze mencion con lo a el por vos nueuamente añadido, sin por ello caer ni incurrir en pena alguna, con que no se pueda vender ni venda, sin que primero se trayga al nuestro consejo juntamente con el original que en el se vio, que va rubricado y firmado al cabo de Pedro del Marmol nuestro escriuano de camara de los que residen en el nuestro consejo, para que se vea si la dicha impresion esta conforme al original, y se tasse el precio, que por cada volumẽ ouieredes de auer, so pena de caer, e incurrir en las penas contenidas en la dicha pragmatica y leyes de nuestros Reynos, de lo qual mandamos dar y dimos esta nuestra carta sellada con nuestro sello, y librada de los del nuestro consejo. Dada en Madrid, a catorze dias del mes de Deziembre, de mill y quinientos y setenta y vn años.

D. Cardi. El Doctor Diego Casca. El Licenciado Iuan Thomas. El licenciado Contreras. El Doctor Auedillo.

Yo Pedro del Marmol escriuano de su Magestad, la fize escreuir por su mandado con acuerdo de los del su consejo.

T A S S A.

YO Pedro del Marmol secretario del cõsejo de su Magestad, doy fee q̃ por los señores del cõsejo de su Magestad, fue tassado vn libro intitulado Testamētis Cõmētarij, fecho por el illustrissimo don Diego de Couarruias de Leyua, Obispo de Segobia, Presidente del consejo de su Magestad, a tres marauedis cada pliego, y a este precio mandaron que se venda, cõ que primero que se imprima se aya de poner y ponga esta tasa al principio del dicho libro, y sin ella no se pueda vender ni venda, para que dello conste por mandado de los dichos señores, y de pedimiento de la parte de Alexádro de Canoua impressor, di la presente firmada de mi nombre. Que es fecha en la villa de Madrid, a diez y nueue de Nouiembre de mill y quinientos y setenta y dos años.

Pedro del Marmol.


El Rey.

POr quãto por parte de vos el Reuerẽdo in Christo padre don Diego de Couarruias de Leyua Obispo de Segouia del nuestro consejo, nos ha sido hecha relacion diziẽdo q nos os auamos hecho merced de daros priuilegio para que por tiempo de diez años vos y no otra persona alguna pudiesedes imprimir dos libros que auiaades hecho intitulos el vno de Testamẽtis, y el otro Epitome, in quartũ Decretalium, porque el termino del dicho priuilegio era espirado y auia necesidad de los tornar a imprimir por ser materia muy provechosa nos suplicastes os mandassemos prorrogar el dicho priuilegio por el tiẽpo que fuẽfemos seruido. O como la nuestra merced fuẽfue, y por los del nuestro consejo visto por os hãzer bien y merced, fue acordado que deuiamos mãdar dar esta uuestra cedula en la dicha razon, e nos tuuimos lo por bien, e por la presente prorrogamos y alargamos el termino contenido en el dicho priuilegio que ansı vos dimos para poder imprimir los dichos libros que de suso se haze mẽcion por otros diez años mas, los quales mandamos que corran y se quenten desde el dia de la hecha de esta nuestra cedula en adelante, y durante el dicho tiempo mandamos que vos o la persona o personas que vuestro poder ouierẽ podays imprimir los dichos libros sin por ello caer ni incurrir en pena alguna. Y por la presente damos licẽcia y facultad a qualquier impressor de nuestros reynos que vos quisieredes y nombraredes para que por esta vez los pueda imprimir, con que despues de impresos no se puedan vender ni vendan sin que primero se traygan al nuestro consejo juntamente con los originales que en el se vieron que van rubricados y firmados al cabo de Pedro del Marmol, nuestro escriuano de camara de los que residen en el nuestro consejo, y se vea si la dicha impresion esta conforme a los originales, y se os tasse el precio que por cada volumen ouieredes de auer: y mandamos que durante el dicho tiempo persona alguna sin vuestra licencia no los pueda imprimir ni vender, so las penas contedinas en el dicho priuilegio, y leyes de nuestros reynos: y mandamos a los del nuestro consejo presidentes e oydores de las nuestras audiencias, alcãdes, alguaziles, de la nuestra casa corze y chãcillerias, y a todos los corregidores, afsistente, gouernadores, alcãdes mayores e ordinarios, e otros juezes, e justicias qualesquier de todas las ciudades villas y lugares de los nuestros reynos y señoríos, ası a los que agora son como a los que seran de aqui adelante que vos guarden y cumplan esta nuestra cedula y merced que ansı vos hacemos: y contra el tenor y forma della ni de lo en ella contenido vos no vayan ni passen ni consientan yr ni passar por alguna manera, so pena de la nuestra merced y de diez mill marauedis para la nuestra camara. Fecha en Madrid a veynte y vn dias del mes de Julio de mill y quinientos y setenta e dos años.

YO EL REY.

Por mandado de su Magestad.

Antonio de Erasso.



AD ILLUSTRIS-SI

MUM AC REVERENDISSIMUM

*D. D. Fernandum Valdesium, Hispalensem Archi-piscopum, summum in
Caroli Caesaris hereditarijs provincijs de fidei Catholicae negocijs cognito-
rem, censoremq; diligentissimum, Didaci Couarruias Tole-
tani, in Commentarios de Testamentis*

Praefatio.



Vanquam maximè scirem, Praesul amplissime, illustrissime Princeps, magnis te, & his gravissimis Reipublicae nostrae curis, atque negocijs impeditum esse, non sum veritus tibi Magistratum omnium antistiti laborum meorum primitias, de sp̄salibus & matrimonijs Epitomen, summo, certoque animi iudicio dicare. Is enim es, qui studiosos omnes, honestas, ac publico regimini admodum utiles disciplinas magno favore prosequeris, qui prudentissimum, exploratissimumque consilium, & in rebus gerendis dexteritatem nactus, propensissimo affectu, iuris utriusque consultissimos viros maximo in honore habueris, eosque ad publica munera ingenti omnium applausu euexeris, benigneque susceperis, si quid ex priuatis vigilijs tuo nomini consecratum fuerit. Fit etenim ea ratione, vti facilius acti labores, & hi in re literaria, nostraque iuris Pontificij & Caesarei professione omnino indefessi obliuioni tradantur: nec otio indulgere commodè possit is, cui haec scribendi alea foeliciter cesserit. Expertus equidem ipse sum, postquam iam ante annum opus illud exacto diurno iuris studio, & continuae lectionis exercitio, tuo nomini altissimo nuncupatum emisi, plausibilis quam par meis studijs fuerit, tui nominis ergo ab omnibus suscepum fuisse. Quamobrem periculum priuati studijs industriaeque facturum, nec laboribus frangor, nec assiduus

meditationibus cedo: quin Heroicas virtutes tuas eodem animi iudicio considerans, in Gregorij Noni tractatum de Testamentis breuem quandam interpretationem concinnare, eamque amplissimæ tuæ dignitati nuncupare constitui, non ignarus quantum hinc decoris & ornamenti eisdem lucubrationibus sit accessurum. Nec tamen ab institutis animum auertam, obseruantissime Præsul, quod magno Christianæ Reipublicæ commodo Hispalensis Archipræsulis dignitate Caroli Cæsaris nutu insignitus, eodem iudicio omnibus ipsius Cæsaris regnis, ac prouincijs, summus de rebus fidei Censor à Pontifice Maximo electus, nullum otium habiturus esse videaris, quo possis quandoque hosce nostros commentarios legere. Scio etenim ea te præditum benignitate, eoque animo erga me affectum esse, vt planè inter tot, ac tanta negotiorum vndique confluentium examina his nostris, vel tantillum temporis sis præstiturus. Quod si id minime contigerit, nec tamen hoc coniectari possum, quæ tua humanitas est, illud tandem consequar, eritque mihi pro impari munere satis iustum præmium, quòd liber hic cædido animo à viris, & doctis, & acerrimo ingenio præditis, manibus versabitur, beneuoloque iudicio eam, quam opto, censuram accipiet: vnde mihi illud nec præter spem obueniet, vt cauere possim, ne ad eundem lapidem offendens, iterum corruam. Huius sanè audaciæ eò liberius timorè excussi, quòd certò sciam tibi molestum esse, quemquam à tuo præclarissimo conspectu timore auerti. Nostrum enim est excelsam tuam dignitatem reuerentes adire: tuum verò alacri, atque iucundo vultu nos ipsos admittere. Ea namque cõmitate Augustum Cæsarem imitaris, qui libellum ipsi trepide porrigenti, qui manum nunc proferret, nunc retraheret. Quid, inquit, an putas te dare assem elephanto? quasi molestum esset optimo Principi, quòd timeretur. Eoque magis venia dignus sum, Præsul Reuerèdissime, quòd hos qualescunque labores tibi obtulerim, cum ob meam erga te plurimam, ac perpetuam obseruantiam, meumque tibi deditissimum animum: tum ob tuam clementiam, benignitatem, atque animi candorè: quibus virtutibus ita emines, vt iure, ac meritò tota Hispania te ipsum suscipiat, ac veneretur. Verum, si hac quoque in parte Catonum aliquis, & is rigidus in me censor insurgat, meumque conatum acuset, fatius esse, inquit, culpa vacare, quam deprecari: grauius, ac molestè ferat, me nondum senem, sed in ipsa iuuenili ætate ausum esse interpretis officium assumere, quem potius iure optimo deceret ex aliorum scriptis, vel mediocrem eruditionem acquirere: ea excusatione me tuerintar, pro viribus, & facultate fecisse, quo magnis laboribus, non absque propriæ valetudinis graui periculo, continuis viginti annis in hac iuris vtriusque disciplina absoluerim ea, quæ alioqui si consuetis otijs vacandum

dum esset, perpensa humani ingenij imbecillitate, atq; prolixa, perple-
xaq; interpretum traditione, triginta annis minimè confecissem. Hoc
vero studiorum compendio paulò diligentius vti eò propensius delibe-
raui, quòd vita breuis, ars verò longa sit: eaq; ratione oporteat hæc no-
stra studia ita disponere, vt summo labore quãtò breuior esse possit, hæc
ipsa legalis professio efficiatur. Si verò & hac excusatione minimè satis-
fecerim, hi certè mihi veniam dabunt, qui sciunt quòd hominis est erra-
re: atque hi præcipuè, qui & ipsis hisce scribendi, edendiq; scripta flucti-
bus fuerint aliquando agitati. Ingenui siquidem animi est vulneribus,
atq; ipsa plærumq; morte velle Reipublicæ literariæ prodesse. Atq; his
tandem rationibus, quibus me ipsum tutari conabor, veluti tu-
tissimum asylum constanter adijciam tuum amplissimum
nomen, cui hæc ipsa meritissimè dicaui. Accipe igitur,
Illustrissime Princeps, hæc nostræ qualiacūq; tuo
nomini consecrata, quæ tuis auspicijs tuta
ab obtrectatorū calumnijs fore
speramus. Vale.

Salmanticæ è collegio Dei Maximi Saluatoris Idibus

Aprilis anno. M. D. XLVII.

ILLVSTRISSIMO. D. D.

DIDACO COVARRUVIAS A LEYVA

Toletano Episcopo Segobiensi supremiq; senatus
regij præfidi, Alexander à Ca-
noua. S. D.



U I P O T I S S I M U M
gratuler vigilantissime præsul, illustriissime præses
prorsus ignoro. An tibi, qui ad eam modo dignita-
tem promotus es, quæ post regem secundum locum
non tantum in Hispania, verum in vniuersa Philip-
pi regis ditione tenet? An vniuersa Hispania ac
reipublica Christiana, cui is patronus felicissima sor-
te obligit, quæ publica omnium vota desiderauerant?
An mihi cui ante mortem in extremovita actu vi-
dere te contigit extra omnem inuidia aleam positum,
atq; in eo loco, in quo omnes tui hoc est omnes boni te collocatum esse, & sibi & reipubli-
ca merito gratulantur? Equidẽ omnibus gratulor. Sed quod ad me attinet, quid opta-
tius euenire mihi potuit seniam decrepito atq; capulari, post immatura charissimorum
pignorum funera vitã in marore & luctu trahenti, ac omni alio solatio destituto, quã
hic iucundissimus nuntius? quo allato adeo recreatus sum, vt omnem animi miseriam
prorsus expuerim, & videantur anni mei quasi denuo restoruisse. Ac eò fuit gratior,
quòd deprehendit me in tuis rebus occupatum: vt plane vel hoc nomine gestiam, ac solus
serio triumphem. Utinam animi mei alacritatem corporis imbecillitas non retardaret:
certe nõ ego postremus forem inter eos qui tibi corã gratularentur. Nunc autem quan-
do per corpusculi huius infirmitatem non datur pro votis te videre & alloqui, accipe in-
terim hoc qualecunq; est, munusculum, hoc est tuos ipsius labores ac vigilias, quã po-
tui, aptissimis formis excussas atq; acuratissime emendatas. Nihil enim amplius habe-
mus, quo animi nostri ad omnia quæ imperaueris parati propensionem significare
possimus. Sed neque hoc tu, quòd ex tuo sit, aspernaberis, quando
Deum communem omnium parentem donis ab ipso no-
bis datis homines placare soleamus.

Vale.

DIDACI COVARRUVIAS

TOLETANI EX INSIGNI DEI MAXI-

mi Saluatoris Collegio Salmanticæ iura Pontificia

publico munere profitentis, in titulum de

Testamenti interpre-

tatio.

EX PRIMARVB. PAR.

- 1 Vera dictionis, testamentum, etymologia.
- 2 Defenditur Iustinianus a calumnia Vallæ.
- 3 Testamenti definitio ex Vlpiano.
- 4 Eadem definitio integra ostenditur aduersus Accursium, & Paulum Castrensem.
- 5 Iusta sententia qualiter in definitione intelligat.
- 6 Testamentum Græcæ lingua, quam dictionem habeat? & quid Græcæ, & Latine significet.
- 7 Sacra scriptura cur nouum, & vetus Testamentum dicatur.

PRIMARVB. PARS.



NIHIL EST, OPTIME Lector, & nodosus, atque perplexos iuris vtriusq; locos tractati sit ipsius differendæ rei

cognitione cõducibilius, præstatiusue: cum ob facilẽ, expeditam, & seipsam qualibet in dubitatione offerentẽ simplicitatem, tum ob legẽtis cõtinuam, eadẽmq; beneuolã in his celibris euoluendis operam minime poenitẽdam. Hinc etenim Iuriscõsulti quoties rem difficilem aggrediuntur, eandẽ ab etymologia, & definitione auspiciantur: in quo video non ita passim iuris Pontificij conditores hanc diligẽtiam nobis exhibere. Vnde fit, vt potissima laboris pars in ipsis explicandis præludij frequentissime cõtingat. Quæ ratione de Testamẽtis acturus, ipsius di-

tionis notitiam à Iuriscõsultis quã libentissime petam. Siquidem Iustinianus Testamẽtum ideo dictũ fuisse existimat, q̃ testatio mentis sit: sicuti ipse asserit in prin. inst. de testa. vbi Accursi. & alij hanc esse dictionis etymologiam apertissimẽ fatentur. Seruium Sulpitium Iuriscõsultum sequuti, qui lib. de testam. 2. testamentum duplex esse verbũ, scripserit: cõpositũ in quã à mentis contestatione. Cui tamẽ Aulus Gellius libr. 6. capit. 12. & Laurent. Valla, Latine linguæ acerrimus asseritor lib. Elegant. 6. cap. 36. omnino refragantur deductionẽ hanc deridentes: cum nõ magis à mente dicatur testamentum, quã calciamentum, salsa mentum, & ornamẽtum, quibus consentit Catellianus Cotta in memoriali. dictione, testamẽtũ. Verũ si etymologiam quam Cicero veriloquiũ appellat, spectemus, planũ est, nõ recte à Sulpitio nomẽ hoc deductũ fuisse, indeq; à vero abhorret, dictionẽ hanc duplicem esse. Est enim simplex eaq; à testor deriuatur, ac testamen fit, & tum, & syllabam assumit, diciturq; testamẽtũ, vt vestimen, vestimẽtum, velamen, velamẽtũ: nutrimen, nutrimẽtũ: regimen, regimentum: qua dictione vtitur Iuriscõsultus in l. ff. de

De Testa.

A

offi.

offi. præfect. præat. Testamētū ergo dicitur quasi vltimæ voluntatis testimonium. Hinc Vlpianus in. l. qui testamento. §. si. ff. eo. scribit. Et veteres putauerunt eos, qui propter solēniā testamēti adhibeātur, durare debere, donec sup̄ma cōtestatio peragatur. Quo fit vt testari sit etiā testamētū facere: cū testari sit proprie testes nominare, & vocare: quasi testator iudicio ordinato sit solitus dicere. Testes estote huius vltimæ volūtatis. Potest etiā testari in hoc sensu intelligi: pro denūciare, ac palā facere, illā esse propriā ipsius testātis volūtate. Quod si nō tā etymū in spiciamus, quā vocis similitudinē, quā Fabi⁹ tractat lib. 9. c. 3. nō abhorrēs erit huius nominis appellatio, q̄ mentis cōtestatio sit: quod & ipse Gellius animaduertit: idque probat Iustinianū ab hoc crimine defendēs Alc. li. 4. de verbo. sig. & in. l. tabernæ. ff. eo. tit. Clau. Catiū. in prin. de test. potissimū etenim in testamētis dominatur mēs. Sic possessio dicitur quasi pedum positio Labeoni, & Paulo in. l. i. ff. de adqui. possel. in princi. cum Celsus dicat in. l. quod meo. §. si venditores. ff. de adqui. poss. si vicinum mihi fundum mercatū vēditor ex mea turre demonstrat, vacuamq; possessionē se tradere dicat, nō minus possidere cœpi quasi pedē finibus intulissē. Tametsi Alcia. nō à pedibus, sed à sediū positione deduci possessionē existimet. lib. 1. dis. c. 1. Sic nō etymologiam, sed vocis similitudinē attēdēs dixit Trebati. li. 2. de religionibus, sacellū, quasi sacrā cellā denominari: cū sacellū sit diminu-

tiū sacro. Nec decet ob id Iuriconsultos calūniōse insectari: cū & veteres Latinæ linguæ diligētissimi censors in his deriuationibus, & etymologijs luserint quandoq; à vera nominis deductione longe discedentes.

Potest etiā non incōgrue dici Iustinianū in hac etymologia testamenti, solā testationē cōsiderasse, adiectūq; mētis, ad maiore expressionē: sicuti in explicando nouationis etymo Vlpia. adiecit obligationē dicens in. l. i. ff. de nouat. nouationē deduci quasi à noua obligatione. Idē fit in donatione: Donatio, inquit Paul. in. l. senatus. §. donatio. ff. de dona. cau. mor. dicta est à dono: quasi doni datio: vbi cū à solo dono donatio dicatur, additur ad declarationē maiorem quasi doni datio: sic ergo dicitur à testatum testatio, & à sola testatione testamētū, adiecta tamen vox mentis est: nec temere: nā & Theodosius in nouellis tit. 7. illud, inquit, propriē testamētum est, quod testātis merā obtinet volūtatem: atq; ita Viglius hanc Iustiniani deductionem tutatur.

Definitio vero testamēti ab Vlpiano traditur in. l. i. ff. eo. dicēte, testamētū est voluntatis nostrę iusta sententia dē eo, qđ quis post mortē suā fieri vult. Dixi autē testamētū esse volūtatis sententiā: loco generis: nā præter testamētū plures actus dici possunt sententiæ voluntatis: atq; intelligere oportet definitionem de volūtate regente intellectū: quia sententia est actus intellectus: quod sentit Bal. in. d. l. i. in fin. sed tamen volūtas quandoq; regit intellectum,

lectū, ita vt ipse aliquid intelligā, quia id velim: ex his, quæ Thom explicuit in. 3. sen. dist. 23. q. 1. art. 2. * idē S. Thom hoc explicat lib. 3. contra gentiles cap. 26. col. vlt. & illic Ferrariens. idem Tho. 1. part. q. 88. art. 3. & 1. 2. q. 9. art. 1. 4 & de veritate. q. 22. art. 11. regere autē in hac parte mouere intelligimus. Nā & sic loquuntur propriē qui hāc tractauerunt materiam: quod in. 1. dist. q. 82. art. 4. idem Thom. & Caiet. diligenter probant. tametsi his dictionibus, quæ regimen, & imperium significant, planē vtantur, quō apertius rem ipsam lectoribus exponant. Deniq; in iuriconsulti diffinitionē. Sententiam intelligo voluntatis mouentis. Intellectū, vt apprehendat, & quod fuerit apprehensum eligentis*.

Dicitur vero iusta sentētia, eo q̄ perfecta sit secūdū Bar. & Aret. in. d. l. 1. & Marcū An. in prin. inst. de test. nu. 40. nō. n. est p̄fecta volūtas ante heredis institutionē. §. ante heredis. inst. deleg.

Iustā ergo volūtatē nostrā sentētiā Vlpianus illā appellat, quæ herede instituto decernit. Nulla enim alia morientū dispositio actiōes directe in successores vniuersales trāsmittit. l. si quis ergo casus. ff. de pecul. Cui interpretatiōi accedit. l. cū filio. §. si. ff. de le. 3. quæ etatē p̄fectā iustā appellat. ad idē. l. q̄ Seruius. ff. de cōd. caus. data. verū huic definitiōi ita intellectē illud oberit, q̄ codicilli, donatio causa mortis, ac si- 5 miles vltimarū volūtatū actus, testamētū dici possint: cū sentētiæ p̄fectæ sint. quod Pau. Cast. in. d. l. 1. animaduertit. Perfectū enim vnū quodq; se-

cūdū suū genus dicitur. Nec ideo imperfectū animal musca dicitur, q̄ sit minor elephāte, vti Viglius in princ. inst. de testa. nu. 24. argumētatur. Quā ob rē ipse Viglius nu. 29. hūc nodū aliter dissoluit, intelligens testamētū esse sentētiā iustā, id est, solennē. Cuius intellectui Iuriconsultus patrocinatur in. l. 1. ff. de iniust. rup. dicēs nō iure factū testamētū, cui solēnia iuris defuerūt. In codicillis vero ordinādis nulla videtur solēnitas introducta. §. si. inst. de codici. vbi testamēti solēnitatē substātiāle in hæredis institutione cōsistere probatur, ex Theophili interpretatione. Quo fit, vt si iusta, id est, solēnis intelligatur, cōgrua sit Vlpiani definitio. Sed & ante Vigliū Accurs. ita definitionis verba intellexit in dict. l. 1. in prin. quibus mire concinit Theop. in prin. inst. de hæred. quæ ab intest. dū dicit. Aut enim nō iure civili factum omisis his, quæ ad solēnē testamenti ordinationē spectāt. idē Theophil. in prin. quib. modis test. infirm. dicens. Sed si quid eorū, quæ ad solēnitatē, obseruationēq; spectāt, omisū fuerit, dicitur testamētū nō iure civili factū, aut verbi cōpēdio, iniustū, quāuis idē Accurs. in. d. l. 1. & in prin. inst. de test. quē Pau. Cast. in. d. l. 1. sequitur, addiderit definitiōi. Cū heredis institutiōe.

Potest etiā dici testamentum ex eo ab Vlpiano appellari iustā sententiam, de eo, quod quis &c. q̄ per excellētiā illud nomē, de quo agitur, mereatur. Est enim vera, atq; omnib; modis absoluta animi destinatio: cum nihil possit esse hac in vita iucūdius, quam vt

Prima

volūtas regnet in bonis à testatore relictis, etiam extincto corpore: siquidem moriēs testamento sententiam suā ita fortiter exprimit, vt post mortem perpetua sit. Nā & si sint alij modi, quibus vltimæ volūtates enunciantur: hic tamē, qui testamēto fit, potissimus est, & ob id iustę sententię nomē meretur. Sic apud Iuriscōsultos in. l. 3. §. fina. ff. pro socio. iusta hæreditas dicitur illa, quæ iure sanguinis, & sic iure legitimo obuenit, id est, vere, & ita planè hæreditas, vt hoc nomen præcipuè habeat. Iusta item vxor ea dicitur, quæ verè vxor, & solenniter ducta est, & omni iure coniugij prædita: non occulto consensu, aut simplici. l. si vxor, vbi Budæ. adnotauit. ff. de adult. Cice. lib. 1. Tuscu. q. Metellus, inquit, honoratus quatuor filijs, at quinquaginta Priamus, quibus decē & septem iusta vxore natis, in vtroq; eandē habuit fortuna potestatem, sed vsa in altero est. Caius etiā Iuriscōsultus in. l. 2. ff. de adop. iustū filiū appellat eum, qui omnib⁹ partibus filiationis veri filij vicem obtineat. A didem plurimū cōducit. l. Paulus. ff. de stat. homi. vbi probatur, nō esse iustū filiū eum, qui natus sit ex cōiugio à filia patre ignorate cōtracto: cū natus nō sit ex nuptijs solēniter peractis: pluraq; his similia Guil. Budæ. cōgessit in. d. l. 3. §. fina. & Alciat. in. l. lege obuenire. ff. de ver. sig. Est etiam frequentissimus apud Liuiū hic sensus, vt iustum dicat illud, q̄ omni parte plenū est atque perfectū, & quod propriè nomine illo, de quo agitur, censerī possit.

Rub. Pars.

Hinc apud eum: iustum prælium, iustus dux, iustus miles, iusta classis, iusta pugna, iustę statioes, iusta obsidio: Iustus exercitus, iustus item cōploratus, li. 5. decad. 3. iusta legio. lib. 8. eiusdem decad. iustum etiam pondus eodē sensu, apud Ouid. 2. Metamorph. *Utq; labat curuæ, iusto sine pōdere naues.* Iusta igitur sententia in testamēti definitione intelligitur plena, perfecta, & solēnis, cuiq; maior diligentia addi nō possit, quod & Alcia. probat, li. 4. par. c. 7. Sed & Pet. Lori. de iuris arte. tract. 1. axiomate. 2. iustam sententiam ex eo dici existimat, q̄ testamentum omni iure verū, & firmū fuerit. quod Theophi. exposuit de iure naturali. §. r. codicilli autē ante Augustū admisi nō erāt: in prin. inst. d. codicillis. Cæterum quam interpretationem in cōventionibus, & alijs actibus verba hæc, iusta, seu legitima hæreditas, admittant quo ad quæstionum diffinitionem, non obstante stricta Alciati, Budæi, & aliorum differentia tradit diligenter Arius Pinellus Lusita. in. l. 2. num. 4. C. de bonis maternis. Subdit præterea Vlpia. in definitione de eo, quod quis post mortē suā fieri vult, ad discriminē cōstituendū inter testamentū, & cōtractus, qui inter viuos celebratur, vt nōdū expectata cōtrahētium morte effectum fortiatur. Ex quibus cōstat testamētū à codicillis maximè differre. Nā in codicillis hæres institui nō potest. Distat etiā testamentum à cæteris vltimis volūtatibus: nempe à mortis causa capione, donatione causa mortis: de quibus in vltima

ultima huius rubricæ parte tractabimus, vt manifestius horum omnium differentia constet.

Dicitur autem testamentum Græce *διαθήκη*, quasi dispositio à verbo Græco *διατίθωμι*, dispono, testamētum facio, quo in hoc sensu vtitur Iuriscōsultus in. l. cū quis decedēs. §. Titia testamēto. ff. de leg. 3. & in. l. ex ea scriptura. ff. de testa. l. 4. ff. de alimē. & cibar. leg. l. qui filiū, & filiam. ff. ad Trebel. in cuius significationis testimonium ex Isocrate, Demosthene, & Æschine plures autoritates adduxit Budæ⁹ in cōmētarijs linguæ Græcæ pagina. 428. ex prælo Ascensiano. Vtraq; vero dictio tã Latina, quã Græca nō tantum morietis vltimã testationem, sed & viuētium pacta significat: sicuti de dictione Græca probatur in. l. fi. ff. de colleg. illicit. atq; inde factū est, vt in sacris monumētis pollicitatio diuina ab ipso deo Patriarchæ Abrahamo facta act. apost. c. 3. testamētū dicatur idē ex c. 26. Gen. adnotauit Augu. li. 1. locutionis de Gen. nu. 9. Amant, inquit, scripturæ pro pacto ponere testamētū. Idē Aug. lib. 16. de ciui. Dei. c. 27. idem in enarratione psalmi. 82. col. 3. idē li. 5. locutiōis de Deuteronomio nu. 22. Testamētū, inquit, pro pacto posuit. Quo in loco adhuc in codicibus Parisiēsis mendose, facto, legitur. Nam & Malaehiæ. 2. vbi Hebræi habent, vt esset pactū meū cū Leui. Septuaginta interpretes legūt, vt esset testamētum meū ad Leuitas: vbi Hierony. profitetur, id in plerisq; scripturarum locis cōtingere. Idem Hiero.

ny. in episto. ad Galat. c. 3. sic illud Pauli intelligit. Hoc autem dico testamētum cōfirmatū à Deo. Assumitur etiã testamētū in sacra scriptura quãdoq; pro præcepto: Iosue. c. 7. peccauit populus, & trãsgressus est testamētum meū, ita enim illū locū interpretatur Augu. lib. 6. locutionis de Iesu Naue, quanuis in vulgata æditione ita legatur. Et trãsgressus est pactum meum.

7 Ex his facillimū erit intelligere, quã ratione diuinæ scripturæ nouū, & vetustestamētū appellentur. Potest & alia ratio colligi ex sacre paginæ interpretibus. Qua in re Lactantij, verba ad scribere libet: is in quã lib. 4. diui. insti. c. 20. Idcirco, inquit. Moyfes, & idem ipsi propheta legem, quæ Iudæis data erat, testamētū vocant, quia nisi testator mortuus fuerit, nec confirmari testamētū potest, nec sciri quid in eo scriptū sit, quia clausum, & obsignatū est. Itaq; nisi Christus mortem suscepisset aperiri testamētū, id est, reuelari, & intelligi mysteriū Dei nō potuisset. Verū scriptura omnis in duo testamēta diuisa est: illud quod aduentū domini, passionemq; antecessit, id est, lex, & propheta, vetus dicitur. Ea vero, quæ post resurrectionem eius supra scripta sunt, nouū testamētū nominatur. Iudei veteri vtūtur nos nouo. Sed tamen diuisa nō sunt, quia nouū veteris adimpletio est, & in vtroq; idem testator Christus, qui pro nobis mortem suscepit, nos hæredes æterni regni fecit, abdicato, & ex hæredato populo Iudæorū: sicuti Hieremias propheta testatur. Hactenus Lactantius.

Secunda

Cui cōueniunt, quæ Augustinus scripsit lib. vno de spiritu, & litera. cap. 19. & 20. idem lib. 21. de ciuitate Dei, cap. 15. atque alibi sæpissime idem Augustinus & Hieronymus hoc ipsum manifestissime docent. Græca item dictio *Αὐθιχὴ* autore Budæo ipsam hæreditatem quandoque significat.

EX SECVN. PAR. RVB.

- 1 Primum testamentum coram viginti testibus factum, per secundum, cui adsit sollemnitas iure ordinario sufficiens reuocatur.
- 2 Testamentum coram Cesare factum per secundum sublatum censetur.
- 3 Testamentum an sit irreuocabile ex decreto, aut privilegio principis.
- 4 Donatio omnium bonorum cur non valeat, & an iuramento firmetur? (di.)
- 5 An sit cōtrariū iuri naturali tolli libertatē testā-
- 6 Donatio omnium bonorū ecclesie facta an teneat?
- 7 Intellectus ad l. 4. 4. Tauri.
- 8 Primogenium à duobus constitutum an ab altero tantum reuocari possit.
- 9 Primum testamentū iuratum an possit reuocari.
- 10 Donatio inter coniuges an iuramento firmetur, & qualiter sit intelligenda?
- 11 Donatio causa mortis iuramento confirmata an possit reuocari?
- 12 Intellectus ad l. fi. C. de non num. pecu. & ad l. quæro. §. inter locatore m. ff. loc. ti.
- 13 Donatio causa mortis an libere possit reuocari quibuscumq; verbis contractui appositis.
- 14 Verba quæ ex usu notariorum contractibus adscribuntur, quem effectum habeant.
- 15 Actus contra iuramentum gestus an teneat?
- 16 Intellectus ad l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. oblig.
- 17 Intellectus ad l. Titia. ff. de verb. oblig. & cap. Gemma. de sponsa.
- 18 Excommunicatus an possit testari.
- 19 Late tractatur, qualiter testamentū habens clausulā derogatoriā possit mutari, aut reuocari.
- 20 Clausula illa, quorum tenor pro expresse habeatur, quem effectum habeat?
- 21 An testamentum solenne per secundum minus solenne, & inutile reuocetur.

Rub. Pars.



NT E R alia vero, quæ testamentis, & vltimis voluntatibus cōueniunt: illud maxime aduertendum est, testamenta vsq; ad mortem mutari, minui, corrigi, ac reuocari posse. cap. vltima voluntas. 13. quæst. 2. l. 4. ff. de adimēd. legat. cap. cum Marthæ. de celebra. missa. vbi glo. in verb. non valet. l. si quis in prin. testamenti. ff. de lega. 3. l. omnium. C. de testamen. l. si quis. C. qui testamen. facer. possunt. pulcher tex. in l. cum hic status. §. pœnitentiam. ff. de donatio. inter virum & vxorem. Vnde primum testamentum per secundum reuocatur, etiam si in primo sint viginti testes: in secundo autem solum sit numerus testium à iure requisitus, vti notat Bart. quem ibi sequuntur docto. in l. hæres palam. §. si quid post. ff. ist. titu. nume. 3. optimus tex. in l. militis codicillis. §. si. ff. de test. mili. Alex. cōf. 203. 4. vol. incip. viso, & diligenter considerato. Paul. Castren. conf. 327. dubiū facit. 1. volu. dicens in specie, testamentum ad pias causas factum coram septem testibus per secundum tolli, etiam si secundum ad pias causas factum sit coram duobus testibus: quam sententiam sequitur Ias. in l. si ita scriptum. nume. 29. ff. de legat. 1. & Alexander conf. 146. viso themate superscripto. in. 2. volu. optimus tex. iuncta glo. secundum Abb. in cap. ex insinuatione. de procur. vbi mandatum per literas concessum solo verbo reuocatur. Imo testamentum factum presente ipso Cesare, vel rege supremo, & si vali-

validum sit absq; solēni testiū numero. l. omnium. C. de testa. regia. l. 5. titu. 1. part. 6. qua quidē decisione probatur opinio Paul. Fulgo. & Ias. in. d. l. omnium. dicētium nullum testem esse necessarium in testamento facto coram Cæsare, aduersus Bart. Bald. & Alexan. qui duos in eo testes exigunt præter Cæsarem: quorum opinio communis est autore So. Iunior. consi. 138. col. fi. 1. volumi. reuocari tamen hoc testamentum liberè potest. quod probat. text. in. d. l. omniū. ver. si. voluntates. vbi hoc notant eiusdē legis interpretes. Bald. etiam in c. 1. col. 2. de confir. vti. Felin. & Deti. in cap. cum accessissent. de consti. 2. col. ipsum probātes, etiam quādo Cæsar nō tātū præsens fuisset actui testamēti, sed & ipsam testātis voluntatē principali autoritate confirmasset. quod sensit Barto. cōmuniter receptus in dicta. l. omnium. Nec oberit text. ibi; quia locum habet, vbi princeps ita confirmaret testamentum, vt expressim prohiberet id mutari, aut reuocari, sicuti respondens Iaso. animaduertit Detius in. d. cap. cum accessissent. 2. col.

3 Verum Archi. in. c. vltima volūtas. 13. q. 2. ausus est asserere ex priuilegio principis fieri posse, ne testamentum semel ab aliquo cōditū mutari queat. cui consentit. Bartho. à Belenzinis in additionib⁹ ad Abb. in. c. cum Martha. notab. 6. ex eo q; princeps cōsensu testātis derogauerit omnibus legibus hanc libertatem testandi cōcedētib⁹. & idem sensim notauit Deti. in

d. col. 2. Sed si hæc libertas testādi ad mortē vsq; naturalis est, ab ipso principe auferri nō potest, & ideo dubius est de hac Archi. assertionē Guili. Bene. in. c. Rainūtius ist. titu. verb. testamentum. 2. nu. 25. Nam & pacto hāc libertatem tolli non posse cōstat ex. l. si fratres. §. idē respondit. ff. pro socio l. pactū, quod dotali. C. de pact. l. illa institutio quos. ff. de hæredi. inst. l. ex eo. C. de inutilib. stipul. Ex quibus omniū bonorum donatio à iure omnino improbat: quippe quæ liberā testanti potestātē donanti adimat. l. stipulatio hoc modo cōcepta. ff. de verbo. oblig. vbi Bart. & docto. hoc notant cōmuniter, & in. l. fi. C. de pact. l. hæreditas. C. de pact. conuēt. adeo vt regia. l. 69. Tauri prohibita sit, & nulla omnino iudicetur donatio omniū bonorum, etiam præsentium. Quia in re illud omittendum nō est, omnium bonorum donationē adeò irritam esse, vt nec iuramēto donātis valida sit: cum bonos mores, quibus testandi libertas innititur, prorsus euertat. c. nō est obligatorium. de reg. iur. in. 6. l. si quis inquilinos. §. fina. ff. de legat. 1. & in hac specie Bart. hoc asserit in. d. l. stipulatio hoc modo. quæ cæteri doc. ibi sequūt. Abb. cōsi. 48. 2. vol. Bart. in. l. si quis in prin. test. col. fi. ff. de leg. 3. Corne. cōs. 66. vol. 2. 3. col. dicēs hāc sententiā Bar. cōmunē esse. idē asserit eam sequutus Curt. Iunior in. l. fi. C. de pact. nu. 57. Paul. Castrē. cons. 82. in fi. 2. vol. Ripa. lib. 3. resp. c. 14. Hiero. Cagno. in. d. l. fi. nu. 220. & ibi Iacob. nume. 37. Purp. nu. 240. Curt. Iunior consil. 25.

Claudius. in. l. licet. C. de pact. Io. Lup.
& Dida. à Caste. in. d. l. 69. Tauri. fate
tur etiã eandẽ opinionẽ cõmunẽ esse
Aymon Sauilli, confi. 139. col. fina.

Hic tamen oportet perpẽdere, an
3 libera testãdi facultas, ita à iure natu-
rali procedat, vt cõtrariũ bonis mori-
bus sit quẽquã eam sibi auferre quod
proculdubio dicendum non est. Imò
nullũ vitiũ cõmittit is, qui sibi tollit li-
beram testandi ptãtẽ. Si enim contra
bonos mores esse libertatẽ testãdi tol-
li, mortale crimẽ, aut saltẽ veniale cõ-
mitteret, qui animo deliberato seip-
sum hoc iure testãdi priuaret quocun-
quẽ ad id quãsito colore: quod dicen-
dum nõ est: siquidẽ volũtati humanã
potest quis renunciare. c. si religiosus.
de elect. in. 6. c. si. ist. ti. eo. lib. c. non di-
catis. 12. q. 1. Nec proderit dicere, id ex
causa religionis p̄mitti: cũ ea, quã cõ-
tra bonos mores fiũt, vel illicita cẽsen-
tur minimẽ permittãtur ob quãcũq;
piã causam. c. super eo. de vsur. Eadẽ
etiam cõclusio probatur ex eo, q̄ quis
potest iure naturali bona omnia, quã
habet, quẽq; habere vnquã poterit, &
habuerit omnino donare. auth. ingres-
si. C. de sacros. eccle. l. deo nobis. C. de
epil. & cle. Prãterea clausula, quã fu-
turis testamẽtis derogat, nõ iudicatur
turpis: imò tãquã licita testamẽtis ad-
iecta vtroq; iure defendit ex his, quã
notãtur in l. si quis. in prin. ff. de leg. 3.
& in l. si mihi & tibi. §. si. ff. de leg. 1. &
si turpis esset talis adiectio, nequaquã
iure probaretur. His ergo rationibus
Fortu. in tract. de vlt. sine. illat. 29. ver.
Tertius casus, asserit nõ esse cõtra bo-

nos mores naturales tolli testãdi liber-
tatẽ: quo fit Posse iuramẽto firmã esse
omniũ bonorũ donationẽ, nõ tantũ
prãsentĩũ, sed etiã futurorũ, quod pa-
rũ sibi cõstans asserit Panor. cõfi. 18. 1.
vol. vers. plus dico. Corne. confi. 252. 3.
col. vol. 3. Deti. cõfi. 655. nu. 12. idẽ De-
ti. in. l. pactũ, quod dotali. C. de pact.
col. 1. dicẽs hãc opinionẽ veriorẽ esse
quã probat Barth. Cepo. cõfi. ciuili. 8.
col. 4. Aymon Sauilli. cõfi. 139. col. fi.
Soci. iunior cõfi. 65. nu. 49. & cõfi. 143.
num. 36. 1. volu. Bald. licet rem magis
dubiã explicet in. c. 1. §. moribus. si de
feud. fuer. controuers. inter domi. &
agnat. vas. His accedit, quod donatio
omniũ bonorũ facta ecclesiã valida
est autore Bart. in. d. l. fina. col. pen. C.
de pact. cui consentiunt Fulgo. Iaf. Ia-
cob. Lancel. & alij, quos ibi referunt.
Deti. num. 31. Cagnolus. num. 203. Pur-
pur. num. 242. dicentes hanc senten-
tiam cõmunem esse, quam & Bal. ad-
misit in authen. si qua mulier. col. fin.
C. de sacrosan. eccles. autoritate text.
in. l. iubemus nulli. §. 1. C. eodem titul.
Abb. per tex. ibi in. c. fin. de success. ab
intesta. Fel. in. c. in prãsentia. de proba-
tio. nu. 5. dicens eam in praxi recipien-
dam fore: atq; inibi Deti. num. 5. eam
tutatur existimans cõmunẽ esse: licet
non desint, qui ab hac creberrima o-
mnium assertione discedant. Sed si ec-
clesiã donatio omnium bonorũ fieri
potest, ex eo quidẽ apertissime cõstat
eam non esse cõtra bonos mores, vel
saltẽ illos, qui turpitudinem prãse-
ferunt, si violẽtur, quod prãfati doct.
passim fatẽtur: igitur quid verat, hanc
dona-



donationē ex iuramento vires accipere: Imò donationē simplicem omniū bonorum præsentium, & futurorum iure validam esse etiam refragante Bart. tenuerūt Dinus in reg. quod semel. de regu. iur. in. 6. col. fin. Angel. & Bald. in. d. l. stipulatio hoc modo. Salyce. in. d. l. fina. quibus subscribunt ibi Alcia. & Cosmas Guimier in pragma. Sanctio. titu. de subla. cle. literis. verb. cui cunq;. quorū rationes expēdit Alexā. in. d. l. stipulatio hoc modo concepta. num. 16. Verum his omiſſis minime discedere licet à frequentissima doct. sententia, qua omnium bonorum donatio inualida cēsetur, quæ & regia. l. ita confirmatur, vt etiam locum obtineat in præsentium tātum bonorum donatione. Contendimus tamen nō temere, ni fallimur, eandē donationē iure cōmuni, vel regio improbatā: iuramento præstito admittendā esse, nec iure naturali vetitū opinamur posse libertatē testandi tolli ex cōsensu rerū domini. Nam & statuto liberā hāc testandi potestatem posse tolli, & pacta, quib⁹ hæc libertas aufertur, approbati, expressim scribit Bal. in. l. cū archimedora. fi. col. C. vt in posse. legat. idē in. l. de quibus. 2. col. ff. de leg. Imol. in. lilla autē. ff. de hæred. inst. in. fi. Deti. in. l. pactū quod dotali. C. de pac. col. i. idem cōsi. 655. 2. col. idem adnotauit Viglius per illū tex. in. §. accessit. in. fi. inst. de testa. hoc autē fieri non posset, si id iure naturali cōtrarium foret. Ex quibus, vt rem cōceptam diffiniamus, verum apparet, quod ex Archidi. regulimus, nempē ex priuilegio, & ex-

pressa principis cōcessionē fieri posse accedente cōsensu testatoris, vt testamentum semel conditum mutari nequeat. Pro quo satis cōstanter adduci potest. l. omnium. C. de testa. volūta-tes, inquit Imperator, hominum audire volumus, nō iubere, ne post sententiā nostrā, inhibitiū videatur cōmutationis arbitriū. Vnde si princeps ex cōsensu testātis in specie prohibuisset cōmutationis arbitriū, omnino esset mutandi testamētum sublata libertas.

7 Hinc deduci potest intellectus ad regiā legem Tauri. 44. qua sancitum est: constitutionē primogenij, etiā auctoritate principis factā reuocari libere posse, siue fiat in vltima voluntate, siue in actu viuentium. Cui accedit & alia. l. 17. inter easdē Taurinas leges, statuens, meliorationē, hac etenim dictione interim vtar, à patre filio factā in tertia, & quinta bonorū parte, etiā inter viuos, reuocari libere posse. Est enim prædicta regia ordinatio intelligenda, quādo princeps simplicem auctoritatem primogenio præstitit: secus vero, si Rex, præstito cōsensu constituentis primogenium, statuerit actū illum irreuocabile esse, atque eius mutationem vetuerit expresse: tunc equidē minime posset autor illius primogenij poenitere. Quod ex eadem regia lege coadiuuatur, quæ in trib⁹ casibus nō admittit præfati actus reuocationē. Nēpe si possessio rerū, ex quib⁹ actus ille cōstat, tradita fuerit ei, qui ad primogeniū vocatur, vel instrumentum ipsius actus eidē traditū fuerit, aut ex causa onerosa idē actus sit gestus. Nō

De testa.

A s

ergo



Secunda

ergo erit mirū, si idē dicamus ex principis autoritate exp̄sim ad hoc accedere, cōsensu etiā illi°, qui eundē actū rescindere potuisset, in id præstito.

8 Porro, vt id obiter agamus, aliqua prænotāda sunt circa leges illas regias quæ pœnitentiā in prædictis actibus ipsis agentibus concedunt. Primum, constituto à duobus primogenio, ex vtriusq; patrimonio, vel facta melioratione posse alterum, quo ad propria bona, alio inuito pœnitere: cū & idē in testamento permissum sit: in quo Oldrad. sic respondit consi. 174. dicēs eandē reuocationem fieri posse, etiā altero mortuo, quia sub vna scriptura hic duo testamenta continētur. idem Corne. præmittit, cōsi. 159. 4. vol. col. 2. * tradit diligenter Petrus Pechius in lib. 1. de testam. cōiug. c. 18. * & in hac specie, quam tractamus, hoc ipsum sensit Rodericus Suarez in repetit. l. 9 tit. 5. lib. 3. Fori. 5. limi. coll. 12. versic. ad prædicta. idē insinuat Alcia. in. l. licet. C. de pact. Contrariam tamen sententiam in cōstitutione primogenij aperte probat Ludouic. Bologni. consi. 62. col. 4. dicens: primogenium à viro & vxore ex communi patrimonio factum, altero vita functo, non posse à superstite reuocari, etiam ex ea parte, quæ ad superstitis bona spectat: ne illusio fiat ipsi mortuo, qui ratione illius cōmunis consensus, illum actum egit, alioqui minimè acturus: eādē opinionem probat Andr. Tiraque. in tract. de primogenijs. q. 8. Cui ad stipulatur egregia Baldi opinio in. l. pro hę reditarijs. col. fin. C. de hæred. actio.

Rub. Pars.

dicentis: donationem causa mortis à duobus simul factā, altero inuito non posse reuocari, quia illius interest ne illa dispositio mutet: & idē notat Ias. in. l. quæ dotis. nu. 45. ff. sol. mat. quauis Alex. ibi. nu. 8. de Bal. sententia dubitauerit. Sed Bald. si Ias. credimus, ea ratione scripsit, quòd ex dicto contractu, etiā facta mentione mortis, sit donatio inter viuos. Et tamē licet in quaestione nostra id ipsum fateamur, actū præfatum inter viuos gestum cōseri, lex tamen regia eius liberam mutationem permittit. Et præterea Bal. loquitur, quādo ex causa matrimonij talis pactio fit: quo casu, & lex regia actū irreuocabilem cōstituit, quibus adducor, vt existimē, primogeniū, ac meliorationem factā à duobus simul ex vtriusq; bonis, ab vno eorū, altero vel mortuo vel inuito posse liberè mutari. Nec iniuria cuiquā fit, cum notū sit omnibus eam conditionem actum illum, quē gerunt ex lege regia sortiri: atq; ita idem Tiraquellus in tract. de primogenijs. q. 68. diligētius rē istam examinans à Bolognino discedit. Aliud deinde considerandū est circa earundē legum interpretationem, vt si maritus ex legitimo cōsensu vxoris maioratum (ita enim hoc in tractatu loquimur frequentissimè) instituat, bonis vtriusque in illud vinculum deductis, actus iste à morte mariti confirmationem recipit, nec viro mortuo ab vxore disungi potest: solus enim vir pœnitere potuisset, si viueret. Auctore Roderico Suarez in dicta limitat. 5. colla. 15. cui suffragatur

tur Iurifconsultus in. l. sicut. §. venditionis. ff. quibus mod. pig. vel hypo. solua. quē tex. Bal. cōmendat in. l. nec fratris. C. de dona. caus. mor. Ias. in. l. cum alienam. 2. col. C. de leg. idem in l. cū proponas. in. 1. col. fin. C. de pact. ex eo notātes testamētum, quo quis de re aliena ex cōsensu domini disponit, morte testantis cōfirmari, etiam inuito ipsius rei dño: * idem probat doctē, & cū iudicio Pet. Pechius in. d. c. 18

9 Ex quibus insinuat sese quæstio illa, num primum testamentum, quod testator iurauit se nō reuocaturū, per secūdum reuocari valeat, & subinde an ipse testator ex hac pœnitentia sit periurus. Quā in re libet tres opiniones referre: quarū prima auctores habet Guiliel. Durand. in Specul. tit. de instru. editio. §. compendiose. versic. quid si quis iurauerit. nu. 25. & Hosti. in summa. titu. de sepult. §. an licitum. versi. quis si quis eligat, dicentes ad eō non posse primum testamentum iuratum reuocari, vt secundum inualidū omnino sit, nec subsistere possit: quia iuramentum actum alioqui mutabilem, firmū & irreuocabilem efficit. c. cum contingat. de iureiu. Nam & pactum, quo iurisdictio prorogatur, libera voluntate paciscentis ante litis contestationē dissoluitur. l. si conuenerit. ff. de iurisdictio. omni. iudi. ex creberrima omnium interpretatione, quā modo exactē perscrutari non licet. Et tamen si pactum illud iuramēto præstito fiat, mutari voluntas paciscentis non potest. Ange. Fulgo. Pau. Alexan. Ias. in. d. l. si conuenerit. Imo.

Barb. Feli. num. 6. & Ripa. num. 57. in c. 1. de iudi. quam opinionem fatentur ibi esse communem ipse Ripa. Deti. num. 23. & Alciat. num. 45. idem Deti. in. d. l. si conuenerit. num. 9. Anto. Corf. in rubri. de iureiur. priuilegio. 16. & Thom. Ferr. cau. 30. tametsi Abb. & Anto. in dict. c. 1. refragentur, quorum sententiā defendi iure posse ibi asseruit Deti. Huic etiam Specul. assertioni, & illud concinit, q̄ licet in contractibus in nominatis re integra locus sit pœnitentiæ: si tamen iuramentū in eisdem contractibus præstitum fuerit, minimè licet, etiā re integra pœnitere. glos. in signis in. l. si pecuniam. verb. necesse. ff. de condicti. ob caus. quam doct. ibi recipiunt cōmuniter, & dixit sing. esse. Imol. in. c. 1. de iudi. col. pen. Ias. in. §. actionum. insti. de action. nu. 47. eamq; defendit Fortun. in. c. 1. de pact. num. 16. & 17. ex his ergo constat iuranti non licere pœnitere in eo actu, in quo non præstito iuramento à lege permessa foret pœnitentia. Vnde Specula. opinio probari videtur, cui etiā accedunt, quæ Fortun. dict. illat. 20. tradit versicul. Tertius casus. Eandem Specula. sententiā sequitur Ioan. Corasius in Præludijs ad l. admonendi. num. 31. ff. de iureiuran. Hæc tamen Specu. assertio falsa apparet, ex eo q̄ iuramētum sortitur naturam illius actus, cui adhæret. l. si ff. de lib. cau. c. quemadmodum. de iureiu. l. si ff. qui satis. cog. l. sed si possessori. §. item si iurauero. ff. de iureiur. tex. celebris in. l. fina. C. de non num. pecunia. quē existimat sing. esse Abb. in. c. cū

Secunda

contingat. nu. 14. de iure iu. Bal. in. c. cū omnes. de constit. pe. col. & Tiraq. in principi. l. si vnquam. C. de reuo. dona. nu. 160. explicat eius intellectum Bal. in. d. c. cum cōtingat. 2. col. Alex. cōsi. 89. 2. vol. col. 7. Feli. in. c. si cautio. de fide instru. num. 58. idem Feli. in. c. inter monasterium. de re iudi. nu. 23. Igitur iuramentum in testamēto prāstitum non reddit eum actum irreuocabilē: cum eius propria natura sit, vt ad mortē vsq; liberē mutetur. Qua in re duo potissimē sunt expēdēda, vt alia omitamus, quæ non ita huic disputationi congruerent. Primum equidem constat donationem inter virum & vxorem à lege vetitam, iuramento prāstito validam esse. vt Bart. adnotauit in l. si quis pro eo. si. col. ff. de fideiussio. idē Bart. in. l. Seyus. ff. ad. l. Falci. Federic. cōsi. 140. Abb. consil. 95. 2. vol. Areti. cōsi. 74. 3. col. Cepo. cōsi. ciuili. 8. Imo. in. c. cum contingat. de iure iur. nu. 85. Paul. & Ias. in. l. pacta, quæ contra. C. de pact. quam opinionē fatentur cōmunem esse, & eam sequuntur Abb. & Præp. in cap. fin. de dona. int. vir. & vxor. Alexā. cōsi. 8. lib. 2. Corne. in authen. sacramenta puberum. C. si aduer. vend. nu. 42. Ioan. Lupi. in rub. de dona. int. vir. & vxor. §. 51. col. 2. Fortu. in tract. de vlt. sine. illat. 20. col. 3. Deti. cōsi. 202. Francif. à Ripa. lib. 3. respon. c. 6. & 17. & Roderic. Suarez in. l. 1. tit. de Arris. foro legum. q. 3. Deti. consil. 232. col. pen. Alexan. in. d. l. Seyus. Ias. in. d. l. pacta, quæ contra. Guido Pap. consil. 204. col. 3. Quin & Alciat. parū huic conclusioni propitius, eandem

Rub. Pars.

asserit cōmunem in. d. c. cū cōtingat. nu. 198. Nec enim hoc iuramentū contra bonos mores prāstatur, vt Fortu. elegāter explicat: licet moribus ciuilibus Romanorum aduersetur. l. 1. ff. de dona. inter vir. & vxor. quæ hanc donationem his verbis prohibet. Moribus apud nos receptum est, ne inter virū & vxorem donatio valeret. Hoc autē receptū est, ne mutuo amore se inuicē spoliaret, donationibus nō obtēperātes, & profusa erga se facilitate viuentes. Haftenus Vlpianus ad Sabinum. Cui & illa ratio addi potest, q̄ nefas esse putatur, videri aliquid inter virū & vxorē, quod cōmune non esset, vti Alciat. adducit lib. 3. disp. c. 14. ex Plutarcho in præceptis connubialibus. c. 20. Vnde Bar. in. l. quod meo. ff. de adquir. pos. dicebat, hanc prohibitionem non carere rationi naturali: nō tamē isthęc prohibitio iuris naturalis est, eo sensu, quo ius naturale à Juriscōsultis, & Theologis assumit. Posset etenim lege, seu cōsuetudine talis donatio permitti: ergo nō est hæc donatio contra bonos mores, quos frāgere absq; turpitudinis nota minimē liceret, seclusa lege humana: atque in. d. l. 1. non dixit Vlpianus, eam donationē bonis moribus improbari, sed moribus Romanæ vr̄bis receptū esse ne fieret inter cōiuges donatio. sicut in. l. 2. ff. de vulg. inquit Iurisconsultus, moribus receptū est. & idem in. l. more. ff. de adqui. hære. Igitur iuramento hæc donatio confirmatur: quāuis Bart. cōtrariū asserat in. d. l. 1. vbi Saly. Fulgo. & Bal. idem Bart. in. l. cum quis decedens. §. Titia. ff. de

ff. de lega. 3. Angel. in. l. si quis pro eo. ff. de fideiuss. Henri. in. d. c. fi. Soci. in. consi. 65. i. vol. dicēs hanc opinionem cōmunem esse, eāq; defendat Chassa. in. consuetu. Burgun. rub. 4. §. 7. versi. sed tamen istud, eadēq; opinio impetrata absolute placeat Alcia. in. d. c. cū contingat. nu. 98. & eandem iure civili probet, quanuis iure Pontificio non admittat Pyrrhus, post consuetudines Aureliæ. q. de pactis. Nam his omisis primam opinionē sequutus, eam intelligo ex sentētia Philippi Detij, quādo donator ante donarium moriatur: secus verò, si superstitē donatore, is cui donatio facta fuerit, decesserit, quia propriū est huius donationis, vt morte donantis precedente traditione confirmetur, superstitē donatario. c. fin. de donatio. inter vir. & vxor. l. cum hic status. in. princ. & in. §. si ambo. ff. de donat. inter vir. & vxor. l. si is seruus. l. Papinianus. ff. eo. l. si inter. ff. de reb. dub. l. à marito. C. de dona. inter virum & vxor. regia. l. 4. titu. 11. par. 4. Hanc ergo conditionem nō excludit iuramentum, imò secundum eam est intelligendū, sicuti in hac specie respondit Deti. cōsi. 240. Sed eius opinio ex eo corrui, q̄ donatio inter virum & vxorē hanc cōditionem habeat, & recipiat, quando est inualida, vt in dictis iuribus probatur: si autem valida sit, qualis est ex cōmuni sentētia iuramento firmata, nullibi in iure hanc conditionē patitur, imò pure valet: quo fit, vt præmissa communi sentētia, minimè sit admittēda Detij opinio, auctore Alcia. in. d. c. cum contin

gat. nu. 204. eandem opinionē aduersus Deti. præmittit Paul. Castr. consil. 82. in. 2. volum. quo non citato optime Deti. conuincit Aymon Sauilli: consil. 102. dicens eandē assertionem cōtra Deti. tenuisse Francisc. Purpura. & Anto. à Ripa. Ex quo ipse Aymon deducit, donationem inter coniuges iuramento præstito reuocari non posse, quod ipse fateor ex cōmuni doct. conclusionē. Item infert ipse donationē inter patrem & filium, si ex iuramento vires assumat, nō exigere illam conditionē, si donator præmoriatur, quod est cōtra Deti. cōsil. 3. 6. 2. col. quē ipse Aymon pluribus rationibus refellit.

Secundū, quod in hanc controuersiam aducere libuit, ab eodem Detio petendum est: is, in quā, cōsi. 305. 2. col. scribit, donationē causa mortis, etiam factā præstito iuramento, posse ex donātis pœnitētia reuocari, habet enim dicta donatio tacitā conditionem, nisi donātem pœniteat, ergo iuramentū est intelligēdum secundum illam, ex d. l. si. & iuribus similibus. Et in hanc sentētiā aduocat Deti. Corne. cōsil. 126. colū. 2. 1. volum. text. in. l. quæro. §. inter locatorē. ff. locati. vbi locator p̄mittēs conductorem à domo non expellere, poterit hoc facere si cōductor per biennium cessauerit à p̄sionis solutione. Ad id etiam adducit Bal. in. l. cum quis. ff. de cōdic. ob caus. qui eandem opinionē probat. & idem Deti. in. l. non omnis. ff. si cert. pet. Ex quibus omnibus apparet, promissionem nō reuocādi donationem causa mortis oportere intelligi nisi totius volun

tatis

Secunda

tatis pœniteat: quod & Angel. asserit. cōf. 254. col. 2. post glo. in. l. si alienam. §. Marcellus. ff. de donatio. caus. mor. verb. acceperit. q̄ dicit ordinariā Ias. cōf. 6. 3. vol. col. 7. & in. l. qua dotis. ff. solu. matri. nu. 33. Hic tamen insistentum est perpensis Martiani verbis. ff. de donat. caus. mor. l. vbi ita donatur, mortis causa, vt nullo casu reuocetur, causa donādi magis est, quā mortis causa donatio: & ideo perinde haberi debet atq; alia quauis inter viuos donatio. Nā ex his Bar. ac cæteri cōmuniter adnotarunt, promissionē nō reuocandi donationem causa mortis efficere, vt ipsa donatio cēseri debeat facta inter viuos. & ita illū tex. cōmēdat Aret. in. l. nemo potest. col. 3. ff. de leg. 1. dicit sing. Corne. cōf. 158. 4. vol. Cōmendant Alex. & Ias. in. l. qua dotis. ff. solu. matri. latius Guiliel. Benedict. in. c. Rainuntius. isto tit. verb. testamētum. 4. nu. 25. atq; erit satis promittere nō reuocare donationem causa mortis factam: cum ex hac clausula actus ipse transeat in donationem inter viuos, cuius propria est. Nec verba illa causa mortis hoc impediunt, quia illum intellectum patiūtur, vt donatio fiat inter viuos, & irreuocabilis: sed ex causa mortis donator ad donandum inducatur: sicuti Bart. notat in. d. l. vbi ita donatur. cuius intellectum docto. ibi, & alibi sæpissime approbant. licet Ioan. Crott. repe. l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. oblig. nu. 48. aduersus hanc cōmunem teneat, esse necessarium ad hoc, vt ista donatio inter viuos facta cēsenda sit, donātem

Rub. Pars.

promittere nullo casu reuocare. nec sat esse si pmittat nō reuocare. ex verbis d. l. vbi ita donatur. & in. l. si alienam. §. Marcellus. & in. l. Senatus. §. donatio. ff. eo. Cui opinioni ipse non assentior. quippe qui existimē, donationē inter viuos irreuocabilē simpliciter dici, nō q̄ nullo casu reuocari nequeat: id etenim verū nō est: sed q̄ regulariter rescindi nō possit ex donatoris cōtraria volūtate. Sic ergo promissio nō reuocandi donationē ita simpliciter facta, potius cōuenit donationi inter viuos, quā donationi causa mortis, à qua abhorret plurimū: igitur ex hac simplici promissione transit donatio causa mortis in donationē inter viuos. Nec verba iuriscōsultorū Crotti opinionem adiuuant, quia intelliguntur in eo sensu, vt ex eis cōstet, secus esset si exprimatur aliquis casus, ex his quibus donatio causa mortis reuocatur, nā quo ad illū erit perpetua, quo ad alios vero mutabilis omnino manet, & donatio causa mortis adhuc est iudicanda. q̄ ipse colligo ex. d. §. Marcellus. adiūcta Bar. interpretatione. Quibus omnibus animaduersis, q̄ Deti. in. d. consi. respondit falsum videri potest. Et cōtra Deti. est Frācis. Areti. cōf. 74. col. 3. quem Ias. sequi videtur in l. non omnis. ff. si cert. peta. idem præmittit Guido Pape cōf. vlt. 2. col. Illud vero quod ex. l. si. C. de non num. pecu. adduci solet, facillime soluitur, q̄ iuramentum in illius legis decisione intelligitur iuxta iurantis consensum: nec vnquam præter iurantis intentionem iuramētum interpretādum est.

Vnde

Vnde intra consensus limites iuramentum obligationi addit religionis vinculum: vti in simili quaestione respondet Bart. in l. Titia. §. Imperator. ff. de leg. 2. Ci. Bal. & Saly. in l. 1. C. commo. Bart. in l. si quis pro eo. ff. de fideiusso. nu. 15. And. Tiraq. in l. si vnquam. C. de reuo. donat. in princ. nu. 142. idem in tract. de legibus conubi. in glo. 5. in 4. genere expressi qui omnes, & alij Tirauello citati. d. l. si. ad hoc ipsum expressim notant: siquidem iurans contractum literarum, & promittens pecuniae solutionem quauis obligationi consentiat, sub spe tamen futurae numerationis consensit, & ob illam causam: quod si causa illa cessauerit, nec numeratio sequuta sit, recte absque labe periurij non numeratae pecuniae exceptionem obijciat: cum ipse minimè iurauerit, nec consenserit in illam obligationem eo casu, quo pecunia numeranda non esset, & apertius ceteris ostendit Fortu. in l. si vnus. §. pactus. ff. de pact. nu. 11. senserat Ias. in l. si conuenerit. col. 3. ff. de iuris. omni. iudi. At in nostra quaestione constat, iurantem consentire omnino in perpetuam & irreuocabilem donationem: igitur eam reuocare non poterit. Eodem fere pacto tollitur obiectio facta ex l. quæro. §. inter locatorem. cum ibidem promittens conductorem non expellere, in hanc promissionem consentiat propter futuram pensionis solutionem, quæ si per biennium cessauerit, ab hac promissione promittentem liberat: hæc enim fuit eius intentio, hic eiusdem consensus est, nec contractus ipse aliud coniungere patitur. Nec tamen superflua

est existimanda dicta promissio. Nam ea non facta conductor præsens, & non solues pensionem ante biennium expelli posset, ea tamen facta expectandum est biennij tempus. Bar. & alij in d. §. inter locatorem. & doct. in l. Aedem. C. locati. vbi Ange. alium effectum huius promissionis adnotauit, cuius ipse memini lib. 2. Variar. resolu. c. 15. nu. 14. Aliter tamen quam Bar. leges regie distinguunt intellectum §. inter locatorem. in l. 5. & 6. tit. 8. par. 5. Ideo est considerandum ex Bar. sententia conductorem ad biennium statim expelli posse à domo conducta eo ipso quod à solutione pensionis statuto tempore cessauerit: si vero conductio sit facta ad longius tempus, breuius tamen decennio, idem erit dicendum, hoc addito, quod facta promissione à locatore non expellendi conductorem, expectanda est cessatio à solutione per biennium, etiã si conductor sit præsens: atque hoc ipsum operatur pactum illud de non expellendo conductorem: ex d. §. inter is autem, qui ad decennium conduxerit absque pacto expectari debet etiam præsens per biennium: sicuti & quicumque conductor absens per idem tempus expectatur. l. cum domini. ff. locati. Hæc etenim est Bar. in d. §. inter, huius quaestiones dissolutio, cui accedere videntur Abb. 3. col. & latius Imol. nu. 23. in c. propter. de locat. dicens hæc esse communem opinionem. & idem fatetur Ias. in l. 2. C. de iure emphy. nu. 37. & probatur ex glos. in d. §. inter. Regiæ tamen leges absque villo pacto statuerunt conductorem cessantem à solutione pensionis expectandum esse per biennium, quando conductio fuit facta

Secunda

facta ad quadriennium, vel longius tempus, si vero facta fuerit ad breuius tempus expectabitur per annum: quod magis accedit ad intellectum, & opinionem gl. in. d. c. propter. §. verum. tametsi tex. ibi. indistincte sanxerit expectandum esse conductorem per biennium. unde ne ille tex. communi sententiae aduersetur, potest commode intelligi secundum praemissam distinctionem, vel erit a communi opinione discedendum. Sed & glos. in. d. §. Marcellus. nihil obstat: quia aduersus Iurisconsultum ibidem loquitur, & ab Oldra. Dino. Alberi. & Bar. reprobatur, & est contraria gl. in. l. senatus. §. mortis. ff. eod. quam Pau. Cast. approbat in cōsi. 75. & cōsil. 82. in. 2. vol. gl. etiam in. d. §. Marcellus. reprobatur Ias. in. d. l. quae dotis. num. 33. & in. d. l. non omnis. 3. col. His igitur perpensis perplexa adhuc apparet huius nodi dissolutio, & propterea, ut nostram in hac re sententiam, & liberius, ac distinctius explicemus, quinque assertiones non inutiles proponimus.

Prima conclusio. Donatio causa mortis, quam donator voluit irrevocabilem esse, eamque, promissit non reuocare, in ea clausula, quae donationem inducit, transit in donationem inter vivos, nec illam patitur conditionem, nisi totius voluntatis donatorem poeniteat, etiam nullo adiecto iuramento. text. insignis in. d. l. vbi ita donatur. vbi Bar. & ceteri doct. idem Bar. in. l. fin. C. de pact. vbi Deti. id notat ex Bart. nu. 21. Ange. consil. 179. nu. 6. Alex. consil. 14. 1. vol. Pau. Castr. consil. 138. vol. 1. & consil. 6. in. 2. vol. Ias. in. l. non omnis. ff. si certum per. col. 3. glo.

Rub. Pars.

recte intellecta in. l. senatus. §. mortis. verb. decesserit. ff. de donatio. caus. mor. quae paulo ante retuli. Soci. consil. 53. 1. vol. Curti. Iunior consil. 39. nu. 6.

Secunda conclusio. Donatio causa mortis, quam donator promissit ratam habere, nec ei refragari, in ea clausula, quae donationem inducit, transit in donationem inter vivos, nec donator poenitere poterit. tex. in. d. l. vbi ita donatur, quae in specie ita intellexere Pau. d. consil. 75. nu. 7. 2. vol. & in consil. 61. eo. vol. Ias. in. l. non omnis. col. 3. ff. si certum per. Deti. in. d. l. si de pact. nu. 21. Ias. in. l. quae dotis. nu. 33. ff. solut. matri. Nihil etenim refert an donator velit donationem esse irrevocabilem, an promittat eam ratam habere, nec villo tempore se ei refragaturum: quam sententiam Bald. asserere videtur in. l. cum quis. ff. de conditi. caus. data. tametsi Alexand. in. d. l. quae dotis. num. 11. ex Bald. notauerit contrariam opinionem dicens: non esse donationem inter vivos, si facta donatione causa mortis, illa clausula sit adiecta: quae omnia promissit rata habere, omnino seruare, nec unquam eis contradicere, idem notat Guiliel. Bened. in. c. Rainuntius. infra eo. verb. testamentum. 4. nu. 27. Ceterum Deti. in. d. l. non omnis. col. 3. idem in. d. l. fin. de pact. nu. 21. & in consil. 305. praefatam Alexan. opinionem veram esse opinatur, quando dicta verba, quibus donator promittit non reuocare donationem, apponuntur inter verba executionem contractus inducentia: secus vero si apponeretur in ipsius donationis dispositione: tunc etenim secundam

secundam hanc conclusionem, quã tractamus, pcedere existimat: quod altius repetere oportet: & ideo,

Tertia cõclusio, autore Detio, sit: Promissio non reuocandi donatione causa mortis factã, adiecta exequutio ni contractus: non reddit ipsum actũ irreuocabile: nec operatur effectũ donationis inter viuos. Quæ quidem assertio primo ea ratione cõprobatur, q̃ ea, quæ in exequutione exprimuntur, ipsius actus dispositione minime augere videntur. text. celebratissimus in cle. i. de præben. quem tex. dicit aureum Feli. in. c. licet. col. 4. de offi. ord. cõmendat Domi. consi. 92. & consi. 86. Abb. in. c. cum nostris. num. 21. de concess. præb. Deti. cõs. 500. col. 4. Imol. in. c. quoniã Abbas. col. fin. de offi. dele. Hierony. Grat. consi. iii. 1. vol. & singu. Curti. Iunior consi. 3. 1. colũ. & Ias. consi. 6. 3. vol. col. 6. notat eundẽ tex. Imol. in. l. qui Romæ. §. duo fratres. colu. 4. ff. de verbo. obliga. Deti. consi. 2. nu. 9. & consi. 413. colu. fi. optimus tex. in. l. quidam testamento. in. principi. ff. de legat. i. quem præter docto. ibi notat Roma. singu. 430. Bald. in. l. etiam C. de falsa caus. adiecta legat. Paul. Castren. in. l. sed si fideicommissum. §. 1. ff. de iudic. Hæc ergo verba in exequutione donationis expressa ipsius actus naturã nequaquam mutare debet: quo fit, vt hac prima ratione tertia conclusio procedere possit. Sed & alia ratio eandẽ cõfirmat. prædicta etenim verba potius ex tabellionum voluntate, quam ex contrahentium cõsensu adijciuntur ipsis contractibus, vt in simi

14 li specie fatentur Bart. in. l. i. 6. q. ff. de iure codi. Bald. in. l. quotiens. C. de hæred. insti. col. 1. Imol. in. l. vlti. ff. quem admo. testa. apert. Deti. consi. 180. col. pe. Abb. in. c. cũ contingat. de iure iur. nu. 24. Deti. consi. 399. col. pe. & plures alij, quos ad nauseã vsq; citat Tiraq. in. l. si vnquam. C. de reuoca. donat. in. principi. nu. 122. dicens hæc opinionem cõmunẽ esse: idem fatetur Thomas Gramati. decisi. 62. num. 22. Et quãuis non desint, qui cõtrariam sententiam sequantur ex eo, q̃ cõsuetã apponi in instrumentis cõsentur ex contrahentium voluntate à notarijs expressa. Bal. per tex. ibi in. l. fi. C. de fideiussori. Soci. col. penult. in. l. Gallus. §. idem credendum. ff. de lib. & posth. vbi Alex. 3. col. dicit sing. tex. in. d. l. fi. & meliorem iuris Iaso. in. l. certi condictio. §. si nummos. ff. si cet. pet. nu. 24. Soci. consi. 10. 3. vol. Feli. notat in. c. cum. M. de cõsti. nu. 6. & ibi Deti. col. 2. Ias. in. l. fi. C. de iure emph. 10. notab. Alexan. in. l. huiusmodi. ff. de legat. i. in. fin. prin. Catell. Cora. in. vltimis memorabilibus dictione, Notarius. Et Ioan. Arelatanus in. l. generaliter. par. 1. C. de secũd. nuptijs. nume. 61. qui omnes cateruatim asserunt, notarium à contrahentibus rogatum, vt conficiat certi cõtractus instrumentum, cõsenti omnino rogatum consuetas clausulas eidẽ actui adijcere. optimus tex. in. d. c. cũ. M. quẽ existimat meliorem iuris Bal. 4. col. & sing. Fel. ibi. idẽ Fel. in. c. ex literis. col. 5. de fide instr. quod disputari longius poterat ex his, quæ dicti doct. scribit. & Ripa in. d. ca. cũ. M. 27. notab. Iaso.

Secunda

in. l. vt liberis. C. de colla. Hippo. sing. 123. Soci. consi. 85. r. vol. nu. 5. Deti. in. l. semper instipulationibus. ff. de reg. iu. Euerard. in locis legalibus. c. 63. Alex. cōs. l. col. 6. vol. 5. & ex Iuriscōsulto in l. q. si nolit. §. qui assidua. ff. de aedilit. edict. Verū quæstionē istā nimis à re, quā tractam⁹, remotā omittētes: id tā tū admonemus lectorē, verba cōtractui adiecta, quæ tamē notarijs cōmunia, ac frequētissimē obuia sunt, tunc demū præter voluntatē cōtrahētium adiecta cēseri, quādo ipsum actū, qui geritur mutāt, inq; aliā speciē transferunt. Nā si clausulæ solitæ apponi in cōtractibus, à notario scribi possunt absq; cōtrahētium expressa iussione, quia earum adiectio ex præsumptacō trahētium mente fit: quis va quā dicet easdē clausulas ex hæc præsumpta voluntate cōtractibus addi: quādo ex his verbis plurimū ipsius actus vis mutatur, aliāq; naturā assumit, quā ex verbis principalibus à cōtrahētibus prolatis præ se ferat: Hinc etiā procedit q. Anto. & Abb. in. ca. quinta vallis. nu. 32. de iu. iur. scribunt dicentes, per quē cūq; verba etiam amplissima cōpromisso adiecta, nō videri renuntiatum reductioni ad arbitriū boni viri ratione valde enormis læsionis, quia potius ex notariorū facili calamo, quā ex cōpromittentiū cōsensu solēt scribi: nec cōpromittētes cū sentire cēsendi sunt in tantæ læsionis licentiā, arbitris concedendam: idem licet in dissimili specie probat Abb. in. c. cum contingat. num. 24. de iure iur. non alia ratione, quam q. cōsuetæ exprimi à tabellioni

Rub. Pars.

bus. si in cōtractu scribātur illum effectum inducūt, qui nō abhorreat à verisimili contrahentiū intentione: sicuti existimat Lancel. Galiaul. in. l. r. col. 2. ff. de verb. oblig. Alcia. in. ca. l. r. §. si quis ita. 3. notab. Ex quo fit, vt quāuis procurator habens generale mādātū cum libera potestate, ea, quæ exigunt speciale mādātum possit agere. c. qui ad agendum. in. fin. de procurat. in. 6. l. procurator, cui generaliter. ff. eod. l. transactionis. C. de transact. Regia. l. 19. tit. 5. par. 3. id tamen nō procedit in valde præiudicialib⁹, propter abusum notariorū, qui passim absq; mādatorum consensu, & eis prorsus ignorantibus dicta verba inserunt, quæ magis ad stylum cōmunem, quā ad actus dispositionē spectāt: quod pulchre animaduertit Carol. Molin. in cōsuetud. Parisiens. tit. 1. §. 10. q. 3. Idem Carolus in Alexandri consi. 28. lib. 2. ex Ange. in. l. licet. col. 1. C. de locat. Bal. in rubr. C. de his quæ in fraud. credit. Abb. in. c. r. vt lit. non contest. nu. 28. à quibus autoribus, & eorum sententia tria Carolus infert, quæ apud eum legi facillime possunt. His ergo iure admitti potest, Hæc tertia, & principalis conclusio, quam Ias. optimē explicat, & admittit in consi. 6. 3. vol. & secūdum hanc declarationem potest defendi opinio Alexand. in. d. l. quæ dotis. & aliorum, quos in principio huius quæstionis citauimus.

Quarta conclusio: donatio causa mortis facta, in donationem inter vivos transit, si donator etiam in verbis exequutionē actus inducētib⁹, promittat

mittat iuramēto præstito eandem donationē seruare, firmāq; habere, & eā ipsum non reuocaturum. Iuramentū etenim non potest à notatio absq; cōtrahētis expresso cōsensu adscribi. c. penul. de iureiur. & ideo in iuramēto cessat ratio, quā in præcedenti cōclusionē adduxim⁹ ex abusu notariorū. Præterea ratio ex cle. i. de præbē. non vendicat sibi locū in iuramēto: cum id, quacūq; in parte contractus fiat, semper maturè fit, ac deliberato animo, & ea mente, vt effectū fortiatur: atq; ita in specie hāc cōclusionē tenēt Ias. in. l. nō omnis. col. 3. ff. si cert. pet. Areti. cōf. 74. col. 3. Guido Papæ conf. vlti. 2. col. Ias. in. l. quæ dotis. ff. solu. matri. nu. 33. & Ludoui. Gozad. conf. 87. nume. 9. Ferrati. caut. 30. Paul. conf. 75. 2. vol. licet contrarium notauerit Deti. dict. conf. 305. Corne. cōf. 126. 1. volu. 2. col. Ias. conf. 6. in. 3. volu. col. 7. Parisius conf. 16. nume. 17. lib. 2. quibus non possum assentire attenta vi iuramenti.

Quinta conclusio, Donatio causa mortis reuocabilis est, nec trāsit in donationē inter viuos, etiam si donator simpliciter iuramētū addiderit eidē, non tamen promisit eam non reuocare. hoc enim iuramētū simpliciter præstitum iuxta ipsius actus naturam est intelligēdū: vt in specie opinat Bald. in rep. l. 2. ff. de iureiur. colla. 42. versi. iuxta prædicta. quem refert, & sequitur Didacus à Segura in. l. vnū ex familia. §. sed si fundum. ff. de legat. 2. fol. 9. col. 3. ex quo, si testator simpliciter iuramentum præstitit, nec promi-

lit testamentū nō reuocare: absq; per iurij metu liberè poterit, quæ primo disposuerat mutare: censetur enim iurasse illā esse propriā, liberā, & nō coactā eius volūtate. Hactenus ergo de donatione causa mortis quā quis non reuocare iurauit: in testamēto vero dicta verba, etiā iuramento præstito, nō impediāt eius reuocationē ex opinione, quam aduersus Spec. probamus.

Nec ex his verbis hic actus trāsit in aliam speciem, nec in cōtractū inter viuos, quia verborū significatio non patitur, vt testamētum transeat in donationē irreuocabilem: sicut patitur donatio causa mortis facta, potuit enim fieri donatio occasione mortis, quia mortis causa induxit donatorē ad donandū, & tamen inter viuos, & ideo diuersum censerī debet, vt explicat Bart. in. l. vbi donatur. ff. de dona. caus. mort. & Iaso. in cōf. 6. col. 3. in. 3. volu. & probatur in. l. cum precario ff. de precat.

Est & alia ratio aduersus Speculat. actus siquidē cōtra iuramētū factus, etiam si agēs periurus sit, validus est, si prior actus cuius causa iuramētum præstitū fuit, nec perfectus est, nec ex iuramēto eam perfectionē assumpsit, vt mutari nequeat. ex gl. per celebri in c. fi. de proc. in. 6. quā præter doct. ibi: dicūt sing. Soci. cōf. 58. vol. 3. Ias. in. l. si nō forte. §. si centū. col. 3. ff. de cōdic. indeb. idē in. l. si ita quis promiserit. §. ea lege. nu. 24. ff. de verb. oblig. idē in l. duobus. §. si. 2. col. ff. de iureiur. cōmēdat Felin. in. c. edoceri. nu. 7. & in. c. ex parte decani. nu. 12. de rescrip. cuius &

Secunda

nos meminimus in Epitome. 2. parte. c. 4. nu. 9. & c. 6. nu. 2. & ad istam quaestione mirè cōducit, si quis etenim testamētum fecerit, idq; iurauerit, non reuocare, si postmodū pœnitētia ductus id testamētū mutauerit, hæc correctio, aut mutatio seruāda erit: cū ad mortē vsq; primū testamētum perfectionem nō accipiat, ac omnino pendeat, & ideo dum ita penderet, potuit optime tolli ab ipso testāte, ex. c. cum Marthę. de celeb. mis. nam & testamētum in mortuis ratum est, quādoquidem nec valet dū viuittestator, & vbi testamētum est, mors testatoris intercedat necesse est, teste Paulo ad Hebræ. cap. 9. Iure etiam cōpertum est, mortem testantis ratū facere testamētum, quod nondū certū habet robur quandiu viuittestator, qui condidit, cui liberū est, si velit mutare. l. si quis in principio. ff. de leg. 3. cum similibus. Hanc vero opinionem, vt secundū testamētū teneat, & preferatur primo, quod testator iurauit nō reuocare, asserunt Bart. in. d. l. si quis in principio. ff. de lega. 3. col. fi. idē in. l. si quis inquilinos. §. fin. ff. de lega. 1. & in. l. cū duobus. §. idem respondet. ff. pro socio. Oldrad. consi. 127. Bal. in repe. l. 1. C. de sacros. eccle. col. fi. Saly. in. l. sancimus. C. de testa. Ioā. And. in reg. quod semel. de regu. iu. in. 6. glo. in. cap. vltima voluntas. 13. q. 2. Bal. consi. 148. in. 1. vol. Alberi. in. d. l. si quis in principio. col. pe. Ias. in. l. si cōuenerit. ff. de iuris. omniū iudi. nu. 5. idē Ias. in. l. si ita quis promiserit. §. ea lege. num. 23. ff. de ver. oblig. Guliel. Maynerius in. l. quandiu. nu.

Rub. Pars.

me. 117. & in. l. nemo potest mutare. nu. 93. ff. de regu. iur. Andre. ab Exea in rub. ff. de pact. num. 524. & est communis opinio secundum Alexād. in. l. stipulatio hoc modo. nu. 5. ff. de verb. oblig. & Corne. cōsi. 294. volu. 4. eandem sequitur Ripa. in. c. 1. nume. 58. de iudic: Quæ quidem sententia adhuc verā est, etiam si primum testamētū, quod iurauit testator non reuocare, ad pias causas conditū fuerit. Bal. consi. 21. 1. volu. Stepha. Bertrand. in consi. 388. 2. volu.

Secūda opinio partim expræmissis cōstat, quibus probatur in hac cōtrouersia, secundū testamētum primo præferēdum esse partim à Bar. augeatur, qui nō tantū hoc tenet, sed & addit nec periurū esse reuocantē primū testamentum, cui iuramentū accessit. ita ipse in. d. l. stipulatio. & in. l. si quis in principio. col. fi. dicens: iuramentum quo quis promisit nō reuocare testamentum, esse cōtra bonos mores, & ideo iurantē ex eo minimè obligari. quod probatur in. d. l. stipulatio hoc modo cōcepta secundum eum, cui ad hærent Boatinus, quē Alberi. refert in. l. si quis in principio. col. pe. Angel. in. l. si quis pro eo. ff. de fideiuf. Bal. in cōsi. 22. & 148. 1. volu. & esse hanc communem sententiā fatētur Cinus. in. l. 1. col. fi. de sacros. eccle. Alex. in. d. l. stipulatio. nu. 5. Ange. Aretin. in tracta. de testamen. verbo, & iurauit non reuocare. & eam defendunt Ioan. Crotus in. d. l. stipulatio. nume. 18. & Guliel. Mayner. in. d. l. quandiu. num. 121. & eandem asserit glo. in cap. 1. de pace

ce tenenda & iuramen. firman. §. item sacramenta. verbo, super cōtractibus. quasi hoc iuramentum nō tantum sit cōtrarium bonis moribus ciuilibus. sed & canonicis: cum iure Pontificio votum captandæ mortis reprobetur, c. 2. c. ne captandæ. de concess. præb. in 6. cap. nulla. eod. titu.

Sed hæc opinio omisis aliorum argumentis ex eo cōuincitur, q̄ contra bonos mores non est promissio non reuocādi testamētū, quod supra probauimus ex Fortunio. Nā si promissio nō reuocādi testamētū absq; iuramento toleratur, cur iure iurādo eadem promissio firmari nequit? Dices fortasse, non esse ita periculosum animæ promissionē simplicē frāgere sicuti iuratā, & ob id magis tolli adiecto iuramēto testādi libertatē, quā simplici promissioē: id etenim fateor, negotiū bonis moribus repugnare, vt quis sibi ipsi tollat testādi libertatē: tamen si pacta, per quæ hæc libertas auferatur, à iure ciuili improbētur ea ratione, q̄ leges egre ferāt, ac odio habeāt, esse quē sollicitū de uiuentis hæreditate. l. si. l. pactū quod dotali. C. de pact. l. pactum dotali. C. de collat. Quod si dixeris occasionē captandæ mortis à lege tolli, vtq; improbā, bonisq; moribus cōtrariā refellit: fatebor vtq; occasionē hęc lege improbari, quasi hoc ipsum legū latoribus vtile visum fuerit reipublice, ne priuatim vitæ humanæ insidiaretur: nec cōfestim sequitur id ita cōtra bonos mores esse, vt peccatū sit pacta prædicta iniri, cū dicta occasio nō sit admodū crimini proxi-

ma, quippe quæ prauis animi præsumptionem maximā exigat, quæ in Christiana religione nō est faciliter admitenda. Constat etenim ex substitutionibus, ac bonorū vinculis, quæ ex primogenijs oriūtur, vt post mortē vni alteri bona obueniāt, occasionem captandæ mortis quodāmodo prauis, ac scelestis hominibus exhiberi, & tamen passim prædictæ substitutiones, & primogenia licitè fiunt, & honestissimè permittūtur. Nā licet in. d. l. vlti. C. de pact. ex eo pactum contrariū bonis moribus iudicetur, quod occasionē præbeat captandæ mortis, ea tamen ratio non est principalis ad hoc, sed illa, quod turpe sit agere de bonis illius, cui succedēdū forsam est, eo uiuente, ac non consentiente, vt in eadē constitutione probatur. Si quidē iuxta illius constitutionis sententiam pactio illa turpis non sit, si accesserit cōsensus illius, cui succedēdū est, eadēq; ratioē est intelligēda decisio tex. in. l. ex eo. C. de inutilib. stipula.

Præterea, nonne maior libertas in matrimonio exigitur, quàm in testamento. c. cum locum. de spons. Et tandem iuramentū, quo quis aliquā feminam accipere in vxorē pollicetur, validū est, & periurio irretitur is qui id non seruauerit. c. sicut ex literis. de sponsa. quibus rationibus Barto. opinio, quæ à iuris ciuilibus professoribus crebro recipitur, falsa apparet.

Tertia igitur opinio, licet concedat testamētum secundū primo præferri, testatorem tamē periurum esse profiteretur, ex prædictis rationibus. quā sen-

tentiã aſſerũt Ioan. And. in reg. quod ſemel. de reg. iu. in. 6. Archi. in. d. c. vltima volũtas. Ancha. in cap. cũ eſſes. col. pe. infra. eo. Io. ab Imol. in. c. dilecto. 2. colũ. de præb. Saly. in. d. l. ſancimus. col. ſina. Corne. cõſi. 294. volũ. 4. Franc. in. c. 1. de ſepul. in. 6. col. 1. Bald. in. l. 1. in reþe. col. ſin. C. de ſacroſ. eccl. Fort. de ultimo fine. illat. 20. ver. Tertius caſus. Alexã. conſil. 16. col. 2. volũ. 3. idem in. d. l. ſtipulatio hoc modo cõcepta. col. 2. Oldr. cõſi. 127. Imo. in cap. cum contingat. de iureiu. nu. 33. Felicit. in. c. in præſentia. de probat. nu. 6. Soci. Iunior. cõſi. 65. nu. 50. volũ. 1. & hæc eſt cõmunis opinio ſecundum Alcia. in. d. c. cũ cõtingat. nu. 77. Philipp. Probum in. c. ſin. de procura. in. 6. col. ſin. & Guiliel. Mayner. in. l. nemo poteſt. num. 93. & in. l. quandiu. ff. de reguliſuris. num. 121.

16 Quid ergo dicemus. ad. l. ſtipulatio? vbi Iulianus Iuriſconſultus ita ſcribit: Stipulatio hoc modo cõcepta, ſi hæredem me nõ feceris, tantũ dare ſpõdes inutilis eſt: quia contra bonos mores eſt. Verũ lex illa pœnalẽ ſtipulationẽ cõtra libertatẽ teſtandi adiectã, bonis moribus cõtrariã eſſe aſſerit: ſiquidem illicitum, & inhoneſtũ eſt pœnã adiectionẽ quẽquã velle alterũ adſtringere ad certã hæredis institutionem. Et huic auidã ambitioni eorũ, qui aliorũ hæreditates & patrimonia cõſequi nimia cupiditate cõtẽdũt, lex occurrit, quo eorũ inſatiabilẽ auaritiã reprimat, nõ tamẽ ex his ſequitur, promiſſionẽ ſimplicẽ vel iuratam abſq; pœnã adiectione bonis moribus aduer-

ſam eſſe. ſicut in ſimili ſpecie promiſſio matrimonij cõtrahẽdi licita eſt, ſiue fiat ſimpliciter, ſiue cũ iuramento: & tamẽ promiſſioni huic pœnã addi bonis morib⁹ refragatur. l. Titia. ff. de verb. oblig. Ex quo infero pœnalem ſtipulationem, cuius meminit. d. l. ſtipulatio iuramento firmari non poſſe. quod ibidem Bart. & ceteri doct. cõcedunt. Secundo infero, promiſſionẽ pœnalem, quã in. d. l. Titia. & in cap. Gẽma. de ſpõ. reprobat, nequaquã iuramẽto vires accipere. autore Bart. in. d. l. Titia. num. 11. & in. l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuffori. num. 6. Licet Corne. cõtrarium cõſulendo reſpõderit conſi. 294. in. 4. vol. & Fortu. dubitaue rit in dicta illatione. 20. verſic. vnde etiam ſingulariter. & verſi. dico ergo. Hinc probari poterit, donationem factam in pœnã mutationis, aut reuocationis teſtamẽti minimẽ valere: ex cõmuni omnium ſentẽtia in. d. l. ſtipulatio. ſicut aſſerit & probat Alexã. conſ. 25. lib. 3. Imò quanuis Bald. in. l. ſancimus. C. iſt. tit. Paul. & Alexã. in. d. l. ſtipulatio. Frãcus in regu. quod ſemel. de reg. iu. in. 6. & pleriq; alij frequenter dixerint, hæc pœnã poſſe adijci reuocationi certi legati, licet non poſſit apponi reuocationi totius teſtamẽti, perpẽſa declaratione Claudij in. d. l. ſtipulatio. nu. 5. Et licet itidẽ eandẽ pœnã fauore piẽ cauſã admittat Iaſ. in. d. l. ſtipulatio. & cõſ. 169. vol. 4. nihilominus Caro. Mol. in. d. cõſ. 25. cõmunem opinionẽ etiã in his duob⁹ caſibus nouiſſimẽ ſequitur, cuius opinio ſatis expremiſſa cõſideratione defenditur.

Porro

Porro illud erit præter alia & hic cõsiderandũ quod Cepo. animaduertit cautela. 117. dicens, posse in prædicto casu fieri, vt testamentũ secundũ sit nullũ, si is qui iurauit primũ testamẽtum non reuocare, à iudice ecclesiastico admoneatur, petente hærede scripto in primo testamẽto, trina canonica monitione, vt testamentũ illud seruet illæsum, & ne illud reuocet, in dicta excõmunicatione aduersus eũ, si id testamẽtũ mutauerit: tũc etenim
 18 testamentũ posterius erit nullũ, quippe quod factũ sit ab excõmunicato, qui testari non potest, vt existimant Ioã. Mona. in. c. quãquã. de vsur. Host. in. c. pia. de excep. in. 6. glos. in. c. decernimus. de sentẽ. excõm. eo. lib. quã dixit singu. Fran. in rub. ista. lib. 6. casu. 16. quasi deportato æquiparetur excõmunicatus. Hoc tamen non est admittendũ, quia falsa ratione iuuatur, cũ excõmunicatus testari possit regulariter, quod probatur ex eo, q̄ oēs testari possunt, qui iure expressim nõ prohibẽtur. l. si quæramus. ff. eo. §. fin. insti. quib. est perm. face. testa. l. i. C. de sacros. ecclesi. Sed excõmunicatus non prohibetur testari, igitur potest testamentũ facere. Præterea speciale est in excõmunicato propter hæresim. c. excõmunicamus. §. credentes. de hæret. auth. credẽtes C. de hæret. is enim testari nõ potest: sicuti nec excõmunicatus ex percussione cardinaliũ. c. Felicis de poeni. in. 6. ergo excõmunicatis ob alias causas nõ est interdicta testandi potestas, atq; ita hæc sentẽtiam veriorẽ esse opinatur Archi. in

d. c. pia. Ioan. And. ac cæteri in. d. c. de cernimus. Frede. consi. 74. Bart. in. d. l. si quæramus. Bal. in. l. fin. col. 3. C. si à non comp. iudice. Abb. in. c. veritatis. de dolo & contu. nu. 32. Abb. hic. 2. colu. Imola in. c. 2. infra eo. post alios Guiliel. Bene. in. c. Rainuntius. verb. mortuo itaq; testatore. in. 1. num. 288. eod. titu. Ioã. à Sel. de beneficio. 3. par. q. 4. col. 1. quam opinionem sequuti, fatentur comunẽ esse Feli. in cap. cum voluntate. de senten. excõm. idẽ in. c. ad probadũ. de re iudi. col. 2. Barba. in. d. c. 2. Franc. in. d. rubri. casu. 16. Areti. in. d. l. si quæramus. & Gualde. in libello de arte testandi. titu. 1. cau. 10. nec refert an sit publicẽ vel occultẽ excõmunicatus, secundũ eos, quibus accedit glo. in. c. pastoralis. §. verum. de appe. quæ excõicatũ similitẽ esse ait relegato: & tamẽ relegatus testari potest. l. relegatorũ. §. 1. & seq. ff. de interdi. & relegat. Huius etiã cõmunis sentẽtiæ autor fuit Inno. in. d. c. cũ volũtate. qua perpenfa Cepolæ cautelam reprobatur And. ab Exea. in rubri. ff. de pact. nume. 525.

19 His vero, quæ de libertate mutandi testamẽta diximus, aptissime cõuenit disputare, quo pacto secundũ testamẽtum, cui testator in primo derogauit, validum sit. quã quidem rem egregie tractauit Barto. in. l. si quis in principio testamenti. ff. de leg. 3. cuius verba varijs in locis adnotarũt, qui post eum scripsere. Nec tamen verebimur nos ea pro viribus explicare, quas dã ex Barto. cæterisq; conclusiones colligentes, quibus hic tractatus, ni falli-

Secunda

mur, apertissime expedietur.

Prima conclusio. Primū testamētum simpliciter sequentibus derogās tollitur per secūdū, in quo specialis fit reuocatio primi, licet in eo nulla mētio fiat clausulæ derogatoriæ. Atque exēpli gratia fit derogatio in primo testamento in hunc modum concepta.

Quod si aliud testamētū fecero, nolo illud valere. Specialis autem mētio primi in secūdo hoc modo fit, nō obstāte priori testamento, quod præsentē. F. Notario cōdidi. Est enim hæc mentio necessaria & sufficiens, vt notat Bart. in. d. l. si quis in principio. nume. 8. per tex. ibi. & licet Pau. Cast. cōsi. 182. 1. volu. col. 3. aduersus Bart. exigat in secundo testamento verba illa. Non obstātibus quibuscunq; verbis derogatorijs in priori testamento appositis: tamē sentētia Bart. verior est, cum in specie & nominatim primū testamētū tollatur. Eadē verba Bart. Ias. retulit nec ausus est improbare in l. si mihi. & tibi. §. in legatis. 2. lectione. col. pe. ff. de legat. 1. & subdit Corne. cōsi. 86. 3. vol. col. pe. hanc esse communem opinionem post Cin. in. l. sancimus. C. de testamē. Imo satis erit in secundo testamēto hæc apponere verba, Non obstāte quocunq; alio testamento sub quacunq; verborum forma cōcepto. ex Areti. in. c. 1. de rescri. col. 6. hæc opinionem in derogatione legum, & canonū asserente per text. quē singu. appellat in. c. Alma mater. §. si. de sent. excōmu. in. 6. quē Feli. sequitur in. c. nonnulli. col. 7. vers. secūdo fallit. de rescrip. additq; ipse Are-

Rub. Pars.

ti. hæc esse communem opinionem.

Secunda conclusio. Testamētum primū cui adiecta fuit clausula derogatoria potestatis testādi, seu reuocādi illud testamētum, per secūdū tollitur etiā simpliciter factum, nulla adhibita mētionē, nec generali primi testamēti. quod probatur, quia derogatio potestatis testandi à iure ciuili improbatur, & inutilis cēsetur. l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verbo. oblig. qua ratione Bart. in. d. §. in legatis. hæc conclusionem probat, eamq; ceteri cōmuniter recipiūt, vt ibi testatur Iaso. 1. lect. & Soci. 2. col. eandē tenent Cin. Fulgo. & docto. cōmuniter in. d. l. sancimus. & Corne. cōmunem hæc professus dicto cōsi. 86. 3. vol. col. pe. Accursi. tamen in. d. §. in legatis. & in. d. l. si quis in principio. verbo, nemo enim. nullā in hac re differentiā constituit inter verba derogatoria volūtatis & potestatis: imo idē vtrobiq; seruādum fore apertissime cēset. Cuius opinionē Ioā. ab Imol. in. d. §. in legatis. defendit & Saly. in. d. l. sancimus. Disputat etiam Soci. in. d. §. in legatis. quod iure verius esse apparet ex eo, quod ratio, cui innitur cōmunis sententia minime procedit. per p̄so intellectu vero. l. stipulatio hoc modo cōcepta, quē paulo antetradidim⁹.

Tertia conclusio. Primū testamētum habēs clausulā sequentis derogatoriā, non tantū simplicem, & generalem, sed & specialē, certisq; limitibus circumscrip̄tam, per secūdū tollitur, in quo fit generalis mētio primi, & illius clausulæ derogatorię cōmemoratio

rio indefinita. Fit enim tūc mentio specialis primæ voluntatis, quæ est necessarium, & sufficit, quanuis in specie verba clausulæ derogatoriæ minimè repetantur, quod Bart. notat in dicta. l. si quis in principio. 3. col. quæ ibi cæteri doct. & in. d. l. sancimus. cōmuniter sequuntur, sicuti fatetur Corne. cōs. 86. 3. vol. Alber. in dicta. l. si quis in principio. num. 7. & 16. Alex. cōs. 134. volum. 1. Soci. & Ias. in. d. §. in legatis. 2. lect. col. 3. Card. consil. 102. Alexan. & Ias. in. d. l. sancimus. Barb. in cap. cum esses. instit. num. 18. Antoni. Rube. consil. 24. Soci. consil. 163. vol. 2. pen. colū. quam etiam probat Domi. consil. 115. & asserit esse communem Socin. Iunior. cōs. 124. volu. 1. col. 2. & 4. super qua disputant Barb. in dict. num. 18. idem cōs. 72. volum. 3. & Ias. in dict. §. in legatis. inquirentes an ex vera iuris ratione sit necessaria in præsentis dubio specialis mentio verborum clausulæ derogatoriæ, quam testator primo testamento adiecerat. Sed docto. sententia ex illis amplissimis verbis defenditur, non obstante quocunque testamento à me condito, quæcunque verba derogatoria habente: hic enim fit mentio specialis clausulæ derogatoriæ, quanuis ad verbum non repetatur: quod sufficit, & probatur in. l. omnes. C. de præscript. trigin. vel quadraginta annorum. & in. l. Titius. ff. de libe. & posthu. Ex quibus sequentia collaria deducuntur.

Primū, in quæstione præcedentis assertionis, quæ tertia est, minimè sufficere primi testamēti mentionē, nisi

& clausulæ derogatoriæ saltem in genere testator meminerit, nec enim sat erit dicere, volo hoc testamētū valere, non obstante alio quocunque testamento per me facto, seu cassum & irritū faciens quodcūq; aliud testamētū, oportet siquidem addere: sub quibuscūq; verbis derogatorijs conditū. ex mēte glo. & doct. in. d. §. in legatis. Bar. & aliorū in. d. l. si quis in principio. 3. col. & probatur per tex. ibi. licet Iaco. & Aret. cuius opinionē aduersus vulgo receptā veriorē esse existimat Alber. in. d. l. si quis. num. 7. & 16. asserat, non esse necessariā mētionem clausulæ derogatoriæ, nec in specie, nec in genere. & Bald. expressim teneat in. l. humanum. C. de leg. col. pe. sufficere, testatorem in secūdo testamēto scribere illa verba: cassum & irritum faciens quodcūq; aliud testamētū, quæ quidem dicta reprobat Soci. in. d. §. in legatis. col. 4. & Paulus Castren. consil. 206. volu. 1. Nam reuocatio primæ voluntatis præcipue in ipsa testatoris cōsistit contraria volūate, quæ non præsumitur, nisi in specie prioris actus mētionem fecerit, vt in eadem. l. si quis in principio testamēti. iuriscōsultus scribit, cuius verba hanc communem opinionem acerrimè tutantur.

Secūdum, non esse necessariā clausulæ derogatoriæ ita specialē mentionem, vt ad verbū referatur ipsius derogationis qualitas, quod communis omnium sententia probat: vt Soci. refert in dicto. §. in legatis. col. 4. præter alios, quos nominatim citauimus. Tamen si refragetur glo. in. d. §. in legatis.

Secunda

tis. Salyce. in. d. l. sancimus. col. penul.
Dinus in reg. quod semel. de reg. iuris
in. 6. Barba. in dict. c. cum esses. colū.
pen. & si. eo. titu. Ias. & dubitet in dict.
§. in legatis. 2. lect. col. 3.

Tertiū, hanc tertiā cōclusionē pro-
cedere opinamur, etiā si vnicum tan-
tum testamētum præcesserit: nec erit
satis in secūdo in genere irritum face-
re, cassumq; decernere quodcunque
aliud præcedēs testamētū, nisi saltē
generalis verborū derogātium men-
tio fiat. cōtra Bart. in. d. l. si quis in prin-
cipio. 3. col. cuius verba si sensum per-
pendimus, ac doctoribus eum allegā-
tibus exhibenda fides est, deprāuata
circunferuntur. Nam dum dicit, nu. 9.
cassans omne aliud testamētum meū
in quo sunt verba derogatoria, vel
sunt hæc vltima verba: in quo sunt
verba derogatoria: omnino delenda,
vel referēda ad Bar. nō ad ipsum testā-
tem. & cōtra Bar. tenent Angel. Paul.
Imol. Alex. & Are. in. l. 2. ff. de libe. &
posthu. Mari. Soci. consi. 163. in. 2. vol.
Bar. Soci. in. d. §. in legatis. col. 4. Paul.
Cast. cōf. 284. 1. vol. col. 4. Bal. in auth.
hoc inter liberos. C. de testa. Alex. cō-
f. 25. vol. 3. col. 2. Guili. Bene. in. c. Rai-
nuncius. ist. tit. verb. testamētū. 2. nu.
22. Anto. Rube. consil. 24. col. 4. & esse
eam opinionē cōmunē asserūt ipsam
sequuti Ias. in. d. l. sancimus. col. 3. Cur-
ti. Iunior conf. 26. col. 2. & Alexā. in. d.
conf. 25. Nec enim hic fit prioris volū-
tatis specialis mentio, licet vnicum te-
stamētū præcesserit: cum sit necessa-
ria mentio non tantū testamēti, sed
& clausulæ derogatoriæ in eo conten-

Rub. Pars.

tæ, quod nō est necessarium in. d. l. 2.
quam Bart. pro se adducit, quia ibi so-
lum requiritur certa & nominata ex-
pressio. Vnde verior apparet cōmu-
nis opinio, licet Bart. conentur defen-
dere Socin. & Iaso. in dicta. l. 2. idem
Soci. consi. 2. in. 3. volum.

Quartū ex his constat, primū testa-
mentum habens clausulā derogato-
riam specialē, non tolli per secūdum,
in quo nominatim fiat primi testamē-
ti mentio, nisi testator saltē in genere
clausulæ derogatoriæ meminerit: cū
eius clausulæ reuocatio requiratur o-
mnino: ex tertia cōclusionē, ex qua li-
cet dubius hoc infert Soci. in. d. §. in le-
gatis. col. 5. cōtra Bal. in. l. humanum.
C. de legib. dicentem satis esse si in se-
cundo testamento dictū sit. Non ob-
stante alio testamento per me coram.
F. notario condito. quæ quidem ver-
ba nequaquam sufficiunt, si aduertā-
mus ad text. in. d. l. si quis in princi. &
ad prædictā omniū doct. sententiam.

Quarta cōclusio. Primū testamen-
tum habens quæcunq; verba deroga-
toria, etiam admodū specialia, per se-
cundum tollitur, nulla prioris volun-
tatis, nec speciali, nec generali mētio-
ne facta: modo constet ex coniecturis
testantē prioris voluntatis pœnituisse.
Bal. communiter receptus in. d. l. san-
cimus. vbi post alios Ias. 2. col. Et pro-
batur ea ratione, quod reuocatio pri-
mi testamēti vtcunq; facti à volun-
tate testantis pendet, ipso Iuris consul-
to teste in. d. l. si quis in princip. igitur
si eius volūtas coniecturis deprehen-
di potest, minimè dubia erit actus mu-
tatio.

ratio. quod & Bar. ipse in. d. l. si quis in principio. sæpissimè fatetur. Cui opinioni, quam cõmunem esse fatentur, aliquot adducunt coniecturas Paul. Pari. consil. 10. vol. 3. num. 21. & Socin. Iunior consil. 124. volum. 1. num. 52. & sequen. ultra eas, quas docto. in dict. l. sancimus. adnotarunt eandem sententiam probantes, ex quibus & ex alibi consideratis sequentes illationes explicare libuit.

Prima, testamētum primū habens quæcūq; verba derogatoria, etiā specialia, per secūdum adiecto iuramento tollitur, nulla facta mentione prioris voluntatis. Bal. in. d. l. sancimus. cui cæteri doctor. assentiuntur ibi. & Soci. consil. 163. vol. 2. col. fin. Guido Papæ decis. 128. Anto. Rub. consil. 24. colū. 3. Corse. in rub. de iureiu. 24. & 26. priuilegio iuramenti, quorum omnium concorsest ratio illa, quæ à præmissa conclusione colligitur, si quidē is, qui iuramento præstito secūdū testamētum cõdit, ob religionem iuramenti, videtur cuiuscunq; prioris voluntatis cõtrariæ pœnitere: atq; hæc est maxima coniectura, quæ hanc mutationem manifestā facit. Quo fit, vt isthæc prima illatio sit admittēda, etiam si in testamento secūdo nec generalis primi reuocatio fiat, illis verbis, cassum & irritum decernens quodcūq; aliud testamentum per me factū: aduersus Ias. in. d. §. in legatis. i. lect. col. penul. & Soci. dubitantē ibi. pe. col. Ant. Rub. d. consil. 24. nu. 9. & Guiliel. Bene. in. d. cap. Rainuntius. verbo, testamentum in. 2. num. 19. Nam & ipse Ias. ingenue

fatetur sibi ipsi communem sententiam obstare, à qua recedendum non esse Soci. admonet. in. d. col. penul.

Secundo infertur ex eadē ratione, Primū testamētum, quod testator iurauit nō reuocare, vel cui iuramētum addidit, ex hoc clausulā derogatoriā sequētis, & specialem habere. Bart. in dict. l. si quis in principio. fi. col. Alex. & Iuniores in dict. l. sancimus. & in. d. §. in legatis. Ias. in. §. item si quis postulante. de actioni. num. 14. Quorū opinio plurimū probatur ex glos. in. c. cū nō deceat. de elec. in. 6. quæ asserit, generalē canonū, vel statutorum derogationē minimè tollere statutum iuratum. quam gloss. existimant esse sing. Roma. sing. 7. Alex. in. l. i. colū. pen. ff. ad leg. Falci. Ias. cõsil. 173. in. 4. vol. col. 9. & Rom. cõsi. 436. col. 3. & cõsil. 404. Ias. in. l. fi. C. si cõtra ius. col. fi. commēdant Abb. col. 3. Feli. col. 2. in. c. constitutus. de rescript. Alexan. cõsi. 38. in. 3. vol. optimè Ludo. Gomez. post Cro. ibi in. c. 1. de cõsti. in. 6. num. 286. Eelin. in. c. 2. nu. 20. de sponsali. Notant Bart. & Io. Crot. in. l. omnes populi. ff. de iustit. & iure. 3. q. principali. Ioa. Staphi. de liter. grat. & iusti. fo. 99. colum. 2. & plures alij, quos Rebu. citat in forma mandati apostolici. verbo, iuramēto. qui post alios ad hanc rem meminit gloss. in. cle. dudum. §. fin. de sepul. verbo. pacta. quam dicit singu. Cremen. sing. 39. hoc tamen procedit in iuramento speciali non in generali secundum Domi. in cõsil. 83. Carol. in consil. Alexand. 27. libro. 1. ad finem. quibus exactè perpensis, ita erit necessaria

ria in secundo testamento mentio iuramenti, ut non sufficiat mentionem facere primi testamenti, & derogatoria clausula specialiter per illa verba: cassum, & irritum decernes quodcumque aliud testamentum quibuscumque; verbis derogatorijs a me conditum: quod expressim notat Pau. Castré. consil. 284. vol. 1. col. 2. & Fulgof. consil. 36. Ceterum si in secundo testamento ita scriptum sit: non obstante quocumque alio testamento a me facto, & habere quocumque; verba derogatoria, quae hic foret ad verbum referenda, ea etenim pro expressis habeantur: ut hac clausula interim utamur, poterit quibusdam videri adhuc non esse sufficientem prioris voluntatis mentionem, quia ubi expressio specialis exigit, praedicta clausula non sufficit. Paul. Castren. consil. 278. vol. 1. Cardi. consil. 136. Calde. consil. 11. tit. de privileg. Frederi. consil. 233. & alij. quos retulit Felinus in cap. accedentes. de praescriptionib. est enim mentio specialis necessaria, quae in dictis verbis non est ex notatis in Clemen. appellanti. de appella. & in l. certum. ff. si cert. petat. & fatetur hanc esse opinionem communem Feli. in d. ca. accedentes. idem in. c. nonnulli. nu. 6. de rescript. Ias. in consil. 121. & 155. vol. 4. Selua de Benef. 3. par. q. 14. Deti. consil. 165. colum. 2. idem consil. 373. final. colum. Andre. Tiraquel. de iure maritali. in glos. 5. ad finem. Thom. Gramma. decisi. 20. quibus accedit text. optimus in cap. qui ad agendum de procurat. in. 6.

Rursus erunt, qui contrarium re-

sponderere non dubitent, eo quod praedicta verba satistollat priorem derogationem, cuius specialis expressio requiratur. l. omnes. C. de praescri. trig. vel quadra. anno. vbi Bald. & Angel. hoc notant, eamque legem miris laudibus efferunt quotquot hac in re scripsere. idem Abb. in. c. cum instantia. de censi. Antoni Butri. consil. 49. Collect. & Bald. in cap. cum dilecta. de rescrip. Alber. in. l. 1. C. quando imper. inter pupil. & vidu. Bald. consil. 409. vol. 5. Soci. in tracta. de visitat. nu. 45. Anto. consil. 2. Paul. consil. 3. vol. 1. Eeli. in. c. humanum genus. i. distin. col. 4. & in hac specie testamétorum Albe. Brunus in tracta. de forma. coll. 24. & esse hanc opinionem communem asserit Frederic. consil. 47. Anani. consil. 55. & idem Tiraquel. in dict. glo. 5. Rebus. in forma mandati Aposto. verbo pro expressis. Aymō Sauilli. consil. 126. col. fin. Bar. vol. 3. Soci. consil. 3. col. 4. Chosmas in pragmat. sanctio. titu. de collationibus. §. quod si quis. verb. ad verbum. ac caeteris diligentius insigni breuitate Praeceptor meus obseruandissimus Martinus ab Azpilcueta Nauarrus in capit. si quando. de rescript. col. 4. Qua in re oportet maximam hanc controuersiam quibusdam explicitis, quae confuse traduntur, distinctam lectoribus exhibere.

Primum equidem constat, hanc vltimam sententiam frequentior calculo receptam esse, atque seruandam fore, absque dubio, si curiae Romanae praxis eam admiserit. Nam huius styli sunt testes Anto. consil. 2. Collectar. in dict.

dict. c. cum dilecta. Probus in. c. collatio. col. 3. de offi. leg. in. 6. Ludou. Gomez. in procemio reg. can. quæsti. 6. nu. 8. Domi. consil. 65. col. 6. & consil. 120. colū. 2. Ioan. Staphil. de liter. grat. & iustit. fol. 103. col. 2. quod probari videtur in. c. 1. de transact. & c. quia sæpe. de elect. in. 6. c. alma mater. de sen. excomm. eod. libr. in fine. extrauag. rem non nouam. de dolo & con. Felin. in dict. c. nonnulli. num. 6. & in dicto cap. accedentes. colum. 3.

Secundū etiam ex iuris ratione concluso stylo procedit: nempe dicta verba priorē clausulam cuius specialis, & ad verbū expressio requiritur, omnino tollere, si in lege, canone, vel cōstitutione exprimat: sic enim procedūt iura: quæ modo citauimus, & fatentur Angel. Alexand. & Iaso. in. l. sed & si quis. §. quæsitum. ff. si quis caut. & ex his qui priorē sententiā approbant, Felin. in dict. cap. nonnulli. num. 6. & in dicto. c. accedentes. Decius consil. 165. & consilio. 373. Iaso. Andre. Tiraquel. Rebu. quos superius adduximus. in quo video doctores omnes consentire. sic & idem erit si in secundo rescripto, aut priuilegio principis prædicta verba motu proprio apponantur. vt fatentur Felin. in dicto. c. accedentes. Decius in dictis locis. Cald. consil. 11. de priuilegi. Roman. consil. 327. Angel. in dicto. §. quæsitum. in fine. vbi Alexand. & Ias. & Felin. in cap. sedes. colum. 8. de rescript. Ripa in capit. 1. de rescript. num. 80. Soci. consil. 3. volum. 3. colum. 4.

Tertiū ad disputationis discrimen

recidit, & tamē iuris ratione examinata, verius esse arbitror in priuilegio secundo, aut rescripto ad petitionē alicuius concessio, nō sufficere præfatam clausulā, vt tollātur priora, & ita speciali verba derogatoria. in quo sequor priorē illam sententiā, quā ex Calde. & alijs autoribus retuli: tametsi refragentur hi, qui posteriorē opinionem frequentius sequuntur: eamq; in hoc ipso casu procedere existiment.

Quartū nostrę quæstioni propius accedit. Nam hæc verba nō obstante quacunq; alia dispositione, cuius ad verbum esset mētio faciēda, eam expressam cēsentes: nō tollunt priorē actum iuramento firmatum, ex glos. in dict. c. cum non deceat. adiunctis his, quæ ad eā notauimus in hac ipsa quæstione: nisi reuocatio prioris actus fiat per legem, aut cōstitutionem, vel addatur in reuocatione clausula, motu proprio, vt notant Ias. in. l. fin. C. si contra ius, vel vtilit. pub. si. col. & Felin. in c. constitutus. colū. 3. de rescript. hi tamen loquuntur in generali clausula: non obstantibus: non autem in ista, qua expressa finguntur ea, quæ in specie exprimenda forent. Vnde Iaso. in. d. l. final. in fine sensit iuramentum per eam tolli: & aperte notat Soci. cōsil. 196. volu. 2. colum. 2. qui huius opinionis rationem cōstituit, & deducit ab illa sententia, quam in praxi, & vsu receptam esse diximus, & communio rem fecimus, & ideo quæ in ea dicta sunt, etiam ad derogandum iuramento erunt prænotanda. atq; ex his satis fieri potest dubitationi, quæ propo-

Secunda

ta fuit circa derogationem primi testamenti iurati.

Quinto ea, quæ diximus intelligenda sunt in principe, qui potest supplere illâ specialē mētionē in actu requisitâ, ac fingere eam factam fuisse: inferior vero contractum gerens non potest fingere expressum fuisse id, quod ex lege nominatim est exprimendū. tex. admodū singu. in. c. qui ad agendum. de procurat. in. 6. l. sed & si quis. §. quæsitum. ff. si quis caut. vbi Ange. Alex. S. Iaf. 2. col. hoc ipsum notat Iaf. in consi. 173. vol. 4. col. fi. Alexan. in. l. quicquid. 2. col. ff. de verb. obliga. Tiraque. & Rebu. paulo ante citati: quorum opinio in testamentis non procedit circa verba derogatoria, ex eo quod eorū mētio principaliter ex hominis, non legis dispositione requiritur. Atque de his satis.

Tertio ex principali cōclusionē ducitur, testamentū primum, cui iuramentū accessit, nō tolli per secundum item iuratū, nisi primi, eo modo, quæ diximus, mētio fiat: quādo per reuocationem primi tēdit testator ad per iurij crimē, quod probatur. Nō enim est præsumendū, quenquā velle mortale crimē cōmittere, nisi euidenter hoc cōstiterit. l. merito. ff. pro socio. maxime in actu, qui prope mortem fit. c. l. teras. & ibi gloss. verbo tam graue. de præsumpt. Vnde cum reuocatio prioris voluntatis cōsistat in præsumpta, vel euidenti testantis intentione, dicendum est nō videri primum testamentum sublatum per secundū in casibus, quib⁹ ex hac reuocatione testator per

Rub. Pars.

iurus esset, nisi id appareat manifeste.

Quarto constat ex eadē assertionē, primum testamentum habens clausulam derogatoriā specialē, non cēseri per secundū sublatū, etiam si in secundo fiat mētio specialis derogatoriæ clausulæ, si testator in primo dixerit, velle primū illud testamētū reuocari nō posse, aut irritū minimè cēseri per secundū, etiā si in eo specialiter primo derogetur: est enim necessariū, nō tantū prioris clausulæ derogatoriæ reuocationē adscribere, sed & addere derogationem secundæ clausulæ, vel vbertima verba, ex quibus manifestum sit, testatorē a priori voluntate discessisse. cuius illationis sit exemplū primi testamenti. Et volo meū hoc testamētum firmū: ac perpetuū esse, nec cēseri reuocatū per aliud, quod fecero, testamentū, nisi in eo ad verbum scripta sit angelica salutatio, etiā si nominatim huius primæ voluntatis meminerō. Oportet enim ad hæc verba derogatoria tollenda, in secundo mētionem facere huius derogationis in hūc modum, nō obstāte quocūq; alio testamento per me facto, quacūq; verba derogatoria habēte: quacūq; verborum forma cōcepta. Nam per illa verba: quæcūq; verba derogatoria habente: tollitur prima clausula derogatoria, & per sequētia reuocatur secunda. vt animaduertit l'au. Cast. in cons. 284. col. pe. vol. 1. Anto. Rub. consi. 24. col. pen. & fi. Sic ergo erit intelligendus Bart. in dict. l. si quis in principio. col. 3. & 4. dicēs: testamentū primum habens derogatoriā clausulā, & de
roga-

rogationis futuri testamenti reuocationē, tolli per secundū, in quo fit specialis mentio prioris derogationis.

Hinc scribit Pau. in auth. hoc inter liberos. C. de testa. Primum testamentum factū inter liberos, adiecta speciali clausula derogatoria, nō tolli per secundum, in quo dictum sit. Non obstante alio quocūq; testamēto, etiam inter liberos facto, nisi additū sit etiā si in eo sit clausula derogatoria: quia duplex derogatio tolli debet specialiter. Nec fat erit reuocariderogationē, quæ ex liberorum priuilegio insurgit, nisi alia secunda tollatur. idē notat Curti. Junior cōsi. 189. col. 3. & est communis opinio, auctore Rubeo, dicto cōsi. 24. col. 3. qui ex hoc, & illud considerat, testamentum habens iuramentum, & clausulam derogatoriā specialem, non tolli per secundum, in quo iuramenti mentio fiat, nisi & in eo prior clausula derogatoria expressim retractetur: quod etiam Fulgos. adnotauit consil. 39. ex diuerso hanc dubitationem expendens.

Quinto ex præmissis apparet, volū tate testātis perpenſa, primū testamētum, quācūq; specialem derogationem habens, per secundū reuocari, in quo generalis tantū mētio primo fiat, si post primū testamētum orta sit inimicitia inter testatorem, & heredē in primo testamento nominatum. l. 3. §. nō solum. l. ex parte. iuncta gloss. ff. de adimē. legat. l. si cum Cornelius. ff. de solu. notat in specie Bald. in. d. l. fancimus. Soci. in. d. §. in legatis. col. final. Guilie. Bene. in. c. Rainuntius. verbo.

testamentū, 2. num. 20. eleganter Mari. Soci. cōsi. 163. vol. 2. col. 6. Barth. Soci. cōsi. 2. volu. 3. colū. 3. idem dicens in quacūq; alia causa post primum testamentum contingēti, ex qua mutatio prioris volūtatis præsumi possit: q; explicant late Paul. Pari. consil. 10. vol. 3. nu. 21. Soci. Junior consil. 124. nu. 52. vol. 1. atq; erit hoc arbitrio iudicis relinquē dum, vt Bart. Soci. existimat in. d. §. in legatis. Caterum & hac in re aduertendum est, nam hæc quinta illatio vera erit, quando inimicitia orta fuerit culpa hæredis: quod si culpa testatoris sequuta fuerit, non erit locus huic præsumptioni. ex Bar. in. l. cū tabulis. §. i. ff. de his, qui. vt indi. quæ sequuntur Roma. sing. 196. Hippo. in. l. i. §. præterea. nu. 59. ff. de quaestio. & in. §. cum quis. eiusdem legis. Tho. Grāma. voto. 30. nu. 19. à quo tamen discedūt Ias. in. l. si filiam. C. de inoffi. testa. & in. l. hæreditas. 2. col. C. de his qui. vt indig. Rip. in. l. vlt. C. de reuo. dona. q. 45. lo. Lupi in rubri. de dona. §. 78. nu. 27. idem Ioan. Lupi in eadē rub. §. 70. nu. 9. rursus idē Ripa in. c. r. de iudic. num. 14. Gerard. sing. 5. Ioan. ab Amicis conf. 4. quibus accedo ob præsumptam testatoris voluntatem, quæ locum sibi vendicat, inimicitia eius etiam culpa sequuta: quod probat tex. in. l. 4. ff. de adim. legat. verbo. pœnituerit. Etiā si Bart. opinio à multis recepta fuerit, quorum meminit diligenter Catellianus Cotta dictione, Inimicitia. versic. secunda dubitatio. Qui sorori propriæ patrocinaus eam sequitur alleuerans communem esse.

Sexto deducitur ex præsumpta voluntate mutandi primum testamentum non inutilis assertio, qua profite mur primum testamētum habēs speciale clausulam derogatoriam per secundum inter liberos factum, mutatum penitus censi non facta prioris clausulæ speciali mētionē. glo. iuncta text in auth. de testa. imperf. §. & si quidem. verbo perfecta. in fin. quā dicit sing. Ias. in. d. §. in legatis. i. lectio ne. col. pe. & idē notauit Bald in auth. hoc inter liberos. C. de test. quem frequentius doct. ibi, & in. d. §. in legatis. sequūtur Guiliel. Bened. in. d. verbo, testamentum. 2. num. 20. Ias. in l. sancti mus. 7. fall. C. eod. tit. Soci. Junior cōf. 124. nu. 3. quorum opinio probari videtur in auth. hoc inter liberos, cui cōuenit Regia. l. 8. titu. i. par. 6. vbi statuitur, primum testamentum inter liberos factum, habere ad sequentia testamenta clausulam specialem derogatoriā: quod tamen locum habet, quādo in sequenti testamento instituntur extranei, secus vero si idem testamentum solum liberos testantis hæredes habeat: tunc etenim dato pari fauore in utroq; testamento, posteriori standum erit. glof. sing. in auth. de testam. imperf. in prin. & §. & si quidē. verbo perfecta. quam Bald. Salyce & communiter doct. sequuntur in. d. auth. hoc inter liberos. Alexand. cōf. 134. vol. i. col. 7. Roma. cōf. 179. col. 6. Crottus in. e. i. col. 8. de conli. in. 6. dicens hāc opinionem esse comunē, licet dubitet ibi Ludo. Gomez. nu. 171 eandem opinionem, quam commu-

nem esse diximus probat & explicat Soci. Junior. d. cōf. 124. nu. 33. & cōf. 127. nu. 10. i. vol. & Roma. cōf. 385. Verum dicta decisio auth. hoc inter liberos, ita fauorabilis est, vt procedat, etiā si testamētum inter liberos sit factum per nuncupationem coram duobus testibus. Ias. consilio. 223. 2. vol. Roma. d. cōf. 179. col. 6. Crot. in. c. i. col. 9. doc. communiter in. d. auth. hoc inter liberos. vbi hanc esse comunem fatentur Ange. Alexā. & Ias. idem post eos asserit expresse Guiliel. Benedi. in. d. verbo, testamentū. 2. nu. 20. Barb. cōf. 2. vol. i. col. 2. quam conclusionem probare videtur gloss. in. d. verbo. perfecta. in auth. de test. imperf. quanuis cōtrarium asserant Ange. & Barba. in dictis locis, qui omnes latè tractāt auth. hoc inter liberos. intellectum. & Deci. cōf. 264. Igitur si testamentum factum inter liberos cēsetur habere speciale sequentium testamentorum derogationem, eadem ratione idem erit dicendum in testamento secundo inter liberos condito, vt derogationē specialem habeat cuiuscunq; præcedentis testamenti.

Hanc vero opinionem improbat Soci. cōf. 163. col. pen. vol. 2. Bar. Soci. in. d. §. in legatis. col. pen. Alexan. cōf. 146. vol. 2. Ant. Rub. cōf. 24. non enim secundum eos sequitur testamentum inter liberos habere derogationē præcedentium testamentorum, eo quod sequentiū derogationem ex lege habeat. Item derogatio, quæ fauore liberos conceditur, non est ita efficax, vt illa, quæ ex clausula speciali deroga-

toria insurgit: cū hæc sit expressa, illa tacita. l. si. in principi. ff. de legat. 2. Sat etenim est ad cuitandā priorem derogationem dicere, nō obstāte quocunq; testamēto, etiam factō inter liberos: at in derogatiōe expressa reuocāda oportet vti illis verbis, non obstante etiā clausula derogatoria in primo testamento expressa: sicuti frequētissime Docto. fatentur.

Præterea auth. hoc inter liberos, ex orbitās est, & ideo restringi potius debet, quā extendi. His ergo rationibus ab ea sentētia, quæ cōmuni cōsensu recipitur, Soci. & cæteri discessere.

Sed adhuc cōmunis opinio verior apparet, ex præsumpta testantis volūtate quæ in hoc est semper considerāda. Nec in cōtrarium adducta procedunt, si voluntas testantis attendenda est: nam ex ea Docto. opinio comprobatur, atq; l. si. ff. de legat. 2. non loquitur in clausula derogatoria legis, qualis est ista, & iuramenti siquidem à lege hæc derogationes sunt constitutæ. Alia etiā ratio cessat, quia ita expresse est illa derogatio, non obstāte quocunq; testamento factō inter liberos, vel iuramēti religiōe adhibita: sicut illa, nō obstāte quocunq; testamēto & clausula derogatoria in eo exp̄ssa. Et si testamētū primum factum inter liberos cū derogatione speciali, non potest tolli per secūdū, in quo fiat mētio testamenti huius facti inter liberos, nisi etiā tollatur expressa prior derogatio, hoc procedit, quia est isthæc derogatio duplex: nō ex eo q; sit fortior derogatoria hominis, quā derogatoria

à lege, fauore filiorum, & exp̄sumpta mente testantis inducta.

Septimo, eadē ratione existimāt quidam, testamētū primū habens specialem clausulā derogatoriā, tolli per secūdū ad pias causas factū, etiam si in eo primæ derogatiōis, specialis mētio non fiat. Quod sensit Oldrad. con. 129. expressit, Soci. cō. 229. volu. 2. col. fi. Alex. cō. 103, vol. 4. Iaf. in. d. authen. hoc inter liberos. 2. col. quib; accedit, q; testamētum inter liberos, & ob piā causam, equalia in iure censentur. c. relatū. in. 1. ist. titu. iūcta. l. hac cōsultissima. §. ex imperfecto. C. eo. Et potissime ratio præsumptæ voluntatis mutandi primum testamētum hæc sentētiā defendit, licet dubitauerit in hoc Ioan. Crotus in. d. c. 1. de consti. in. 6. colu. 9. & contrarium asserat Anto. Rube. confi. 24.

Octauo idem ius erit, si in testamento secundo instituat hæres aliquis valde dilectus testatori, nam per hoc tolletur prima clausula specialis derogatoria, etiam si in secundo testamento huius specialis derogationis mentio non fiat: quod notat Roma. conf. 179. col. pe. dū allegat glo. sing. in. l. in testamēto. ff. de fideicom. libe. & quāuis hoc displiceat Iasoni. in. l. non dubiū. C. de testam. in. fine. & Guiliel. Bened. in. verbo, testamētū. 2. nu. 21. Defendi tamen iure potest pensata testatis voluntate, ex prædicta coniectura: quæ maximam amicitiam aut dilectionem requirit erga hæredem in secundo testamento nominatū, quod iudex prudenter arbitrabitur, secun-

Secunda

dum Tho. Grammati. deci. 62. nu. 27.

Nono, non erit his dissimile, testamentum primum habens specialem derogationem, minimè tolli per secundum in quo prioris derogationis sufficiens mentio non fit, etiam si post primum testamentum decennium sit elapsum: Areti. & Ias. in l. fancimus. C. eo. Guiliel. Bened. dicto verbo, testamentum, 2. num. 20. Anto. Rube. consi. 24. quasi non praesumatur mutata derogatio prima ex decennij transcurso: quod probari potest in d. l. fancimus. vbi non censetur ex solo transcurso decennij mutatum primum testamentum. Rursus ex eadem lege quibusdam contraria sententia placuit, dum ibi probatur, primum testamentum solenne tolli per secundum minus solenne factum post decennium à primo testamento. Ex quo Bal. Fulgo. Paul. & ceteri in d. l. fancimus. notant, primum testamentum habens clausulam derogatoriam specialem tolli per secundum, in quo mentio specialis primi non sit facta, si id testamentum post decennium à primo conditum fuerit. idem notat Soci. in d. §. in legatis. fin. col. quod est memoriae commendandum propter Baldi autoritatem, secundum Corne. in d. l. fancimus. Baldum etiam sequitur Alex. consil. 103. vol. 4. col. 2. & Paul. Pari. dicēs hanc sententiam communem esse consi. 10. vol. 3. col. 3. ex ea itē ratione, quod testator post longum tempus immemor praesumatur prioris derogationis. l. peregrin. ff. de acquir. pos. qua ratione ego mallē primam opinionem sequi, quia si memor esset testator primae derogationis,

Rub. Pars.

forfan secundum testamentum minime fecisset. Nec vrget ex aduerso. d. l. fancimus. cum ibi euidēter cōstet voluntas mutandi primum testamentum.

Decimo sunt qui existimēt, primum testamentum habens specialem derogationem, per secundum sublatum cense-ri, nulla facta mentione prioris derogationis: modo testator in eo dixerit, vel le hoc testamentum praesens valere. ita Iaco. Arenæus in l. omnes populi. ff. de iust. & iu. Io. Bapt. & Ias. in d. l. fancimus. col. 3. Soci. in d. §. in legatis. col. 5. Guili. Bene. in d. verbo, testamentum. 2. nu. 22. ea ratione, quod dictio praesens, habet vim specialis derogationis. Abb. Feli. & Deci. in c. 2. de rescr. vltimo notab. Barb. consi. 6. col. 12. vol. 4. quod per pensa voluntate testatoris ex eadem cōiectura admittendum est, non aliās.

Undecimo, quando sic libuit interiorem testatoris mentem ex signis exterioribus cōiectari, idem dicendum erit, si in secundo testamento dictum fuerit: casum & irritum decernēs quodcumque aliud testamentum à me conditum, quod non obstante hoc testamentum volo omnino valere: per haec enim verba prima clausula derogatoria tollitur, absque expressa eius mentione. ita Baptif. de Sancto Seuerino in d. l. fancimus. quae sequitur Soci. in d. §. in legatis. Bald. referens, vt opinor, consi. 389. vol. 5. qui tamen non loquitur, quando in primo testamento esset specialis clausula derogatoria, sed simplex, cuius in prima cōclusionem memini. Quin & ipse Bald. scribit dicta verba eundem effectum habere, quem illa. Non obstantibus quibus-

buscūq; testamentis quacunq; verborum forma cōceptis. Et tamē per hęc vltima nō cēsetur sublata prior specialis derogatio, vt Paul. Castren. existimat consi. 284. vol. 1. neq; sequitur, testator vult omnino valere testamētū hoc, ergo vult derogare prius facto testamēto maxima cum solennitate, & speciali clausula derogatoria. Vnde ab hac illatione discedunt Ias. in. d. l. sancimus. & Guiliel. Bened. num. 22. oportet ergo exactissima diligētia voluntatem testantis perscrutari.

Duodecimo, ab eodē fonte procedit quod Mari. Soci. scribit in cōsi. 173. col. fin. vol. 2. atq; item eius filius Bartho. Soci. in. d. §. in legatis. col. pen. dicentes, primum testamētū non tolli per secundū, in quo sit adiecta clausula codicillaris, nisi fiat mētio in specie derogatoriæ clausulæ, quā habet primum testamētū. Si quidem testator apponēs clausulā codicillare vult id testamētū ratione deficientis solēnitatis minimē perire: nō tamē ex hoc proficitur illud nec periclitari posse ex defectu volūtatis, qui p̄sumitur eo ipso, q̄ prioris derogatiōis nō meminerit.

Decimotertio, si quo casu probari, aut p̄sumi possit, derogationē speciale primo testamento adiectā fuisse prāter cōsensum testantis, id testamētum per secundū omnino reuocatum cēsetur, etiā si in eo mētio non fiat specialis prioris derogatoriæ oratiōis & clausulæ: sicuti elegāter Barb. respōdit cōsi. 72. vol. 3. & notat Guili. Bene. in. d. verbo. Testamentum. 2. num. 16.

Decimoquarto, eodē iure & p̄-

sumpta volūtate testātis consulit Domi. consi. 115. Primum testamētum habens speciale clausulā derogatoriam, per secundū mutatum cēseri, in quo expressa fuere verba hęc: volo istud testamētum penitus valere, non obstāte quo cūq; alio testamento per me facto, & imprecor mala cuicunq; hanc meam voluntatem impugnant, hoc etenim p̄sumpta testātis intētionē procedit, & iure defendi potest.

Decimoquinto, hinc pensitari potest q̄ scribit Saly. in. l. 2. C. de codi. dicēs sublata aut reuocata speciali clausula derogatoria primi testamēti per codicillos tolli id testamētum per secundū, in quo nulla fiat mētio illius clausulæ derogatoriæ, quæ per codicillos sublata nullū p̄stat impedimentum futuris testamētis. refert & sequitur Salyetū Ias. in. d. l. sancimus. col. 4. idem Ias. in. l. si ita scriptum. num. 24. ff. delegat. 1. Angel. in. §. penult. in. sti. de codicil.

Decimosexto, ex eadē cōclusionē principali, quæ p̄sumptæ testātis volūtati innititur: defendi potest sentētia Bal. qui in. d. l. sancimus. dixit: Primum testamētum habens speciale derogationem tolli per secundū cōditum coram principe, vel apud acta iudicis, licet in eo nulla in specie mētio fiat prioris clausulæ derogatoriæ. Quasi qui sic testatur velit ita firmiter testari, vt & speciale derogationē prioris testamēti tollere p̄sumatur. idē asserūt Fulgo. & Castrē. in. d. l. sancimus. & Soci. in. d. §. in legatis. col. fi. Tamē si dissentiant Alexā. & Ias. in. d. l. sancimus. idē

Secunda

Ias. in l. omniū. C. de testamen. col. 3.
Guiliel. Bened. in d. verbo. testamen-
tum. 2. nume. 20.

Decimoséptimo, ex p̄missis neces-
sario admittendus est intellectus Bar.
ad l. diuus. §. licet. ff. de iure codi. vbi
cum testator in primis codicillis dixit
fer, Nolo secūdos codicillos aliās va-
lere, quā si mea manu signati, & sub-
scripti sint, scribit Iuriscōsultus per se-
cundos codicillos etiam nō signatos,
nec p̄pria manu subscriptos tolli pri-
mos: quā ea quæ postea gerūtur, prio-
ribus derogāt. Hoc etenim intelligen-
dum est, modo in secundis codicillis
prioris derogatiōis meminerit, ita vt
illud Iuriscōsulti responsum sit sup-
plēdum. ex l. si quis in principio testa-
menti. ff. de legat. 3. vbi Bart. hunc in-
tellectū approbat colū. 1. & ibi Fulgo.
eum asserit esse communem. Ias. in d.
§. in legatis. 2. lectione. Deci. in l. 1. nu.
55. ff. de offic. eius, cui est manda. iur-
is. eūdem intellectum videtur sequi
Alberi. in d. §. licet. quāuis Oldrad. &
Andr. Pifa. quos Soci. & Ias. in dict. §.
in legatis. sequūtur, ab hoc intellectu
discedant, aliam Iuriscōsulto interpre-
tationem exhibētes, quæ, ni fallimur,
nimis abhorret à vera huius materiæ
cognitione.

Decimooctauo, ex his quæ scripsi-
mus, inferri potest, testamentum pri-
mum habens specialem derogationē
sequentis, non tamen expressam, sed
tacitā, & per sensum à cōtrario indu-
ctam, tolli per secundum: etiam non
facta speciali mētionē prioris deroga-
tionis. tex. in l. si. in princ. ff. de legat. 2.

Rub. Pars.

quem dicit notabi. Bald. in l. huma-
num. col. 2. C. de legib. singul. Socin.
confi. 163. penul. col. 2. vol. Areti. in l. 1.
ff. de testa. 6. colū. Ias. in l. filio. col. 2. ff.
de libe. & posthu. Idem Iaso. in l. ser-
uum filij. §. si idem. ff. de legat. 1. col. fi-
na. Io. Crott. in capit. 1. de consti. in. 6.
colū. 8. vbi Ludouic. Gomez. num. 155.
alios prædictæ legis intellectus expli-
cans hunc esse cōmunem fatetur, sic
eundem veriorem, & cōmunem esse
asserit Jacob. à Nigris in l. 1. ff. de offic.
eius, cui est manda. iuridi. colū. 29. vbi
Alexan. col. 2. tenet eandem opinio-
nem: atq; etiam Ias. num. 54. dicens
text. in d. l. fina. esse singu. cui similem
esse in cap. dilectus. in. 2. de præbend.
existimat Crott. in d. col. 8. in quo libe-
ter ab ipso dissentio, quippe qui existi-
mem in d. c. dilectus. hoc non proba-
ri. Et erit huiusmodi derogationis exē-
plum: si quod testamentum fecero in
ferta in eo salutatione Angelica id vo-
lo huic meo testamento præferri.

12 Quinta conclusio. Prima voluntas
etiam nullam habens derogationem
specialē, tollitur quo ad legata, & alia
præter hæredis institutionē per secun-
dam minus solēnem & inualidam, si
in ea fiat mētio primæ expressa, ita vt
tacita non sufficiat, cuius assertionis
pars prima probatur in l. si transferā.
ff. de adimen. lega. l. plane. in princ. ff.
de lega. 1. quibus iuribus probatur, le-
gatum primū reuocari per translatio-
nem rei legatæ in alium, quāuis inca-
pacem legatarium. Secunda pars pro-
batur in l. si iure. ff. de legat. 3. quæ ex-
pressim constat, testamentū primum

in

in dubio non reuocari per secundum minus solenne, & inualidum. & Bart. ibi hanc cōclusionem probat, quem sequuntur Pau. & Alexā. & Ias. in. d. l. planē. 2. col. Ex quibus cōstat, translationē legati esse expressam reuocationem primi legati: nō tacitam. Obstat tamē tex. in. d. l. sicut. ff. de adimē. legat. qui probare videtur legati trāslationem, tacitam potius, quā expressam reuocationem cēleri. Vnde Cuman. in. d. l. si iure. & Ias. in. l. re cōiūcti. ff. de lega. 3. nu. 165. à Bart. discedunt, quibus tamen non assentior: cum videā expresse, & in specie reuocari legatum primū ex translatione: siquidē testator dicens, quod Sempronio legauit, transfero in Titium, satis aperte primum legatū tollat. Nec oberit. d. l. sicut, cum ibi non trāstulerit testator legatum à primo in secundū, sed dixerit, quod legauit Sempronio, lego Titio: & licet Iurisconsultus appeller illā translationem, nō tamen est propria & vera translatio, quippe quæ totum legatum à primo legatario non adimat, sed illi constituat socium in legato, qui quidem socius reconiunctus partem habebit legati. Hęc vero pars tacite à primo fuit adempta, ut verba illius legis probant ita intellecta ab Accursio & Bart. ibidem Bart. colu. r. Ange. de Periglis in. l. reconiuncti. ff. de lega. 3. Paul. in. l. nā ab ea. & ibi Cuman. ff. de conditio. & demonstr. Bal. & Alexan. in. l. si Fortidianum. C. de lega. Aretin. in. l. si pluribus. ff. de legat. r. vbi Alexand. hanc opinionē fatetur communem esse, sicuti Ias. in

dict. l. reconiuncti. numero. 24. & ibi Crotus. colu. 3. idem Iaso. in. l. si legata. C. de legat. eandem opinionem sequitur Alexand. consil. 169. volu. 5. cui suffragantur text. in. §. si eadem res. in sti. de lega. & in dict. l. planē. §. si coniuictim. versic. sed & si in pupillari. optimus text. in. l. Iulianus. ff. de hæredi. institu. vbi cum testator dixisset. Ex qua parte Seium institui, ex eadem parte Sempronius hæres esto, respondit Iurisconsultus. Sempronium & Seium coniuictim institutos videri: atq; ibi Ioan. ab Imola Bart. opinionem sequitur. Ad id etiam cōducit plurimum. l. si pluribus. ff. de legat. r. qua constat, eadem re disiunctim duobus legata, non esse præsumendam ademptionem, nisi euidentissime constet adimendi voluntas. Verum hac in re aduersus Bart. tenet Dinus, quem ipse Barto. retulit per legatum eiusdem rei alteri factum, sub commemoratione primi legati, rem legatam in totum à primo legatario ad secundum transferri. ex dicta. l. sicut. & l. nam ad ea. ff. de conditio. ni. & demonstratio. Cinus. Faber, Salyce. Fulgo. Paul. & Corne. in dicta. l. si Fortidianū. C. de lega. Crott. colu. 3. in dicta. l. reconiuncti. Alciat. in. l. triplici. ff. de verbo. signifi. Christopho. in. §. r. insti. de ademp. legat. vbi Theophi. eandem sententiam manifestissime probat ex eodem tex. qui, si rectè consideretur, conuincit omnino Bar. opinionem, quæ etiam à dicta. l. sicut. eueritur prorsus. & à l. sequenti. vbi si testator quod à Titio hærede legauit,

uit, id à Mauiio det, à Titio ademptū
 onus legati censetur: sic ergo si quod
 Titio legauit, Sempronio leget, cur
 non videbitur & id ex euidenti testā-
 tis consensu à Titio totum legatum
 in Sempronium trāslatum esse? Nec
 mihi persuaderi potest cōmunis opi-
 nio, cui non suffragantur tex. in. §. si
 eadem res. & in. §. si coniuñctim. quia
 non loquuntur quando in secundo
 legato fit cōmemoratio primi. Item
 nec. l. si pluribus. cum ex translatione
 legati satis euidenter voluntas testan-
 tis appareat. Nec etiam eandem senten-
 tiam communem adiuuat. d. l. Iu-
 lianus. ibi etenim fit commemoratio
 primæ institutionis per illa verba: ex
 eadem parte, quæ videntur coniuñ-
 ctionem potius, quam ademptionē,
 aut translationem inducere. vt respō-
 dent Iaco. Butri. Saly. & Petrus Be-
 surio, quos in. d. l. re coniuñcti. las. re-
 tulit. num. 24. sic etiam respondet Al-
 cia. in. li. 7. Parerg. c. 8. quasi verba con-
 cepta per illud relatiuum potius repe-
 titionem, quàm ademptionem signi-
 ficent. Hæc tamen solutio displicet Ia-
 soni in. d. nume. 24. & meritò: siquidē
 in. d. l. triplici. ponitur eadem Iuriscon-
 sulti responsio, quæ in. d. l. Iulianus.
 nec tamen ibi concipiuntur verba per
 illud relatiuum, ex eadem, vel eandē:
 quam obrem nullum discrimen con-
 stituens inter hæredis institutionem,
 & legatum, existimo cōmunem sen-
 tētiā veram esse ita cōceptis verbis:
 in qua parte Scium institui, in ea Ti-
 tium instituo: non enim incōuenit in
 eadem parte duos institui hæredes.

Idem erit si dixerō, Quam rem Sem-
 pronio legauit eam Titio lego: cū ean-
 dem rem duobus legari posse manife-
 stum sit. At si dixerit testator, Quod
 Sempronio legauit, Titio do, erit lo-
 cus opinioni Dini, cum illa res dari
 Titio non possit, nisi prius à Sem-
 pronio adimatur, quod maxime con-
 uenit dictæ. l. sicut. & id Alciat. adno-
 tauit in dicta. l. triplici. Verum, vt ad
 institutum redeam, in. d. l. sicut. adem-
 ptio quæ fit per translationem, taci-
 ta appellatur, quoad verba adimendi
 specialia: expressa tamen censeri de-
 bet, quoad mentem testatoris.

Secundum huic quintæ conclusio-
 ni repugnat text. in. §. ex eo. instit. qui-
 bus modis testamē. infr. quo constat,
 primum testamētū solenne non pos-
 se tolli per secundum minus solenne,
 & inualidum, quem tex. dixit esse me-
 liorem iuris Iaso. in dicta. l. planē. in
 princip. Sed tamen assertio princi-
 palis est intelligenda quoad legata,
 quæ licet relicta sint in testamēto, pos-
 sunt adimi in codicillis postea factis.
 glos. recepta ab omnibus in. l. fideicō-
 missum. C. de fideicomiss. tex. in prin-
 cip. & §. 1. instit. de adempt. legat. Bar-
 to. Bald. & Aretin. in. l. hæredes pa-
 lām. §. si quis post. ff. de testamen. Arc-
 tin. in. l. si ita scriptum. ff. de legat. 1.
 vbi Alexand. & Iaso. hanc esse com-
 munem sententiam asserunt contra
 glo. ibidem Alexand. in. l. datum. C.
 de legat. & Paul. Castren. in dicto. §. si
 quis post. hanc esse communem pro-
 fitentur.

Quod si codicilli sint solenniter fa-
 cti,

cti, ademptio fit ipso iure, secundum communem: si vero solēnes nō sint, ope exceptionis censentur legata adēpta. glo. in dicta. l. fideicōmissum. & in l. datum. C. de legat. notant Imol. Alexand. & Areti. in dicta. l. si ita scriptum. arg. l. 3. in fine. ff. de adimen. lega. notat Albert. Brunus tracta. de effect. forme. 23. effectu. Dicuntur autem codicilli non solēnes quoad istū effectum illi, quibus legata adimuntur: non tamen dantur. Codicilli enim minus solennes censentur, si in eis legata non dentur. l. militis. §. veteranus. ff. de testament. mili. ex intellectu Alexād. & aliorum in dicta. l. si ita scriptum. 2. col. Constat etiam ex origine codicillorum, quæ extat in princip. insti. de codicil. vbi Theophi. Oportet tamē coram quinque testibus hanc ademptionem legatorū fieri, ita ut in numero testium integri & solennes codicilli dici valeant: alioqui non esset hic actus, per quē ademptio fit vltima voluntas. l. si. in fine. C. de codici. Requiritur vero ad expressam adēptionem vltimæ voluntatis actus, ex mente legum, quæ rem istā tractaue re. Vnde in specie Paul. Castren. in. d. §. si quis post. vers. secundo est videndum. & idem in. d. l. datum. & in. d. l. si fideicōmissum, asserit hanc expressam ademptionem quinque testibus probandam esse, licet tacita adēptio, quæ ex inimicitia vel simplici actu inducitur, duobus probari possit, iuxta communem Docto. sententiam in. d. §. si quis post. quam Barto. etiam probat prædicto modo distinguens in. d. l. si-

deicomissum. quauis idem Barto. in dicto. §. si quis post. ex Dino adnotauerit, causam tacitæ ademptionis, & sic inimicitias, esse probandam omnino quinque testibus. Cuius eōtrarium expressim Bald. scribit in. l. errore. C. ist. titu. & in eandem sententiam tendit. Areti. in. d. §. si quis post. col. 2. vbi idem asserit, quod in prædicta distin. ex Paulo retulimus. Quo fit, ut à vero deuiet Saly. in. d. l. fideicōmissum. dicēs, expressam adēptionē legatorū duobus tantū testibus posse probari, falso hoc tribuens Azoni in summa huius tituli. Nam huic opinioni Saly. Bar. Pau. Areti. & ni fallor, cōmunis omniū interpretū mens refragantur.

Tertio principali, & quinta asser-tioni. obijcitur text. in. l. legatum. §. pater. ff. de adim. lega. vbi autore Bar. probatur, per actū inualidū, inutilem, vel minus solēnem tacitè nō tantum expresse fieri ademptionem legatorum, ita ut non sit necessaria expressa reuocatio primæ voluntatis. quem text. cōmendat Ludo. Roma. singul. 137. Ias. in. l. certi cōditio. §. quoniam. nu. 8. ff. si cert. peta.

Aduertendū igitur est, contractum non tolli per sequentē inualidū actū, nec ex tacita nec expressa reuocatione. l. i. ff. de nouat. l. certi cōditio. §. quoniam. ff. si cert. peta. l. si quis ante conduxit. ff. de adqui. pos. in quo contractus ab vltimis voluntatibus differunt. Barto. in. l. si transferam. ff. de adimen. lega. Imol. & Alexā. 3. col. in. l. si cum dotem. in princip. ff. solu. matrim. Iaso. in. l. quæ delegato. colu. 2. ff.

Secunda

de legat. 1. & in. l. planè. in princip. ff. eo. titu. Fortior etenim est actus, qui contrahendo geritur propter duorum consensum, quam is, qui vltima voluntate vnus tantum consensu fit. Quin & ex ea ratione deducitur, vltimam voluntatem, etiam tacitè per actum inter viuos, non solum vtilem, sed & inutilem, ac infirmum, omnino tolli: atq; hoc ipsum est, quod in. d. §. pater. Iuriscòsultus respòdet. & idem in. l. cum dominus. §. fin. ff. de pecu. lega. vbi Bartol. idem Barto. in. l. fina. ff. de aur. & argen. leg. Alexã. in. l. plane. in princip. Ias. in. l. re còiuncti. nu. 166. ff. de lega. 3. idem Ias. dubius tamen in. d. l. planè. Et hic est communis omniũ intellectus. vnde etiã intelligi potest tex. in. l. fin. §. fina. ff. de auro & argen. leg. ibi etenim species legata inutiliter per secundum actum, non aufertur à legato generis prius vtiliter factò quia tractatur de derogatione prioris actus per vltimam voluntatem, non per actum inter viuos. Sic ergo est intelligenda dicta. l. fina. §. fina. quam dicit singu. Alexand. in. l. si pluribus. ff. de lega. 1. Hinc ergo & illud apparet, primum testamentum quoad hæredis institutionem non tolli per secundum inualidum, & ex quo hæreditas adiri nequeat. §. ex eo. institut. quibus mod. testa. infirm. l. Sed & si in conditione. §. fina. ff. de hæred. instit. siue sit secundum inualidũ, quia deficiat hæredis institutio, siue quod desit testiũ numerus à lege requisitus. quod probatur argu. ab speciali. in. l. sancimus. C. ist. titu. notat Barto. communiter re-

Rub. Pars.

ceptus. in. l. si iure. ff. de legat. 3. Bald. consil. 354. volu. 5. etiam si secundum expressim primum reuocauerit, secundum eos, & Iaso. in dicta. l. plane. in princip. optimus text. in. l. militis. §. veteranus. ff. de mili. testament. Tametsi Barbati. aduersus hanc opinionem communem respòderit, consilio. 60. volum. 2.

Sexta còclusio. Prima hæredis institutio solèniter facta, per testamētum secundum itidem solène, absq; tamē hæredis expressa institutione reuocatur, si testator primo derogauerit, & addiderit velle decedere intestatũ. l. 1. §. si hæres. iuxta vnũ sensum. gloff. ff. si tab. testament. nullæ extab. Bartol. in dicta. l. si iure. Alexand. consilio. 104. volumine. 2. idem Alexand. in. l. si ita scriptum. §. regula. ff. de liber. & post humi. colum. 3. vbi Aretin. & idem Aretin. in. l. hæredes palàm. §. si quis post. colum. 3. ff. isto titul. Corne. consil. 39. volumi. 2. Lauren. Calcan. consil. 91. colum. 5. Corne. 2. colum. & Riminal. fin. in. l. sancimus. C. ist. titu. vbi Alexan. hanc esse còmunem opinionem profitetur. & idem Alexan. consil. 30. volum. 3. & Deci. consil. 582. col. 1. videtur etenim hæredes instituere eos, qui eidem successuri erant in testamento, sicuti prædicti docto. asserunt frequentissimè.

Sed etsi in primo testamento instituti essent hæredes extranci, sat esset reuocare primũ testamētũ, & prædicta verba addere corã quinq; testibus. Bart. in. d. §. veteranus. Barb. còsi. 60. vol. 2. nu. 12. Alexã. in. d. §. regula. col. 3. & in

& in. d. l. sancimus. Corne. consil. 39. volu. 2. ex text. in. l. hac consultissima. §. si quis autem. C. de testamen. qui ex prædictis extenditur, vt procedat etiã si successores ex causa intestati tacitè instituantur hæredes.

Septima cõclusio. Quo ad hæredis institutionem primum testamentum minimè reuocatur per secũdum inuolidum ex alia, quàm præteritionis, vel exhæredationis causa, etiã si in eo fiat expressa reuocatio primi, adiecta clausula codicillari: quòd probatur ex eo qd virtute huius secũdi testamẽti hæreditas non potest adiri. Est etenim necessarium vt primũ testamẽtum quo ad hæredis institutionẽ, tollatur per secundum, posse hæreditatem adiri iure secundi testamẽti, licet nõ adataur verè, & actu. l. cum in secundo. ff. de iniust. rup. l. pater filio. ff. de hære. inst. Pau. & Alex. col. fina. in. d. l. sancimus. bald. & Imo. in. l. sed si in conditione. §. fin. ff. de hæredi. insti. idem Alexã. in consi. 37. vol. 1. col. 2. dicens hanc opinionem communem esse.

Hi verò oēs Bar. reprobant, qui dixerit, ad confirmandam reuocationẽ primi hæredis oportere actu hæreditatem adiri ex secunda vltima voluntate: cum satis sit, secundum eos, posse hæreditatem adiri ex secundo testamento, quanuis actu non adataur, cui cẽsure ansam præbuere verba ipsi⁹ Bart. male concinnata in. d. l. si iure. & in. d. l. sed si in conditione. §. si. cum tamen Corne. in. d. l. sancimus. 2. col. animaduertat Bart. in sensu, & intellectu minimè discessisse à vera & commu-

ni doct. sententia. Ex quo deducitur, primũ testamẽtum etiam quo ad hæredis institutionem per secundum in quo sit expressa vel tacita hæredis institutio omnino reuocari, si ex eo hæreditas adiri possit, licet adata non sit. Quod si in secundo testamento desit hæredis institutio, saltem tacita, vel solennitas testium primum non tollitur quoad hæredis institutionem, tamen si hæredes defuncti, qui ex causa intestati succedunt, ipsam hæreditatem adierint: qua in re illud est aduertendum, ex clausula codicillari apposita in testamẽto solẽni: qd tamen ex causa præteritionis aut ex hæredationis rumpitur, nihilominus successores ex causa intestati vocari, & tacitè institui: cum illa clausula ex recepta ab omnibus sententia per authen. ex causa. conseruetur, sicuti asserit Alexan. in dicto consi. 37. col. 2. volu. 1. ex quibus vltima hæc assertio planè intelligitur. His omnibus adde quid dicendum sit in illa quæstione singulari profecto, & egregia: an legatum traditione rei legatæ, vera, vel ficta, scilicet, per constitutum, quia testator constituit seipsum nomine legatarij possessorem, fiat ex hoc irreuocabile, & nõ possit à testatore reuocari. Nam glo. in. l. legatum. in. 1. ff. de legat. 2. scribit in hac specie legatum irreuocabile esse. allegat ad hoc duostex. qui parũ eius opinionẽ probant: & sanè dubia est admodum eius opinio. Donatio etenim causa mortis quæ similis est legato quoad eius reuocationem, & aliquanto fortior, etiam si à traditione

incipiat, reuocari potest. l. senatus. in princip. l. si mortis causa res donata. cum. l. sequen. ff. de donat. caus. mort. l. non omnis. ff. si certum petatur. l. videamus. §. idem que est si mortis. ff. de vsur. atque ideo Albe. post Raine. Accursij sententiam falsam esse existimat in dicta. l. legatum. quibus accedit Bald. in. l. i. C. si quis omi. caus. testamen. num. 8. & in. l. vltim. C. de vsur. & fructi. legat. dicens hoc legatum cuius traditionem testator fecerit, censeretur donationem causa mortis, quæ reuocabilis est: idem adnotauit Cremen. singul. 15. Dinus tamen gloss. ex eo sequitur, quod traditio hæc rei legatæ mutet omnino legatum ipsum in donationem inter viuos, quæ irreuocabilis est, quod minime probatur iure. Quamobrem saterit, si gloss. & Dini sententiam veram esse arbitremur, quoties traditio post testamentum fit simpliciter, nulla mentione vltimæ voluntatis facta, nec eius ratione: quod si traditio facta fuerit ex causa vltimæ voluntatis, proculdubio adhuc legatum reuocabile est, & vltimæ voluntatis naturam obtinet: sic Bartol. Bald. Imol. & Cuma. cõtrouersiam istam diffiniere in dict. l. legatum. idem Paul. de Castro. in. l. Lucius. colum. 2. ff. de legat. 2. Ferdin. Loazes in repet. §. diui. ff. de legat. 1. num. 12. dicens hanc opinionem communem esse: cui illud est adijciendum, traditionem rei legatæ, etiam simpliciter factam, & ideo irreuocabilem iuxta prenotatam resolutionem, effectum habere extinguendi ipsum

legatum, ita quidem, vt pro eius executione facta censeatur. sicuti probat text. in dicta. l. Lucius. Nec prædictis oberit pulchra Alberici decisio, qui in rubric. C. de donatio. scribit, traditionem rei legatæ veram, vel fictam ita irreuocabilem esse, vt prior hæc traditio posteriori ex vi secundi testamenti factæ præferenda sit. quod Ias. commendat in. l. quoties. C. de rei vëdic. colum. 5. Nam verè Alberic. & Ias. loquuntur in re donata inter viuos, ipsa donatione in testamento facta, sicuti fieri potest. ex gloss. & communi in. l. hæredes palam. §. vltim. ff. de testamen. non autem in re legata, & iure vltimæ voluntatis relicta: sic enim intellexit Alberici sententiam Andre. Tiraquel. in libello de constituto. part. 1. num. 23.

EX TERTIA RUB. PAR.

- 1 Donatio causa mortis quo ad eius initium, contra-
Et i potius, quam vltimæ voluntati accedit.
- 2 Causa mortis donatio, an permissa sit inter vi-
rum & uxorem.
- 3 Donatio inter coniuges traditionem præuiam exi-
git, vt morte confirmetur.
- 4 Donatio causa mortis, an pereat, deportatione,
aut pœna capitali donantis.
- 5 Donatio inter coniuges morte confirmata, an tra-
hatur retro, & inibi intellect. l. si mortis. ff. de
donatio. cau. mor.
- 6 Patris consensus sufficit, & requiritur, vt filius-
familias possit causa mortis donare.
- 7 An ipsi patri possit filiusfamilias donare causa
mortis absq; iudicis autoritate.
- 8 Filiusfamilias non potest absq; consensu patris do-
nare causa mortis, etiam illa bona, quorũ vsus-
fructus patri non queritur.
- 9 Vtrum filiusfamilias possit testari de bonis ad-
uentitijs, quorum vsusfructus patri non qua-
ratur.

- 10 *Consensus patris in donatione causa mortis debet esse specialis.*
- 11 *Vsurarius manifestus an possit donari causa mortis, & ibi intellectus. c. quanquam. de vsuris. in. 6*
- 12 *Intellectus ad. l. 5. Tauri.*
- 13 *Donatio causa mortis an exigat presentiam, & consensum expressum illius, cui fit.*
- 14 *Donatio causa mortis nudo pacto fieri potest.*
- 15 *Donatio causa mortis quoad effectum ultimæ voluntatis similis est.*
- 16 *Dominium rei donatæ causa mortis quando transeat in eum, cui facta fuit absque traditione.*
- 17 *Quæ nam actio competat pro donatæ causa mortis.*
- 18 *Actio competens pro donatione causa mortis an sit bonæ fidei.*
- 19 *An donatio causa mortis reuocetur sequuta alienatione rei donatæ.*
- 20 *Falcidia an deducatur a donatione causa mortis.*
- 21 *Solemmitas a testamento, vel codicillis remissa an censeatur in donatione causa mortis sublata.*
- 22 *Donatio causa mortis quoad confirmationem contractibus similior est, quam ultimæ voluntati.*
- 23 *Donatio causa mortis quo pacto reuocetur.*
- 24 *Intellectus ad. l. 1. ff. qui sine manumiss. ad libert. perue.*
- 25 *Qualiter cognoscatur donatio causa mortis.*
- 26 *Mortis causa capio quid sit.*
- 27 *Damnatus ad mortem, vel ad perpetuum carcerem, an possit testari.*
- 28 *Filius familias an testari possit, & ibi tractatur, an testari valeat ad pias causas.*



X ipso huius tractatus titulo id aperte constat, nō tantum de testamētis hic agendum esse, sed & de cæteris ultimis voluntatibus, quibus donatio causa mortis adnumeratur: cum id expressim constet ex. §. 1. instituti. de donatio. l. fin. C. de codicil. adiuncta. l. fin. C. de dona. cau. mor. l. non videtur. ff. de donat. causa mort. Rursus hanc donationem actibus uiuentium, & eorum contractibus simi-

lem esse, probat textus in. l. tā is. ff. de donatio. causa mortis. l. post legatum. §. si. ff. de his quib. ut indignis. gl. in sig. in. l. 2. ff. de dot. prælega. quam præter docto. ibi dicunt singular. Alexand. in. l. 2. ff. de legatis. 1. Bal. in. l. 2. ff. de pactis. idem Bal. in. l. cum hi. in. 2. lectio. ff. de transactio. & notabi. Ias. in. §. omnium. de actioni. Quæ quidem controuersia sequentibus assertionibus est diffinienda.

Prima assertio, Donatio causa mortis, quoad eius initium, & ordinationem potius contractui, quam ultimæ voluntati accedit, ita ut non omnia, quæ in agenda aut constituenda ultimæ voluntate exiguntur, in actu donationis causa mortis sint necessaria: ea tamen, quæ in contractibus in eundis requiruntur, in eadem donatione adhiberi oporteat. Bal. communiter receptus in dicta. l. 2. vbi Ias. scribit à nemine non recipi hanc sententiam. Ex qua plurima à iuris vtriusque professoribus deducuntur.

Primum, Donationem causa mortis factam inter coniuges minimè valere, atq; in hoc similem esse donationi inter viuos. l. mortis. ff. de donatio. inter virum & vxorem. glo. ab omnibus probata in dicta. l. 2. ff. de dote præleg. vti constat ex doctor. in dicta. l. 2. ff. de legat. 1. vbi Francisc. à Ripa à communi sententia discedens asserit, potius in hoc casu donationem causa mortis ultimæ voluntati, quam actui inter viuos similem esse, ex eo, quod sicut legatum factum à viro vxori valet, & morte confirmatur, ita dona-

tio causa mortis facta à viro vxori, va-
 lebit, ac morte confirmabitur. l. mor-
 tis. in. 4. ff. de donation. causa mortis. 4
 Ergo magis conuenit donatio causa
 mortis hoc in exemplo legato, quàm
 donationi inter viuos coniuges, vt cõ-
 stat. Fallitur tamen ipse Ripa, nam li-
 cèt donatio causa mortis inter non cõ-
 iuges facta morte confirmetur: non
 sic facta inter coniuges, nisi traditio
 præcesserit: sicuti Iurisconsultus præ-
 mittere videtur in. l. sed interim. per
 totam legem, cum sequentibus. ff. de
 donatio. inter virum & vxorem. Bal.
 in. l. executorem. num. 34. C. de exe-
 cut. rei iudi. qua in re Ioan. Lupi di-
 uersum opinatur in rubr. de donatio-
 ni. §. 77. Sic etiam cæteræ donationes
 3 inter viuos coniuges factæ traditio-
 nem exigunt, vt morte cõfirmentur.
 l. i. iuncta glo. C. de donatio. inter vi-
 rum, & vxor. l. Papinianus. ff. eo. tit. vbi
 gloss. quam esse communiter appro-
 batam fatetur Ias. in. l. frater. ff. de con-
 dictio. indebi. colum. penulti. notat
 Boeri. in consuet. Bituricens. titul. de
 consuetu. concernēte matri. §. 1. col. 2.
 Bal. in. l. 1. C. de summa trinita. num.
 18. Paulus Castrenf. consilio. 138. dicta
 donatio. num. 1. volum. 1. dicens hanc
 esse communem sententiam, cui ac-
 cedit text. in. l. si seruus. ff. de donatio.
 inter virum & vxorem. Idem notat
 Ferdinand. Loazes Ilerdensis præsul
 in. l. filius familias. §. diui. num. 81. ff. de
 legatis. 1. Paul. consilio. 193. volum. 2. &
 consil. 82. Hæc vero traditio in legato
 non requiritur: igitur aduersus Ripã
 doctorum opinio recipiēda est. Hinc 5

infertur, donationem causa mortis à
 viro vxori factam nulla existente su-
 spicione pœnæ, ipsius viri deporta-
 tione non extingui, imò quoad do-
 minium cõfirmari, licèt reuocari pos-
 sit à donante vsque ad mortem natu-
 ralem. l. sed si mors. vbi gloss. ff. de do-
 natio. inter virum & vxorem. Bald. in
 d. l. executorem. Paul. in. l. post contra-
 ctum. in fin. ff. de dona. Ias. in. l. si stipu-
 latus fuerim. §. 1. penul. col. ff. de verb.
 obligat. idem Ias. in authent. ingressi.
 C. de sacrosan. eccl. nu. 30. licèt ipse ni-
 mis extendat sententiam Baldi: quod
 etiam locū habet in donatione facta
 inter viuos coniuges. l. res vxoris. C.
 de donatione inter virum & vxorem.
 Imola. in. l. si aliquis. ff. de donatione
 causa mortis. Cū tamen donatio cau-
 sa mortis inter extraneos facta per ca-
 pitalem sententiam euanescat, etiam
 facta absque metu pœnæ dicta lege si
 aliquis. vbi hoc notant Paul. Castren.
 Imola, & doctores cõmuniter, Ioan-
 nes Hanibal post Bartolum, ibi, in. l.
 post contractum. ff. de donatio. num.
 349. Ex his etiam deducitur, dona-
 tionem causa mortis inter cõiuges fa-
 ctã præmissa traditione, ac morte do-
 nantis secuta retro trahi ad tempus
 traditionis, quoad fructus, licèt non
 quoad dominium: cum in his, quæ di-
 ximus, donationi inter viuos coniu-
 ges factæ similis sit, in qua mariti do-
 nantis deportatio non rescindit dona-
 tionem, licèt ad mortem vsque eam
 valeat maritus reuocare. l. res vxor-
 ris. C. de donatione inter virum &
 vxorem. Et præterea donatio inter
 con-

coniuges facta praeuia traditione morte secuta, retrahitur ad tempus traditionis quoad fructus, non tamen quoad dominium. l. donationes quas parentes. C. de donatio. inter virum & uxorem. vbi glof. Bart. in. l. nec vtilé. ff. ex quibus causis mai. idem Bart. in. l. sub conditione. colum. 2. ff. de solut. Ioannes Lupi in rubr. de donatione inter virum & uxorem. §. 72. glof. & ibi Salyce. in. l. 2. C. de inoffi. donat. quorum opinio communis est, secundum Alex. in. l. talis scriptura. col. 3. ff. de lega. 1. & Ioa. Crotum in. l. si is qui pro emptore. col. 11. ff. de vfua. apud quem est huiusce quaestiones diligens disputatio. Quo fit, vt in hoc sensu sit intelligendus Papini. dicens, si mortis causa inter virum & uxorem donatio facta sit: morte secuta reducitur ad id tempus donatio, quo interposita fuit. l. si mortis. ff. de donatione causa mortis. Est enim id verum quoad fructus à tempore traditionis perceptos, non quoad dominium, ex. l. sed interim. in princi. & per totam legem. ff. de donatione inter virum & uxorem. Nec rectè à glof. Paulo, & alijs intelligitur. d. l. si mortis. dum doctores eam intelligunt, quando in donatione causa mortis apponitur promissio non reuocandi: quia tunc esset donatio inter viuos, non causa mortis: esset etiam prohibita inter coniuges. l. vbi ita donatur. ff. de donatione causa mortis. Porro ante orationem diui Marci, qui obtinuit donationem inter coniuges morte donantis praeuia traditione effectum sortiri, donatio mortis causa in

ter coniuges valebat: quia in tempus dissoluti coniugij conferebatur. l. si cum uxori. in fi. & l. quia. ff. de donat. inter vir. & vxor. atq; morte donantis confirmabat, nulla reuocatione ex poenitentia donantis praemissa.

Secundo, hinc potest perpeditatio ad. l. tam is. §. si. ff. de dona. cau. mor. & Regiam. l. si. tit. 4. par. 5. quibus expressim decisum est, filium familias posse patre consentiente donare causa mortis, quanuis testari etiam ex patris consensu non possit: id etenim contingit: quia donatio causa mortis quoad initium contractui equiparatur, secundum communem doctorum sententiam: cui illud oberit, quod filius familias quemlibet contractum agere potest sine consensu patris, praeter contractum mutui & voti. l. tam ex contractibus. ff. de iudic. Igitur hac in re differt donatio causa mortis à contractibus. Nec prodest respondere cum Ias. in. l. senium. C. qui testamen. face. poss. col. pe. consensum patris in donatione causa mortis exigi à lege propter patris praedictum, non ad solennitatem actus, cum id falsum sit: siquidem consensus patris requiritur in donatione causa mortis ad autoritatem, & solennitatem actus, vt fatentur doctores communiter teste Socino in. l. 1. §. fuit quaesitum. colum. 4. ff. ad Trebell. Et constat ex hoc, non posse filium causa mortis ipsi patri familias donare, cum autoritas cuiquam patrocinari nequeat in causa propria. l. 1. ff. de autorit. tut. vbi glo. & Bart. in hac specie donationis causa mortis à filio patri factae, eandem

dem opinionē tenēt, quam esse communem asserunt Imola in. dict. §. fuit quæsitum. & Soci. ibi in. d. 4. colu. Corne. consi. 294. volumi. 1. Deci. cōsi. 245. col. 3. & consi. 279. colu. 2. idem in. l. senium. C. qui testa. face. pos. col. fi. & licet ibi quadam distinctione uti velit post alios, asserit tamē esse hanc opinionem communē, dicens debere fieri hanc donationē autoritate iudicis, quod & Crot. commendat in. l. frater. q. 11. ff. de condic. indeb. vbi refert Alex. in. d. §. fuit quæsitū, & alios doct. qui aduersus Bart. tenent prædictā donationem à filio patri factam ex consensu patris validam esse, quos etiam retulit Deci. in. d. cōsi. 279. & in d. l. senium. vbi Pau. Castrē. eādē approbat, & profitetur esse communē. Franciscus à Ripa in. d. §. fuit quæsitum. num. 2. à priori tamen sententia non arbitror esse recedendum. Nā hic consensus patris, ut filius donet causa mortis, ab initio actus debet præstari, ut autoritas Bald. in. l. si vxor. C. de condi. inser. colu. 2. idem Baldus in c. cum consuetudinis. 2. col. de consuetu. Franc. Cremen. sing. 69. consensus etenim, qui ad actus solennitatem requiritur, est præstandus ante actum, vel in ipso actu. Alex. & Ias. post Imolā ibi in. l. si quis mihi bona. §. iussum. col. pen. ff. de adqui. hared. Bal. in. l. 1. C. qui admitti. col. pen. & fin.

His vero & illud est adiungendum, Cuma. in dict. l. tam is. §. fin. dixisse, filium familias bona ipsius filij, etiam patre consentiente, nō posse donare causa mortis, atq; tex. illum procede

re in donatione bonorū ipsius patris, quam sententiam defendit Cro. in. d. l. frater. col. pe. & disputant de ea Ias. in. d. l. senium. nu. 8. & Dida. à Segu. in l. Imperator. fo. 9. ff. ad Trebel. admonentes contrariam esse veriorē & communem, à qua non video cur sit diuertendum. Igitur dicendum erit, donationem causa mortis à filio familias factam, nec omnino esse similē vltimæ voluntati: cum nec ex cōsensu patris testari possit filius familias, nec contractui: siquidem contrahere filius familias potest absq; consensu patris, sed assumit in hac specie donatio causa mortis mediam viam: & ita lex requirit parentis cōsensum, ut explicat optime Soci. in. d. §. fuit quæsitum. ad fin. & idem in. l. 2. ff. de lega. 1.

8 Caterū, nec bona aduēticia, in quibus vsusfructus patri nō cōpetit, donare potest filius familias causa mortis absq; patris consensu, cum patris consensus ad auctoritatem & solennitatem actus exigatur, ita expressim notat Alex. in. l. pen. C. qui testamē. face. poss. Ioan. Crot. in. d. l. frater à fratre. 13. col. Dicit tamen cōtrariam opinionem magis cōmunem esse, quam tenere Paul. & Ias. in. l. senium. col. fin. Riminal. & Ias. in. d. l. pe. Lud. Roma. in authen. similiter. C. ad. l. Falci. speciali. 19. Cuma. in dicta. l. tam is. §. fin. quasi patris consensus exigatur in donatione causa mortis ob ipsius patris præiudicium: nō ad solennitatem actus quod superius improbauimus. Vnde verior videtur Alex. opinio, quæ maxime coadiuuatur ex. l. filius familias. §. fin.

§.fi.ff. de donat. vbi filiusfamilias Ca-
 strésia bona donare potest causa mor-
 tis sine patris consensu, quia testamen-
 tum facere ex eis potest. Igitur illa bo-
 na, quorum dispositio in testamento
 ei minimè permittitur, donare nõ po-
 terit causa mortis absque consensu pa-
 tris. Bona vero aduentitia etiam si eo-
 rum vsusfructus patri nõ competat,
 9 minimè subiacent testamento filijfa-
 milias, qui nec de eis testari potest, vt
 est cõcors omnium sententia in. l. pe.
 C. qui testa. face. poss. vbi Bart. Corne.
 Rimi. Alexand. & Ias. gloss. Bart. &
 communis in. l. qui in potestate. ff. ist.
 titu. gloss. & doctor. in. l. i. §. in filijs. ff.
 ad Trebel. & probatur in dicta. l. pe-
 nult. iuncta. l. final. §. filijs autem. C. de
 bo. quæ libe. pulchre Viglius in. §. qui
 alieno. num. 16. quib. non est permils.
 facere testamen. quanuis contrariam
 teneat Zanetinus in disput. 1. col. 17.
 versicu. vel dic. in responsione ad. 7. &
 defendat eius opinionem Decius in
 dict. l. penul. & Crot. in. l. frater à fra-
 tre. col. fi. ff. de condi. indeb. Potest ta-
 men filiusfamilias hæc bona aduenti-
 tia in quibus pater non habet vsum-
 fructu, donare inter viuos sine patris
 cõsensu. Auth. vt liceat matri & auix.
 in princi. vbi Bart. Paul. & Ias. col. 8. in
 dicta. l. senium. Cuma. in dicta. l. tam
 is. §. i. Roma. consil. 512. quam opinio-
 nem esse communem asserit Aymon
 Sauilli. consil. 92.

Est autem in donatione causa mor-
 tis adeo necessarius expressus consen-
 sus patris, vt non sufficiat, filium patre
 10 consentiente testari, adiecta clausula

codicillari. Nec enim valeret hæc di-
 positio, vt testamentum, nec vt codi-
 cillus, nec vt donatio causa mortis,
 cuius nulla mētio facta fuit. Cin. An-
 gel. & Rapha. in. d. l. seniū. Ias. in. l. i. §.
 si quis ita. nu. 22. & ibi Alciat. 18. opti-
 mus. tex. in. l. filiusfamilias. ver. nisi spe-
 cialiter. fi. de donat. Bart. in dict. l. tam
 is. §. fin. Abb. consil. 40. vol. 2. Nec suffi-
 ciet clausula generalis in modum te-
 stamenti, codicilli, seu cuiuscunq; alte-
 rius vltimę volūtatis: donatio etenim
 causa mortis, vt vltima voluntas sub
 his verbis non includitur, ex eo quod
 à filiofamilias fieri non potest, etiam
 consentiente in specie patre, si vt vlti-
 ma voluntas iudicatur. Quod si di-
 ctum esset, valeat hic actus iure testa-
 menti, seu cuiusuis alterius vltimæ vo-
 luntatis, vel dispositionis, patre con-
 sentiente, ipso etiam presente, in quę
 actus dirigitur: donatio causa mortis
 censeretur validè facta. ex Imol. in. d.
 l. tā is. §. fi. Corn. & Alex. in. d. l. seniū.
 Quo casu nõ est necessaria stipulatio,
 vt prædicti docto. sentiunt. licet De-
 ci. consil. 245. col. penul. & Aymon cõ-
 si. 130. fi. col. existimēt necessariam es-
 se in prædicto casu stipulationē, quod
 paulo post diligentius tractabitur.

11 Tertio, hinc ego infero intellectum
 ad text. in capit. quanquam. §. fina. de
 vsu. in. 6. quo vsurarius manifestuste-
 stari prohibetur: poterit enim causa
 mortis donare. Bal. in. l. executorem.
 num. 11. C. de execu. rei iudi. Imol. in
 dicta. l. tam is. in principio. quanuis
 dubius, & idem notat Deci. consilio.
 196. Probus in dicto cap. quanquam.
 num. 15.

num. 15. & est communis opinio teste Ripa. in. l. 2. ff. de legat. 1. nu. 7. & verior secundum Soci. ibi nu. 9. Sed gloss. in. d. c. quanquam. tenet tex. illum procedere in qualibet vltima voluntate, quam approbant doct. communiter, vt fatetur Imol. in. d. l. tam is. Vnde idem Bal. parum sibi constans consil. 294. volu. 2. voluit donationem causa mortis à manifesto vsurario factam, non seruata canonis forma, nullam esse. idem Lapus allega. 125. Lauren. de Rodulphis in tracta. de vsuris. q. 100. Io. Anani. in. c. quia in omnib⁹. col. 16. de vsur. Franc. in rub. ist. tit. in. 6. num. 34. à qua opinione recedendum non est, autore Soci. in. d. l. 2. nu. 6. eò quod fauorem animarum concernat dicta prohibitio testandi, in dicto. c. quanquam. à concilio generali facta. Vnde mirum non erit, si extēdatur: tamen si prior opinio maxima ratione iuuetur, cum in his, quæ initium donationis concernunt, hæc ipsa donatio contractui accedat potius, quàm vltimæ voluntati. Atque ideo donatio causa mortis à manifesto vsurario facta, valebit, nisi fiat isthæc donatio omnium bonorum, vel maioris partis: tunc etenim præsumitur in fraudem canonis facta: ex mente omnium. arg. l. omnes. §. Lucius. ff. quæ in frau. credi. vel nisi fiat in testamēto, quia eo ipso vltima voluntas vere iudicatur. Soci. & Hip. in. d. l. 2. Domi. in. c. quanquā. §. fina. post Paul. Lap. & Imol. ibi. quibus accedere videtur Abb. consil. 40. col. 2. vol. 2. Hic tamen vltimus intellectus procedit, quando nec donatarij,

nec notarij eius nomine intercessit stipulatio: alioqui donatio causa mortis etiam facta in testamento, vti facta in contractu censenda foret. Deci. consil. 196. Illud vero quod dici solet eū, qui testari non possit, nec donare causa mortis posse. gloss. & Bart. in. d. l. tam is. in princi. quod singu. esse existimat Calca. consil. 12. col. 2. locum habet in eo, qui ex defectu naturali testari non valet. l. 1. §. 1. ff. de tur. & ratio. distr. Imol. & Rip. in. l. 2. nu. 13. ff. de legat. 1. Qui nec inter viuos donare possit. gl. singu. in. l. qui id quod. §. mutus. ff. de dona. secundū Alexan. & Ias. in. l. discretis. C. qui testa. face. pos. Notat Prepo. in. c. cū apud. de spons. col. 2. quod maximè notandum esse censemus.

¹² Hinc infero intellectū ad Regiam l. 55. Tauri, qua vxor prohibetur contrahere absq; mariti licētia, idē enim erit in donatione causa mortis: cum hæc contractui similis sit quoad ordinationem, & initium. Is igitur, qui cōtractum agere absq; certa solennitate non potest, nec donare causa mortis poterit. Anch. consil. 384. Abb. consil. 40. in vol. 2. Alexan. & Areti. in. l. 2. in princi. ff. de verbo. oblig. Ias. in. §. 1. de actio. col. 4. Alexan. in. d. l. 2. col. fin. ff. de lega. 1. vbi Rip. nu. 10. idem probat, dicens hanc opinionem esse communem, licet Ias. ibi ab ea velit discedere.

Quarto, in hanc eandem disputationē incidit ratio tex. in. l. inter mortis. ff. de dona. cau. mor. vbi Iuriconsultus, vt valeat causa mortis donatio, exigit præsentiam donatarij, sicuti & in donatione inter viuos requiritur,

quæ si absentis fiat, nemine eius nomine eam acceptante, minime valet ante absentis acceptationem: siquidem tunc reuocari poterit. glo. cõmuniter ibi probata in l. illud. C. de sacro. ecclesi. quæ loquitur etiam in donatione, quæ in piã causam, vel in ecclesiã confertur. & eam dicit ordinariam Rom. consil. 295. & Anto. Rub. consil. 132. sic eam intelligēs post Are. consil. 17. col. 6. vers. ex nono. notat Soci. in l. 1. ff. si ex noxa. causa. agat. in princi. & Ias. in l. qui Romæ. §. Flauius. nume. 22. ff. de verbo. obliga. & probatur in l. absentis. ff. de dona. l. si ego. & ibi Deci. ff. si cert. pet. l. in omnibus. in fi. ff. de actio. & obliga. l. si quis. in. 1. C. de donatio. atque hãc esse comunẽ sententiã, & frequentissimum prædictæ glo. intellectum fateretur Rube. in. d. consil. 132. & Paul. Parisi. consil. 77. nume. 15. lib. 1. Vnde intelliges, qua ratione Roma. in dicto consil. 295. dicat sufficere absentis acceptationem donationis utcunq; ab initio factæ. Sed si Notarius nomine absentis eã donationem acceptauerit, adquiret absentis actio utilis sine cessione, Bart. in l. 2. ff. rem pupi. sal. fore. Roman. consil. 513. Areti. con. 74. colum. 3. Corne. consil. 50. volumi. 1. col. 4. Alexan. consil. 31. nume. 16. vo. 6. Deci. con. 293. Lud. Gozad. consil. 87. col. 3. Nec reuocari hæc donatio poterit. Paul. consil. 195. volu. 2. col. 3. Gozadi. in. d. consil. 87. Aufreri. in capel. Tolos. 453. Bal. in l. cum à focero. C. de iure doti. Deci. in con. 266. col. fi. Areti. d. consil. 74. col. 3. Socin. Iuni. consil. 118. volu. 2. col. penulti. di-

cens hãc opinionem communem esse. & idem est ex mēte omnium, quos allegaui. quidquid tenere velit Hiero ny. Grat. consil. 25. vol. 1. col. pen. & fin. non intelligens exactè quid hac in re dictet communis opinio.

Est tamen necessaria, ut actio utilis absentis sine cessione adquiratur ex notarij acceptatione, ipsius donatarij rati habitio. Bald. in l. nec ei. §. satisfactio. q. 6. ff. de adoptioni. Idem notant Albe. in l. illud. C. de sacro. ecclesi. & ibi Paul. de Cast. colum. 2. Alexand. in l. quod meo. colum. 2. ff. de acquirend. possessio. Paul. Parisien. in dict. consil. 77. num. 26. lib. 1. latè Andre. ab Exea in rub. de pact. num. 188. optimus tex. in d. l. si ego. ff. de negot. gest. Quorũ quidem opinio in Franciæ regno constitutione Regia comprobatur, teste Carolo Molinæo in dicto Alex. consil. 31. & in additionibus ad Deci. in l. contractus. nu. 22. ff. de regu. iur. ipsa vero lex manifesta est inter Francisci primi constitutiones. num. 133. Paul. dicto consilio. 195. colum. 3. Deci. con. 198. col. 2. & cõsi. 226. in quo Paul. & Deci. expressim notant, ante rati habitioem absentis, posse dictam donationem, quam notarius absentis nomine acceptauerit, cuiusq; ratiõe, ficta traditio facta fuerit per constitutum, omnino tolli si per donatorẽ alteri fiat & rei donatæ traditio in secundũ donatariũ sequatur. idẽ Deci. in l. contractus. nu. 16. ff. de regu. iuris. Cur. Iuni. consil. 55. col. 3. argumento. l. quotiẽs. C. de rei vèdica. quam opinionem sequitur Galiaula in rub. ff. de verbo. obligatio. fo

li. 12. col. 2. dicens ita respōdiffe in quadam cōtrouersa quæstione. idē Soci. in. l. 1. §. si iusserim. col. fin. ff. de acquir. posse. Et omnium latissimè Andr. Tiraque. in tract. de constituto. 3. part. limita. 30. nume. 8. & 51. quo in loco pluribus autoribus citatis asseuerat opinionem præcedentem in versi. est tamen necessaria. quā ex Baldo, Paulo, Alberico, & alijs adnotauimus veram esse, eamq; frequentiori calculo probari. Eandem opinionem tenet Albericus in. l. nō enim. ff. de adoptionibus. col. 1. & Alciat. eam esse cōmunem asseuerans in. c. cum contingat. de iure iur. num. 234. licet Corne. in dicto consil. 50. & consil. 2. libr. 4. colum. 2. probare conetur, per stipulationem notarij adquiri absenti actionem vtilem, etiam ante acceptationē: nec reuocari posse prædictam donationem, etiam nō dum sequuta ratihabitione: quod est notandum: nam & idem tenet Anto. Rub. consil. 117. num. 4. & Galiaula in dict. rubri. conclusione. 12. atque esse hanc opinionem communem fatetur Carolus in dicta. l. contractus. numer. 22. Hi verò, qui ab eo citantur, non tenent in specie opinionem istam: sed quod facta absenti donatione stipulante notario, sola reuocatio donatoris minimè impediatur donarij acceptationem, quod item tenet Paulus Castrens. in dicto consilio. 195. colum. 3. versicul. præterea non interest. Bald. in. l. cum a socero. versicu. caue tibi. C. de iure doti. Deci. consilio. 58. colum. 2. & dicto consil. 226. in fin. Alexan. Are. & Ias. in dicta. l. qui Ro-

ma. §. Flavius. & alij, quorum Andre. Tiraquel. meminit in dicta limita. 30. numero. 49. ex quibus dubio procul communis opinio in hunc sensum deducitur, quod nomine absentis stipulante notario, etiam ante ratihabitionem, hoc ius quæritur absenti, vt nec donatio, nec venditio reuocari possit, sola voluntate donatoris aut venditoris. idem & nostradidimus libro. 1. vari. resolu. c. 14. num. 11. licet Andre. Alciat. in dicto capit. cum contingat. num. 238. existimet, ante acceptationem absentis posse donationem reuocari ab eo, qui donauit, etiam si stipulatio notarij in fauorem absentis præcesserit. Verum si donatarius tempore donationis præsens sit, & taceat, scribit Deci. in rub. C. de pact. minimè valere donationem. idem asserit Tiraque. in. l. si vnquam. C. de reuo. dona. verbo, libertis. num. 54. Est enim necessaria ipsius donarij acceptatio, quod falsum est: cū hæc sit donatio expressa ex parte donantis, nec sit tacita, nec præsumpta, & ideo saterit præsentem donatariū tacere. l. qui patitur. ff. mandati. nec gl. in. d. l. illud. exigit aliud quæ præsentiam donarij, qui tacens consentire cēsendus est in his, quæ ad eius vtilitatem spectat. d. l. qui patitur. Vnde sufficit præsentia sola ipsius, cui donatio fit. Angel. consil. 183. col. 2. Curti. Iuni. in rubri. C. de pact. 1. col. & Francis. Purpur. ibi. & idem in. l. rogasti. §. 1. ff. si cer. pet. num. 64. Galiaula in rub. ff. de verbo. obliga. fol. 5. col. 1. Ex quibus constat, donationem, quæ hodie fieri potest pacto nudo. ex. l. si quis argen-

gentum. C. de dona. posse fieri present
 ti, & tacenti, nec talis est donatio præ
 sumpta, sed expressa. contra Deci. in
 dict. rub. & in consi. 245. col. pen. & in
 l. senium. col. 4. C. qui testa. face. poss.
 & eundem in l. semper, qui non pro
 hibet. ff. de regu. iur. & Aret. in l. 2. co
 lum. 2. ff. de legat. 1. & Alcia. in rub.
 ff. de verbo. obligat. nu. 3. Et esse opi
 nionem Angeli communem asserit
 Cur. Iuni. in d. rub. C. de pact. & An
 dre. ab Exea in rubr. de pact. ff. nu. 98.
 & Alcia. d. num. 3. & Iaso. in ea rub. de
 verbo. obliga. col. 3. idem Alcia. in ru
 bri. C. de pact. quam etiam Soc. sequi
 tur cõsil. 112. col. 4. vers. aliquando. vo
 lu. 1. Illud profectò prætermittendum
 non est, quod Paulus Castrens. in di.
 consi. 195. lib. 2. colum. 3. scripserit, do
 nationem absenti stipulante notario
 factam, & ideo ab initio validam, mi
 nime posse à donatario acceptari post
 mortem donatoris: quia iam alteri, id
 est hæredibus, donantis res est adqui
 sita, atque ideo in præiudicium iuris
 alteri quæsitæ, donationis acceptatio
 fieri nequit: hoc ipsum probatur in l.
 si ego. §. si res. ff. de iure doti. & in l. 2.
 §. sed si quis. ff. de donatio. subscripse
 re Paulo in hac specie Antoni. Rube.
 consilio. 132. Chassenæ. consi. 7. num.
 38. & Andre. Tiraquel. in tracta. de
 cõstitu. limi. 30. nume. 73. Quibus mi
 nime accedendum esse cenfeo, quippe
 qui existimem eorum sententiam fal
 sam esse ea ratiõne, quod ante accepta
 tionem absentis præfatio donatio quo
 ad donatorem omnino perfecta sit,
 nec reuocari ab eo possit, licet absenti

quæsitæ non sit. c. si tibi absenti. de præ
 ben. in. 6. l. Aristo. ff. de donatio. l. per
 fundum. ff. de seruit. rusti prædi. Et fa
 tentur expressim idem Paulus Castr.
 in dict. consi. 195. Anto. Rube. consil.
 117. num. 4. Corne. & Galiaula pau
 lo ante citati, sentiunt, ac præmittunt
 Docto. quorum ipse memini dicto li
 bro. 1. variar. resolut. c. 14. nume. 11. Er
 go & quo ad donantis hæredes per
 fecta donatio censebitur, cū hi defun
 cti personam representent. l. 2. §. ex his.
 ff. de verbor. obligatio. Quam obrem
 hæredes isti non poterunt donata
 rio acceptanti refragari, imo donatio
 ni stare tenebuntur, sicuti & defun
 ctus teneretur. Non obstat. l. si ego. §.
 si res. nam ibidem agitur de donatio
 ne conditionali, & ad alium effectum
 quem ipse explicui in dict. c. 14. nu. 16.
 Similiter in l. 2. §. sed si quis. tracta
 tur de mandato ad donandum, quod
 morte mandatis expirat. Hic vero di
 sputamus de donatione pura, cui nul
 la conditio apposita fuerit. Nec item
 refert, quod ante acceptationem fuerit
 in re donata ius alteri quæsitum: quia
 id procedit quando ex titulo speciali
 esset dominium rei donatæ in alterum
 translatum, vt in singularem succes
 sorem. l. quoties. C. de rei vendi. tra
 dunt Deti. in d. consi. 226. & alij à me
 nominatim relati superius, vers. Est ta
 men necessaria. non idem erit vbi an
 te acceptationem dominium translatum
 fuerit in successorem donatoris vni
 uersalem, qui saltem actione perso
 nali tenetur omnino contractus, &
 donationes à defuncto factas exacte

seruare. Hinc etiam diffiniri poterit altera quæstio huic similis, quam Tiraquel. tradit in dict. limit. 30. nu. 73. & 74. scribens ad eius decisionem, non posse donatarij hæredes, etiam viuentem donatore acceptare donationem defuncto facta absentis, notario pro eo stipulante, & accipiente constitutum: ex eo quidem, quod hæres non possit quo ad possessionem ratificare factum nomine defuncti, quanuis eo viuentem id actum fuerit. l. 3. §. adquirere. ff. de bono. poss. l. si is cui. & l. bonorum. ff. de rat. haberi. Ang. in l. eius qui. col. 2. ff. si cert. pet. id quod Tiraq. notat etiam Anto. Rub. in l. non solum. §. morte. nu. 59. ff. de noui oper. nuntiat. qui hac in re citat Pau. Cast. in d. cons. 195. qui in admodum diuersa specie loquitur: ipse vero hanc sententiam probo quoad possessionem, & dominium ex ea adqui-

retur, poterit hæres ratum habere quod nomine defuncti fuerit actum. l. si sine §. si procurator. ff. rem rat. habe. Din. in regu. ratum. pe. q. de regu. iur. in. 6. Deci. in l. eius qui. §. placebat. col. vltim. & Cur. Iunior col. 4. ff. si cert. pet. post alios ibi Bart. in l. bonorum. & in dict. l. si is cui. ff. rem ratam habere. Ex quibus inferitur in quæstione hac posteriori tradita per Andr. Tiraqu. eius responsionem veram esse in his donationibus, quæ ad earum vim requirunt præcisse possessionem, & traditionem: cum ea minime contingat per rati habitionem hæredis mortuo iam donatario: quanuis in vniuersum eandem opinionem, quam probat Tiraq. veram esse contendat Alcia. in d. c. cum contingat. nu. 237. etiam quo ad effectum donationis validæ, & irreuocabilis. *

14 Quibus omnibus addendum est, donationem causa mortis posse fieri hodie pacto nudo, & ex hoc sequitur. l. si quis argutum, in donatione causa mortis locum habere. glo. in l. cum pater. §. Mæuio. ff. de lega. 2. quam Bar. & doct. ibi approbant, & dicit esse singularem. Bal. in l. vna. §. si autem. in fi. C. de cadu. tol. Paul. in l. qui in potestate. ff. de testa. Alex. in d. l. 2. ff. de leg. 1. Corn. cons. 107. in. 4. vol. 2. col. Ias. in d. §. in personam. de actio. nu. 61. dicit nota. Bal. in l. cum hi. 2. lect. ff. de tras. & videtur similis. glo. in l. 2. C. de iure doti. & in l. ut hæredibus. ff. de lega. 2. quas Bal. allegat cons. 248. vol. 5. quam opinionem fatetur esse communem Alex. & Aret. in d. l. 2. col. 2. idem Alex. in l. in tempus. ff. de re iudi. Ias. in dicto nu. 61. & ibi Gomeci. num. 43. Corne.

in d. cōsi. 107. & eam defendit Fortu. in l. Juris gentiū. §. quinimo. ff. de pa. col. pe. & si. licet dissentiat Ioan. Igne. in l. 3. §. quod ad causam. ff. ad fillani. num. 26. Quinimo sufficit donatariū esse præsentē, & tacere, sicuti Cur. Iunior tradit in rubr. C. de pact. col. 2. & alij, quos paulo ante adduxit aduersus Deci. qui cōsi. 247. col. pe. & si. cōtrarium probare conatur. Regia verò l. 13. tit. 8. lib. 3. ordi. nec in donatione simplici, nec in donatione causa mortis, præsentia donatarij requiritur.

His tandem cōstat, quoad initium actus donationē causa mortis similitudine esse cōtractui quā vltimæ volūtatī. Tametsi quandoq; etiam in his assumat vltimæ volūtatī conditiones, cū quinque testes exigat, nec insinuationē requirat. l. si. C. de dona. cau. mor.

15 Secunda principalis conclusio. Donatio causa mortis quo ad effectū, potius vltimis volūtatibus, quā cōtractibus accedit. Bal. in d. l. 2. quē sequuntur frequentissimè iuris vtriusq; professores, ex quo plura deducuntur.

Primum, Dominium rei donatæ causa mortis statim à die mortis transit in donatarium sine vlla traditione. l. 1. & 2. ff. de publi. quam dicit singu. Ana. in c. quia in omnibus. colu. 15. de vsur. Ioan. Lupi. in rubri. de dona. inter virū & vxorē. §. 77. commendant

16 Alex. & Ias. in d. l. 2. ff. de lega. 1. Quod si tradita fuerit res donata à donante ipsi donatario statim trāsferitur dominium. l. Senatus. in princi. ff. de dona. cau. mor. reddit tamen ad donantē eo ipso quod causa donandi cessat, vel ipsa

donatio perit & euanescit, saltē quo ad vtilem actionē in rem. l. si mortis causa res donata. & l. sequenti. ff. de donatiōe causa mortis. vbi Bartolus & Paulus hoc notare videtur, & Franciscus à Ripa in dicta lege secunda, in tertia conclusione.

Secundo, ex eadem conclusione per pēdi potest, quænam actio competat ex donatione causa mortis: qua in re cōmunis est Doctorū sententia, competere actionē ex testamento, si donatio fiat in testamento, vel codicillis. l. 1.

17 C. de donatione causa mortis. Si vero fiat extra testamētum, vel codicillos, præmissa stipulatione competit actio ex stipulatu: ea vero non præmissa cōdictio ex l. si quis argentum. C. de dona. in quo video nō omnino etiā quo ad effectum hanc donationem causa mortis sequi naturam vltimæ volūtatī. Imo si donatio hæc fiat in testamēto accedente stipulatione, vt cōtractus iudicatur, & actionem habet ex stipulatu, non ex testamento. Salicetus in d. l. 1. Deci. cōsi. 196. ad finem, & est ex mente Bartoli in l. tam is. §. si. ff. de donatione causa mortis: siquidem & in testamento cōtractus fieri potest. glo. Bart. & alij in l. hæredes palā. ff. de testamē. Barto. in l. cum quis decedens. §. codicillis. ff. de legatis tertio. Romanus cōsi. 513. & est communis opinio, teste Nicolao Boerio, decisione. 353. col. 2. Non tamen competit tacita hypotheca legis primæ. C. cōmu. de legat. pro donatione causa mortis: cum id non sit in iure expressum. Baldus cōsi. 248. volumine quinto. quē

sequitur Franciscus à Ripa in dicta lege secunda, num. 16.

18 Tertio, eadē ratione dicendū est, actionem ex donatione causa mortis competentem in pluribus bonæ fidei actioni parē esse, licet verè stricti iuris sit. gloss. in l. Seya. §. constituto. ff. de donatione causa mortis: quam ultra doctores ibi dicit singularem Roma. singu. 17. Ias. in. d. §. actionum. num. 14. de actionib. dicit notabi. Decius in c. cum venerabilis. de exceptioni. col. 5. Sicuti actio ex testamento: quanuis sit stricti iuris, in multis tamen actioni bonæ fidei similis censetur. l. in minorum. vbi gloss. C. in quibus causis in integrum restituere nō est necesse. Bartolus in. l. si hæres. ff. de eo quod certo loco.

19 Quarto, his proximè accedit quæstio illa, an donatio causa mortis per alienationem rei donatæ factam à donatore, reuocetur. Nam legatū, quanuis per alienationem à testatore factā rei familiaris inopia cogente non reuocetur: tamen si alienatio voluntarie fiat, censetur eo ipso ademptum. l. rem legatā. & ibi doctor. ff. de adimē. lega. l. fideicommissa. §. si rem. ff. de lega. 3. Regia. l. 17. titul. 9. part. 6. Ias. in l. qui post. C. de lega. col. 1. etiam si alienatio prædicta, quæ ex voluntate facta fuit inualida & inutilis sit. l. legatū. §. pater hortos. ff. de adim. legat. etiam si rem ipsam post vēditionem testator redemerit. l. cum seruus. & Bartol. ibi. ff. de adimē. legat. Ange. Paul. & Ias. in dicta. l. qui post. Nec refert an legatum sit expressim factum, quia etiam

voluntaria alienatione, & si inutilis sit reuocatur. Imol. Alexand. & Areti. in. l. seruus filij. §. si idem seruus. ff. de legat. 1. licet dissentiant ibi Angel. Paulus & Ias. in hoc vltimo. Sic ergo donatio causa mortis expirat per eandem voluntariam alienationem. l. illud. ff. de dona. cau. mor. Din. in. l. Stichum, qui meus erit. ff. de lega. 1. vbi Bald. Imol. Raph. Aretin. Alex. & Ias. idē Ias. in. d. l. qui post. 2. col. idē in. d. l. 2. col. si. post Alex. ibi. Hippo. in singu. 136. dicens tex. in. l. 3. in fin. ff. de adim. leg. locum sibi vendicare, etiam in donatione causa mortis. Hanc verò opinionem Dini sequitur eam professus cōmunem esse Alciat. in. l. nō omnis. ff. si cer. pet. cōtra Deci. ibi. Nec tamen indistinctè vera est sentētia cōmunis, siquidē pcedit in dispositione speciali de re donata: nā si facta donatione causa mortis alicuius rei fiat generalis hæredis institutio, non cēsetur ex hoc derogatū donatōi causa mortis: atq; idem dicendū erit in qualibet alia generali dispositione. ex Areti. cōsil. 74. col. pe. quem sequitur Aymō Sauill. consil. 144. num. 10. quibus illud suffragatur, quòd facta à viro vxori alicuius rei donatione, quæ morte viri confirmari potest, non reuocatur illa donatio per generalem omniū bonorum viri hypothecam, tametsi per specialem illius rei donatæ reuocaretur, ita vt per mortem confirmari nequiret. l. 3. C. de leg. l. cum hic status. §. si maritus. ff. de donat. inter vir. & vxor. & in hac specie Barto. in. l. rem legatam. ff. de adim. lega. Ias. in. d. l. 3. 2. limit. An-
toni.

toni. à Fano in tract. de pigno. 2. parte membro. r. num. 4. Quibus, vt propositam materiam vltius explicemus, addendum est, legati reuocatione tacite fieri, non tantum per alienatione subsecutam ex cōtractu oneroso, sed etiā si alienatio fiat ex contractu gratuito: nempè donatione. l. si rem legatam. ff. de adim. leg. etiam si donatio eiusmodi sit, vt ex ea dominiū per traditionem minime transferatur. l. legatum. §. 1. ff. de adimen. lega. Nam alienatio vtcunque inutilis facta per testatorem inducit tacitam legati precedētis ademptionem, vt paulo ante adnotauimus, & latius in . 2. huius rub. parte. nume. 21. Nec refert quoad hanc reuocationem, quod possessio rei legatæ tradita non fuerit virtute alienationis secutæ. tex. optimus in dict. l. legatum. §. pater hortos. ff. de adimen. leg. vbi traditio facta virtute donationis non transtulit dominium in donarium: & tamen remanēte dominio apud donatorem, existimat Iurisconsultus legatū rei donatæ ex donatione ipsa reuocari: quinimo & in causa libertatis manumissio data seruo in testamēto reuocata censetur per ipsius serui alienationem, venditionem, aut donationem alteri post testamentum factam. l. verum est. ff. de manumiss. testa. quod si libertas data fuerit in testamento verbis directis: hoc addito, quod seruus manumissus ab illo die testamenti facti sit liber, adhuc libertas ista effectum non habebit in vita testantis, donec ipse mortem obierit: atq; imo expresse vel tacite reuocari

poterit, sicuti probat tex. fin. iuxta intellectū glo. Iaco. de Are. Old. Albe. & Plumbini in l. qui duos. §. vlt. ff. de manu. test. quo in loco Alber. censet, eam esse ratione: quia hæc manumissio facta fuit in testamento, cuius hæc est propria natura, vt ante diem mortis nullam habeat firmitatem. Hinc sanè non incongruè quæritur ad interpretationem tex. in l. nostram. C. de testamē. an ea constitutio admittenda sit in testamento inter liberos, vel ad alias causas. Nam agitur inibi de quadam tacita reuocatione testamenti: quoties testator testamētū iā clausum sigilloq; signatū ipse aperuit, tollens ab eo sigilla, vel scindens linū, videtur etenim hoc testamētū illud reuocare, ac velle intestatus decedere, illudq; rumpere testamētum, qua in re est considerandū secundū Alex. Iaf. & alios in d. l. nostrā, quod plus operatur factū illud ad reuocationē testamēti, quā cācellatio, inductiouè, quia per hoc factū totum testamētū rumpitur, nec est tractandū in hac specie, an hoc testator fecerit, vt aliud testamētum testator cōderet, quod tñ perficere non potuit: etenim tūc nihilominus intestatus morietur: nullusq; locus erit decisioni Bart. in l. si iure. in fi. ff. de legat. 3. cū in casu tradito per Bar. diuersa ratio sit ex eo, q̄ reuocatio testamenti, nec perficitur, nec probari potest, plene ea forma, quæ requirit in §. ex eo. insti. quib. mod. testa. infirmēt. Deinde si ruptis sigillis iuxta prædictā cōstitutionē nostrā testator corā sufficiēti ad testandū nuncupatiuè numero te-

De testa, D 4 testiu

si dixerit, vel corā tabellioni solēniter, se velle decedere cū illo priori testamēto, cuius sigilla ruperat absolute, vel cōditionaliter, illud testamētū erit adhuc seruādum secundū ea, quæ hoc tit. scribimus in. c. cum tibi. nu. 5. His deniq; præmissis, quoad propositam dubitationem, Ange. & Alexan. in. d. l. nostram. existimēt eius decisionem nō procedere in testamēto inter liberos, ex ea ratione, quod testamētum conditum inter liberos non tollatur per secundū, nisi in eo fiat mentio primi. tex. optimus in auth. hoc inter liberos. C. de testamen. Huic sentētiæ suffragatur tex. optim^o, in. l. proxime. ff. de his quæ in testamen. delent. vbi glo. Bar. & docto. adnotarunt, cancellationem vel inductionem fauore piæ causæ præsumi inconsultè factā fuisse: atq; ideo minimè præiudicare causæ piæ, vt causæ libertatis. idem notāt Abb. in. c. 3. col. 1. de fide instr. & Corset. in singu. verbo, cācellatio. Ex hac tamen inductione non omnino conuincitur idem esse in casu. d. l. nostrā. quia factum, de quo inibi, magis vrget ad significandam mutationem voluntatis, consulto quidem, non temere factam, quam testamenti cancellatio. Nec authen. hoc inter liberos. concludit, cum loquatur in secundo testamento, ex quo fauore liberorum, & piæ causæ, non præsumitur mutatio primi: sed in præsentī casu fit eiusdem testamenti mutatio per eius inscisionem aut sigillorū fractionē per actum sane facti, qui potentior est quā actus verbi. Item in hac specie. l. nostram. fa

ctum specialiter pertinet ad testamētum cōditum inter liberos. in. d. auth. hoc inter liberos. verbalis actus generalis est, vnde mihi verior videtur opinio Pauli Castrensis, & Cornei in. d. l. nostram. qui existimant, eam cōstitutionem procedere, etiam in testamento inter liberos, & ad piā causam. quod probatur ex eadem ratione, & quia testamētum illud per factum de quo inibi mentio fit, rumpitur.

Quinto, ex his deducitur, locū esse ²⁰ Falcidiæ in donationibus causa mortis. gl. per tex. ibi in. l. in donationibus. C. ad. l. Falc. vbi Bald. Saly. & alij. Roma. consil. 75. Ex ea tamen. l. iuncta. l. donationes quas parentes. C. de donatio. inter vi. & vxor. §. pen. id intelligendum est, quando donatio causa mortis fit in testamento, vel codicillis, nō autem si fiat extra testamētum, & codicillos, ex his quæ notat Ioānes Hannibal. in. l. post cōtractum. ff. de donatio. num. 348.

Sexto, hinc etiam oritur ratio tex. in. l. Marcellus. in princ. ff. de donatio. ²¹ caus. mor. vbi solennitas testamento, vel codicillis remissa, censetur & à donatione causa mortis sublata, non tamē augetur in donatione causa mortis, tamen si in vltimis voluntatibus aucta fuerit lege noua. dicit singu. Roma. sing. 523. Ex quo infero Regiam l. titul. de testament. libro. 5. ordina. adiuncta. l. 3. Tauri procedere in donatione causa mortis. Sed si remittatur à testamentis certa solennitas, vel pars solennitatis iure requisitæ, non censetur proportione eadem, vel tāta pars remissa

remissa à solennitate, quæ in codicillis, vel in donatione causa mortis requiritur. Quo fit, vt si lege noua in testamento sufficiant quinq; testes, non ex hoc in codicillis vel donatione causa mortis sufficiant tres. Bart. in. l. 2. ff. de lega. 1. cuius opinio communis est, vt fatentur nouiores ibi. & Alber. Brunus in tract. de forma & solenni. §. vlt. q. 10. cui mire cõuenit Regia. l. 3. Tau. ex qua manifestum ex solennitate iuris à testamento nuncupatio remissa per dict. l. 1. tit. de testamen. lib. 5. ordinat. nihilominus in codicillis solennitatem eandem, quæ in testamento nuncupatio requiritur, seruandam esse non minorem. Verum Franci. à Ripa in dict. l. 2. in fine. & in tracta. de peste: 2. part. particula. 2. in fine, Barto. conatur reprehendere ex dic. l. Marcellus. quæ ipsi minimè patrocinator: cum id tantum prober, solennitatis remissionem factam à testamentis, videri eandem factam à codicillis, non tamen minorem proportione. Vnde licet tẽpore pestis testamentum fieri possit coram quinq; testibus. l. fi. C. de testamen. ex qua hoc argumentis quibusdam deducunt Bal. Saly. & Ias. ibi Deci. consilio. 284. Rube. consi. 165. & consilio. 72. Ripa in dicta particula. 2. col. 2. licet Paul. Aretin. & Alexand. ac Riminal. in dict. l. fin. cõtrarium opinentur, & id frequentiori doctor. calculo recipi Alexan. Ripa, & Rube. fateantur: quod non est admodum expeditum, nec iure admittendum, si pestis ita grauis sit, vt facta diligenti inquisitione maior testium numerus reperi-

ri nõ valeat: donatio tamẽ causa mortis tempore pestis rite non fit coram tribus testibus, in quo fallitur Ripa cõtrarium opinatus.

22 Tertia principalis conclusio. Donatio causa mortis quoad eius cõfirmationem potius contractibus, quàm legatis accedit. Nam legata requirunt hæreditatis aditionem, vt confirmentur. l. nemo. ff. de reg. iur. Donatio vero causa mortis sola morte absq; aditione confirmatur. glo. in. l. legatum. §. pe. ff. de his, qui. vt indi. quam Bart. ibi probat. Dicit sing. Alex. in. l. 2. col. 2. ff. de legat. 1. Imol. in. l. fi. ff. de donatio. caus. mort. Alexand. in. l. qui Roma. §. Flavius. nume. 10. ff. de verbor. obliga. dicit esse hanc opinionem cõmunẽ Pau. à Monte Pico in. l. in quartam. col. 21. ff. ad. l. Falcid. Ripa in. d. l. 2. col. fin. dicens post Imol. in. d. l. fi. hoc esse verum, quando donatio fit extra testamentum, nam si in testamento fiat, aditionem hæreditatis requirit. atque ita intelligenda est communis assertio, quam existimãt dubiam esse Imol. in. d. l. fi. & Anani. in cap. quia in omnibus. de vsur. 14. col. 1. Eo autem casu quo aditio hæreditatis necessaria non est, donatarius agere debet aduersus curatorem hæreditati iacenti peti tum, & datum, vel contra hæredes intestati. Bald. in. l. cum virum. C. de fideicommi. Ripa in dict. col. fi. Iure autem Regio, etiã si donatio causa mortis fiat in testamento, nõ requirit præcise aditionem hæreditatis, iuxta regulam. l. 1. tit. de testamen. libro. 5. ordinament. in fine.

23 Reuocat' verò donatio causa mortis per pœnitentiam donantis. l. mortis causa. in. 4. ff. de donatio. caus. mor. etiam si sit per donatarium acceptata: sicuti probatur ibi. & in. l. 2. iuncta gl. ff. eod. titul. etiam si non conualuerit donator: quòd ex. d. l. mortis. constat: quanuis Barb. consi. 54. volum. 2. tenere velit, donationem causa mortis ab ipso donatario acceptatam: vel cui stipulatio accesserit, reuocari per pœnitentiam non posse.

Secundo, reuocatur donatio causa mortis secuta donantis valetudine. l. si mortis causa res donata. ff. de donatio. cau. mor. quod procedit, quando donatio fuit facta occasione instantis periculi. l. 3. cum gl. & legibus sequenti bus. ff. de dona. cau. mort. quod si donatio fiat nullo instate periculo, est necessaria expressa reuocatio, vel mors donatarij cotingens prius quàm donator decedat. Pau. Cast. in. d. l. 3. Nec satis erit, donatorem in aliquod mortis periculū incidere, ac demū ab eo euadere. Pau. Iaf. & Deci. in. l. non omnis. 2. col. ff. si cer. pet. vbi Alciat. per text. vbi asserit ex sequenti valetudine reuocari donationem causa mortis factā instanti periculo, eamq; opinionem communem esse fatetur, Decio paululum refragante.

Ex quibus est intelligenda Regia. l. si. tit. 4. part. 5. quæ expressim probat donationem causa mortis reuocari, sequenti donatoris valetudine, vel per pœnitentiam, aut donatario præmoriēte. Est verò notandum contingere posse donationem causa mortis,

nec per pœnitentiam, nec præmoriēte donatario reuocari, si facta & concepta sit donatio ab existēti in aliquo mortis periculo in hunc modum, vt donata res omnino non reddatur, donatore ex illo periculo moriente. text. à glo. & doctōr. ibi ita intellectus in. l. si alienam. §. Marcellus. ff. de donatio. caus. mor.

Item, donatio hæc causa mortis, etiam si expressim donator pœnituerit, minimè cessat, nec reuocatur, donatore ipso decedente sine aliquo hærede ex testamento, nec ab intestato. 24 argu. l. 1. ff. qui sine manumif. ad liber. perue. vbi si serui vëditor cum pacto, vt post certum tempus liber fiat, absq; hærede decesserit, seruus liber post tēpus efficitur, licet venditor illam voluntatem mutauerit, & in specie ista hoc asserunt Ang. in disputatio. Astē sis miles. idem Angel. Imol. Areti. & Alexand. nu. 10. in. l. qui Romæ. §. Flauius. ff. de verb. oblig. idem Alexand. in. l. 2. ff. de lega. 1. idem & Soci. fin. col. in. l. non omnis. ff. si cert. pet. Hippo. in sing. 63. Alexand. in. l. quotiens. col. 3. ff. de lega. 1. Sed ex aduerso oppositam sententiam probant Iaf. in dict. §. Flauius. numer. 31. Idem Iaf. & Deci. in. d. l. non omnis. colū. 3. Ripa in dict. l. 2. col. fina. & præ cæteris Corne. consil. 68. colū. 5. volum. 3. quanuis dicat in praxi durum esse à sententia Angel. recedere: manifeste tamen ostendam Cornei disputationem secutus, opinionem Angel. quam frequentius receptam esse existimo, minimè veram esse, imò prorsus aduersam Iuriconsulto.

fulio. in. d. l. i. cui ipsa communis opinio innititur. Scribit enim Paulus. Si seruus venditus est, vt intra certum tempus manumittatur, etiam si sine hærede decessisset, & venditor, & emptor, seruo libertas competit, & hoc diuus Marcus rescripsit. His me hercle verbis includitur casus, quo venditor cum hærede decesserit: siquidẽ dictio, etiam, includit & implicat casum minus dubium. l. si contendant. ff. de fideiussor. glo. in clem. 2. verb. ecclesie. de hære. Subdit statim Paulus Iuriscõsulcus in. d. l. i. Sed & si mutauerit voluntatem venditor, nihilominus libertas competit. Igitur hic versiculus est intelligendus, siue venditor decesserit cum hærede, vel sine hærede, sicuti principalis eiusdem legis pars loquitur. Dicitio etenim, sed & si, aduersariua est, & in specie præcedenti intelligenda. gloss. & Bart. in. l. mariti. §. fin. ff. de adult. vnde constat, vendito seruo, vt post certum diem manumittatur, cum seruum manumissum censi post diem illam, decedente ante diem venditore cum hærede, vel sine hærede, licet voluntatem mutauerit: quia mutatio voluntatis debet adesse eo tempore, in quod manumissio cõfertur. tex. elegãs in. l. i. C. si mancip. ita sue. aliena. Cuius hæc sunt verba. Si Patroclus postea quam te Herminie donatiõis causa de dir lege dicta, vt si quindecim annis cõtinuis seruiffes, ad libertatẽ perducereris: si modo Patroclus non contrariæ voluntatis fuerat, aut etiam si iam decesserat, ad libertatem peruenisti. Quibus verbis

constat, perpenfa alternatiuæ dictionis conditione, decedente venditore vel donatore ante diem manumissionis, mutationem voluntatis minimè obesse manumissioni. idẽ probat tex. in. l. mancipia. ff. qui sine manumiss. Mancipia, inquit Papinianus, mater filia donauerat, vt filia curaret ea post mortem suam libera esse: cum donationis legi non esset obtemperatum: ex sententia constitutionis diui Marci, libertatẽ obtingere matre cõsentiente respondi, quod si ante filiam mater decesserit, omnimodo. vbi Accur. addit, etiam si mater mutauerit voluntatem. Ergo in. d. l. i. siue cum hærede, siue sine eo decesserit venditor serui, idẽ erit, nullaq; constituitur differentia, atq; ideo communis opinio probatione destituta refellitur, & eam nouissimè reprobatur Andre. ab Exea in rubri. ff. de pact. num. 159.

Fit autẽ donatio causa mortis expressim, ita vt dubitari necesse nõ sit. Quod si non dicatur eam fieri causa mortis, fiat tamen ab existenti in aliquo periculo, ita vt donet post mortem: bis quidem verbis donatio causa mortis censetur. l. 2. ff. de donat. causa mortis. & Bart. ibi Bald. & præ cæteris Alex. nume. 6. in. l. quæ dotis. ff. solut. matri. & Guiliel. Bene. in. c. Rainuntius. ist. tit. verbo, testamentum. 4. nume. 23. Sed si fiat ab eo, qui nullo periculo conterritus est, huiusmodi verbis dono post mortem, esse donationem inter viuos. Oldra. opinatur consilio. 139. ex. §. post mortem. instituta. de inutilibus stipulat. l. nam & si cum moriar.

Tertia

moriar. ff. de conditi. in deb. Bal. in l. 2. C. de iure doti. Guiliel. Benedi. dict. num. 23. Hæc tamen opinio procedere non potest ex l. 2. ff. de donati. caus. mor. & probatur ea ratione, quod donatio causa mortis dicitur, vbi donator vult magis ipsum, quàm donatarium rem donatam habere, ipsumq; donatarium magis quàm hæredem. l. 1. ff. de dona. caus. mort. & l. senatus. ff. eo. tit. qua ratione hæc vltimam opinionem tenent Alberi. in d. l. nam & sic moriar. Ias. in l. quæ dotis. num. 43. ff. solu. matrimo. idem Ias. consi. 6. volu. 3. col. 5. Prima verò opinio locum habere potest quando morseffet dilationis causa adiecta, ex iuribus ibi allegatis, vtpote si verbis executionem donationis inducentibus mentio mortis fieret. Soci. consi. 53. vol. 1. col. 3. Alex. consi. 14. vol. 1. col. 2. Bald. in d. l. 2. Boerius decisione. 353. num. 12.

Ex quibus apparet, nõ omnino esse eam donationem causa mortis, in qua mentio mortis facta sit. Nempe si fiat mortis mentio in verbis executionem actus inducentibus, quod etiã probauimus in 2. huius rub. par. num. 13. Erit & alius casus, in quo etiã facta mentione mortis in ipsa dispositione, erit donatio inter viuos si fiat alicui, & eius hæredibus. Hæc enim adiectio donationi causa mortis non conuenit: cum illa donatario præmoriante adhæredes minimè transmittatur: ergo est hæc donatio inter viuos. Bal. in l. 2. C. de iure doti. col. 3. Alex. consi. 14. volu. 1. num. 12. Aretin. consi. 74. col. 3. Claudi. colum. 4. & Ias. num.

Rub. Pars.

48. in dicta. l. quæ dotis. Ferrat. caut. 30. in fine. Boeri. decisio. 353. nume. 12. Ias. & Deci. in l. non omnis. ff. si cert. petat. Bald. consilio. 108. volumine. 3. Andre. ab Exea in rubric. ff. de pact. numer. 504. quorum opinio ex praxi frequentissimo autorum cõsensu potius obtinebit, quàm contraria, quæ ab eodem Bald. probatur consilio. 391. 3. volum. & Alcia. in dicta. l. non omnis. 3. columna. & eam defendit Deci. consil. 470. colum. penult. quasi prædicta adiectio hæredum hunc sensum habeat, vt præmoriante donatore donatio ipsi donatario, & eius hæredibus competat.

Cæterum, donatio in qua mentio mortis non fit, etiã si ab ægroto vel cõstituto in aliquo periculo fiat, inter viuos est censenda. l. Seya. §. cum pater. & ibi Bart. & Paul. hoc existimans esse singulare. ff. de dona. causa. mort. Imola. Alexan. nu. 7. & Ias. num. 26. in d. l. quæ dotis. & Socin. consil. 53. col. 1. volu. 2. Roma. consil. 229. Hoc tamen est verum, si talis donatio inter viuos valere potest. Nam si vt donatio causa mortis procedere valeat, nõ tamen vt donatio inter viuos, præsumenda erit potius donatio causa mortis. l. apud Celsum. §. Iulianus. ff. de doli excep. quam dicit sing. Soci. consi. 13. col. pe. vol. 1. Roma. in d. l. quæ dotis. notat Corne. consi. 124. vol. 4. & Ripa in tracta. de peste. 2. par. nu. 170. Soci. Iunior consi. 21. volum. 2. in additione. tametsi. gloss. in d. §. Iulianus. existimet ibi factam fuisse mentionem mortis, quã Ias. sequitur in l. quæ dotis. & ibi Ale-

xan.

xan.nu.13.dicens,in iudicando & con-
sulendo ab eius intellectu non esse re-
cedendum. Est tamen prima opinio
maximè notanda. Porrò & coniectu-
ris quibusdam, nulla facta mentione
mortis possumus deprehendere do-
nationem causa mortis: nempè si do-
nator vtatur verbo, relinquo. Dinus
in.l.1.C.de reuoc.donatio.& Guido
Pap.singu.457.vel si facta donatio sit
ab infirmo, vel ab existenti in aliquo
periculo, facta ipsius infirmitatis vel
periculi mentione. Corne.confil.124.
vol.4.& Ripa in.d.2.part.nu.175.opti-
mustex.in.l.2.ff.de dona.cau.mortis.

Est & alia vltima volùtas,cuius me-
minit.l.licet.C.de pact.vbi doct.om-
nium consensu eam appellant vltimã
voluntatem innominatam, & in ge-
nere: atq; ita Accur.eã legẽ intellexit.
& Angel.in.l.3.§.gener.ff.de acquir.
poss.col.1.licet Deci.in.d.l.licet.col.fi.
contèdat,illam legẽ loqui de donatio-
ne causa mortis respectu militum, in
quo à communi sententia discedit.

26 Mortis autẽ causa capio est adquisi-
tio occasione mortis alicuius,quæ spe-
ciale nomen non habet.l.qui pretio.
l.mortis causa capitur.l.inter mortis.
ff.de donat.caus.mor.Bart.in.d.l.qui
pretio.Bald.in authen.si quas ruinas.
C.de sacrosan.eccl.num.7.is etenim
mortis causa capit qui aliquid conse-
quitur causa conditionis implendæ ab
hærede, vel legatario, aut statu libe-
ro. Ex quo Bart.infert in dicta.l.mor-
tis causa capitur.patre accipiente rem
aliquam in emphyteusim pro se,& fi-
lijs,mortuo patre filios aliam emphy-

teusim consequi à domino directo ex
mortis causa capiõe, & ideo inter eos
esse locum iuri accrescendi,quòd alio
qui in contractibus proprijs locũ non
habet.l.si mihi & Titio.ff.de ver.obli.
competit tamen in mortis causa ca-
pione.l.Thais.§.Stichus.ff.de fideicõ-
mis.liber.quam opinionem mire exal-
tat Ias.in.l.2.C.de iure emphy.num.
210.ex ea colligens,non posse patrem
priuare aliquem filium hoc iure em-
phyteutico:cum id non à patre, sed à
vero domino filius occasione mortis
patris capiat.quam illationem Barto.
asseruit in.l.& iurisiurandi.§.si liberi.
ff.de oper.libert.Federi.confil.228.Fa-
ctum tale est.& alij quos adducunt
Ioan.Crot.in.l.si constãte.2.lectio.
col.7.ff.solu.matri.& Ias.d.nu.210.di-
cens hãc opinionem esse cõmunem.
quam latissimè omnium explicat An-
dre.ab Exea in rubr.de pact.num.211.
Curti.in tract.de feudis.4.part.1.reg.
q.penu.versì.ex prædicta.Zafius titu.
de feudi alienat.folio.6.id vero,quod
Barto.opinatur,hanc esse mortis cau-
sa capionẽ,falsum est manifestè: quia
filij hanc emphyteusim capiunt ex ve-
ro, speciali, & nominato titulo em-
phyteusis:sicuti & in feudo vocati cõ-
sentur, & inuitati ab ipso primo con-
cedente ipsi filij positi in dispositione,
& ab ipso domino titulum,ius,& cau-
sam capiunt.tex.in.c.vnico.& ibi Iser-
nia,& Bald.de feudo Marchiæ.c.vni-
co de grad.sucess.in feud.& in capit.
vnico.de natura sucess.feud.Et licet
idem Bart.confil.58.& in dicta.l.si mi-
hi,& Titio.num.5.eandem decisio-

nem



Tertia

nem reperat, quam ipse in dict. l. mortis. scripserat, ab ea tamen recedere videtur: dicens in prædicto contractu filios emphyteusim consequi ex prima concessione, & ex illo cōtractu. quod pulchrè animaduertit Carolus Moline. in consue. Parisiens. titul. 1. §. 22. q. 25. Quòd vero Bartol. dixerat inter filios esse locum iuri accrescendi, id recipiendum est omnino non ex proprio iure accrescendi: sed vi taciti pacti, & lege concessionis: vti notat Alexan. in. d. l. si mihi, & Titio. col. 5. Curti. Senior consil. 49. colum. 3. & in 2. artic. fundamento. 11. & consil. 50. colum. 7. & 8. Curt. Iunior in tracta. de feudis. 2. par. q. fi. versi. secundo principaliter. Ias. consil. 117. colum. 7. volu. 4. idem in. l. re coniuncti. de legat. 3. nu. 230. & sensit Bart. in. d. l. si mihi & Titio. num. 5. vbi Aretin. & Ias. eandem materiã explicant. Imò satis dubium est, an in mortis causa capione sit locus iuri accrescendi: nam id falsum esse cēset Matthæ. notabi. 153. quod modo non disputo.

Postremo illud omittendum nō est, quemlibet testari posse, atq; in vltima voluntate bona propria post mortem distribuere, nisi speciatim à lege prohibitus sit. l. si quæramus. ff. ist. titul. Abb. in hac rub. Ancha. Imo. & Barba. in. c. 2. eo. titul. latius Franc. in rub. huius titu. lib. 6. Regia. l. 13. titul. 1. part. 6. ex quib' plures personæ colligi possunt, quibus est interdicta libera testati potestas.

Iure autem antiquo damnatus ad mortem, in metallum, ad bestias, vel

Rub. Pars.

deportatus, libertatem & ciuitatem amittebat, & ideo testari non poterat. l. qui vltimo. ff. de pœnis. l. eius qui. §. 1. qui à latronibus. §. fin. ff. ist. tit. l. si quis filio exhæredato. §. sed & si quis. ff. de iniust. rupt. quod in his, qui ingenui nascuntur iure Codicis abrogatum est: cum nemo bene natus seruus pœnæ efficiatur. auth. sed hodie. C. de dona. inter vi. & vxo. quæ procedit etiam in damnatis ad mortem naturalem. glo. in. d. l. eius qui. §. fin. & in. d. §. sed & si quis. Saly. in. d. auth. hodie. Hæc tamen opinio minimè placet, quia authent. sed hodie. non loquitur in damnatis ad mortem. quod apertius apparet ex authentic. de nupt. §. quod autem. quæ est in nouellis constitutionibus. nume. 22. quo fit, vt receptum sit etiam hodie iure Cæsareo, danatum ad naturalem mortem minimè testari posse. Bartol. in dict. l. qui vltimo. & idem in dicta. l. eius. §. fina. & ibi Paul. Imo. & Aretin. dicens hæc esse cōmunem opinionem, quàm probat gl. in dicta authent. sed hodie. & repetit Bar. in dicta. l. si quis filio exhæredato. §. irritum. Regia. l. 15. titulo. 1. partit. 6. Prima verò opinio recepta fuit lege lata in Taurino conuentu à Regina Ioanna Caroli Cæsaris matre. l. 4. Ex qua cessat & illa dubitatio, an damnatus in perpetuum carcerem testari possit: qua in re Bart. in. l. 2. ff. de his quæ pro non. scrip. asseruit, eum testari nō posse. ex. l. 1. C. qui nō poss. ad libert. peru. vbi hoc notat Bal. & idem Imo. in. l. 2. col. 3. ff. de publi. iudic. Bal. consil. 448. vol. 1. Guili. Benedi. in. c. Rainuntius. verb.

verb. mortuo testatore. l. nu. 129. Barb. colum. 10. Imol. num. 23. in capit. quia ingredientibus. ist. titul. Hippol. singulari. 565. quam sententiam in laicis comunem esse existimat Abb. in hac rubr. 2. colum. dicens etiam in clericis veriore esse. lege autem Taurina ab hac opinione prorsum disceditur, quod in specie asserit Ioan. Bernar. à Luco, vir moribus & doctrina excellens, atque Calagurritanæ ecclesiæ antistes ornatissimus in prac. crimi. c. 129. in fine. Quin & ipse opinor ante præfatam legem damnatum in perpetuum carcerem testari licuisse, secutus Alberi. in. l. aut damnatum. §. fin. ff. de pœnis. Anchar. & Franci. in capit. quavis. de pœnis. in. 6. Bald. in. l. 1. in repetit. col. 4. C. de sacrosan. eccle. Abb. in capit. tuæ. de pœnis. Franc. in rub. ist. titul. in 6. versic. decimo. quorum opinio manifestissimè cōprobat, ex eo quod frequentissimo omnium cōsensu hodie nemo instabilis ratione pœnæ efficitur, nisi ad mortem damnetur. Igitur si damnatus in metallū testari potest, cur damnatus in perpetuum carcerem nō testabitur? Nec quidquam facit. d. l. 1. C. qui nō poss. cū in seruis loquatur, & præterea statuta fuit ante iura authent. & Iustiniani Nouellas.

Præmissa tandem Taurina lege dubium est, an damnatus ad mortem naturalem testari possit circa illa bona, quæ cum alioqui fisco Regio competere, reseruantur tamen filijs, ac descendantibus ab ipso delinquēti, alijsque personis, quarum meminit auth. bona damnatorum. C. de bonis pro-

scrip. l. 5. tit. 31. l. 8. titu. 10. l. 6. tit. 7. par. 7. in quo illud iure respōdendū est, posse hunc damnatum inter illos, quibus prædicta bona præseruantur à lege, testari: ita ut prælegare minimè possit, nec vnū ex vocatis à lege hæredem instituere, cæteris exclusis, uti probat efficaciter Roderi. Suarez in repe. l. 9. tit. de legatis. lib. 3. Fori. 10. limita. ad finē. cuius responsum coadiuuatur ex eo, quod nec damnatus ad mortem poterit adpiam causam testari de illis bonis, quæ per authen. bona damnatorum. quibusdam ibi nominatis deferuntur. Bartol. & alij doctor. in. l. 1. C. de sacrosanct. ecclesi. in repetitio. 4. quæstionum. 26. & est communis opinio teste Panormita. in hac rubric. fina. colum. *cæterum post tertiā huius operis editionem legi doctissimos Greg. Lopez in partitarū leges cōmētarios, in quibus ad. l. 5. tit. 31. par. 7. ab opinione Roderici planè discedit eruditissimus vir ex Taurina cōstitutione: & apertius, ac verè cū iudicio Tell. Fernádez ad. l. 4. Tauri. nu. 14. cuius hac in quæstione disputatio mihi profectò, ut ingenue fatear, sum opere placet, ut libenter eius opinioni assentiar: illud tamē addiderim, posse opinionē Roderici probari eo casu, quo ipse videor in prima huius operis editione intellexisse, etiā si is auctor generaliter respōderit, eiusque sententiā fuerim deniq; sequutus. Existimo si quidē, vbi ex lege dānati bona fisco fuerint dāta, & ea specialifiliorū fauore ipsis reseruata sint, locū esse opinioni Roder. Suarez. Sed tunc minimè agendū erit de ipsius dānati libe-

ra quo ad ea bona testādi facultate: at-
que ideo is casus nō videtur ad Tauri-
nam cōstitutionē pertinere: neq; Ro-
derici respōso aptari cōmodè poterit:
cū illic agatur de testādi facultate dā-
natis ad mortē permilla quo ad bona,
quæ fisco nō deferuntur à iure in casu
Taurinæ legis dānatus ad mortē libe-
ra facultate meliorādi vnū ex filijs vti
poterit. *

28 Prohibetur etiam testamentū con-
dere filiusfamilias, circa bona aduenti-
tia, etiā consentiente Patre. l. qui in po-
testate. l. filiusfamilias. ff. ist. tit. l. seniū.
C. quiresta. face. poss. Regia. l. 13. titu. 1.
part. 6. etiā si in his bonis pater vsum-
fructum non habeat, secundum com-
munem opinionem in. d. l. senium. cu-
ius & nos superius meminimus. Imò
nec in piā causam testari poterit filius-
familias, patre non consentiente, si cir-
ca bona aduētitia velit testari, licet eo-
rū vsusfructus patri nō sit quæsitus, tã-
et si in piā causam patre consentien-
te in distincte testari valeat. c. licet. de
sepul. in. 6. Calde. consil. 10. huius titu.
Abb. hic nu. 10. Domi. in. d. c. licet. An-
gel. Saly. Rom. Alex. Deci. & Corne.
post Bal. in. d. l. senium. Frederi. consi.
298. Bald. in. l. 1. col. 2. & in rep. col. 6. C.
de sacros. eccl. quorum opinio cōmu-
nis est, vt asserūt Alex. l. 1. §. hoc autem
Senatuscōsultum. ff. ad Trebel. Ias. &
Deci. in. d. l. senium. & verior de iure
secūdum Laurent. Calca. consi. 12. col.
penul. Et licet res sit digna disputatio-

ne, cōmunis tamē opinio defendi po-
test: rectè per pensis verbis. d. c. licet. §.
fina. iuncta gloss. ibi. atq; ita in consu-
lendo & iudicando erit exactè seruan-
da, etiam si refragentur Io. Andr. in. c.
si pater. ist. tit. in. 6. Franc. in rub. col. 21.
Anchar. in dict. c. licet. & in. c. 2. infra
eod. & alij quos Alexand. Ias. & Deci.
referunt. Nec admittēda est distinctio
Bart. qui in. l. qui in potestate. ff. eo. cō-
munem intelligit, in bonis aduēnti-
tijijs, quorum vsusfructus patri nō quæ-
ritur, non in alijs. Nam & si non de-
sint, qui in eandem iuerint sentētiā
Bart. commentum ratione omnino
destituitur, & ideo hactenus nō dum
est receptum. Hic profecto sistēdum
est, si quidem. l. 5. Tauri cautum extat,
filiumfamilias testari posse liberè, pa-
tria potestate non impediēte de bo-
nis illis, quorum proprietas patri non
sit iure quæsitā, nec patris consensus
est necessarius. Vnde in his regnis nō
est anxie inquirendum de testamen-
to filijfamilias, modo filiusfamilias te-
stetur seruata iuris solennitate, ex Bar.
t. in. l. 1. §. q. principa. C. de sacrosan. ec-
cl. Alexā. in. l. si quis priore. col. 3. ff. ad
Trebell. notat Ias. col. 1. per text. ibi. in
l. si quando. C. de inoffi. testam. Regia.
l. 5. tit. 1. part. 6. Nihilominus de filiofa-
milijs clerico dicemus aliqua in. c.
quia nos. infra eod. titul.

HACTENVS TRACTAVI-
MVSEA, QVÆ AD HVIVS TI-
tuli qualemqualem cognitionem pertinere videban-
tur. Nunc vero, Deo duce, ipsas constitutio-
nes interpretabimur.

EX CAPIT. E.

- 1 Presbyter propria bona habens in Episcopum eli-
gi potest, & illa bona iure retinet: atq; imbi
explicatur quis fuerit autor canonis, manife-
sta. 12. q. 1.
- 2 Clericus habens patrimonium potest id conser-
uare, & redditus ecclesiasticos in proprios vsus
expendere.
- 3 Episcopus habens patrimonium, potest in eo que
voluerit heredem instituere, etiam omissa
propria ecclesia.
- 4 Restituitur litera canonis, Episcopus qui filios.
12. q. 2.
- 5 Res empta ex pecunia ecclesiæ non tamen eius
nomine, an ecclesiæ dominio adquiratur.
- 6 Bona per prælatum adquisita, an præsumentur
ex redditibus ecclesiæ habita, & quid de acqui-
sitis per uxorem matrimonio constante.
- 7 Bona relicta per prælatum, an censeantur ad-
quisita ab eo post dignitatem obtentam.
- 8 Textus in capitulo primo. 12. questione. 5. &
in hoc cap. primo ex epistolis diui Gregorij re-
struuntur.
- 9 Prælatus an teneatur inuentarium de rebus ec-
clesiæ facere.
- 10 Iudicis arbitriū plurimū versatur in inquirenda
an bona per prælatum quasita ex eius indu-
stria, an ex redditibus ecclesiæ obuenerint.
- 11 Quasita per prælatum ex eius industria, & cau-
sa persone, an subijciantur testamento, & li-
beræ dispositioni.
- 12 Verba consilij quandoque præceptum inducunt.
- 13 Ecclesia instruta heres a prælato an teneatur
alienationem rei ecclesiæ per eum factam ap-
probare, & quid in filio herede.
- 14 Ecclesia instruta heres an teneatur eo modo quo
extraneus, inuentarium facere.
- 15 Heres non conficiens inuentarium non tenetur

ad legata ultra vires hereditarias, de quibus
constat ex confessione legatariorum.

- 16 Heres non conficiens inuentarium, an in foro
animæ teneatur ultra vires hereditarias.
- 17 Testator an possit remittere heredi consecutionem
inuentarij.
- 18 Monachus factus Episcopus an liberetur à reli-
gionis regulis, & statutis.
- 19 Quis & sua obrulit ecclesiæ seculari, an possit ad
aliam ecclesiam transiens bona illa secum
deferre.
- 20 Monachus a primo monasterio ad secundum re-
cedens, an deferat secum bona primo mona-
sterio iam quasita.
- 21 An monasterio adquiratur hereditas, quæ mona-
cho defertur sine ipsius monachi aditione.



Rimo ex hoc capite
colligere licet post Pa-
normitanū, posse cleri-
cū habere propriū, ac
licite in Episcopū eli-
gi, & deniq; electum ad tāā dignita-
tem illud retinere: quod Gratianus
ex cōcilio Agathensi. c. 48. cōprobat
in cap. Episcopi. 12. questione prima.
plures ad id auctoritates doctissimè cō-
gerens, idē probatur in cap. manifesta.
eadē quæstione, ex Græcis Synodis,
quas Martinus Bracharen. Episc. colle-
git sub Honorio Papa primo. c. 15. à
quibus plurima decreta per eundē Gra-
tianum desumpta fuere, quæ tamen
falso in vulgatis codicibus Gratiani
Martino Papæ tribuuntur, atq; is er-
De testa. E ror

Caput Primum.

ror frequentissimus est in eo libro, & maxime in dicto cap. manifesta. Cæterū, quāuis nouus ille populus ecclesiæ catholicæ, sub fortissimis ducibus foelicissima Apostolorū charitate, res omnes cōmunes haberet, earumq; distributio fida synceritate perageretur, vti perhibet testimoniū liber Actuū Apostolorū capit. 2. & cap. 4. nō tamē dānandus est, imo ad clericatū recipiendus is, qui propria bona habere curat, & retinere cōtēdit. cap. certè. & sequē. 12. quæstione prima. Diuus Augustin⁹ sermone. 52. & . 53. ad fratres in eremo. Quinimo clericus habens ecclesiasticū beneficium, & patrimonium, potest in proprios vsus beneficij reditus expendere, & licitè propria bona conseruare, autore Innocētio in cap. Episcopus. de præben. quem Abb. ibi sequitur. idem Abbas in disputatione incipienti, Titius clericus, quarto dubio. & in capi. tertio de pignori. idem Abbas & Cardinalis columna finali. in capit. u. postulasti. de rescripti. & ibi Felinus numero. 6. Socinus consi. 91. volumine tertio. hoc ipsum ex verbis Thomæ deducere conatur Caietanus in. 2. 2. q. 185. articu. 7. responf. ad. 3. dignè etenim sacerdos seruiens altari, & ecclesiæ illam mercedē percipit, quæ à canonibus, aut prælatis sibi distribuitur. c. pe. 1. q. 2. ex concilio Agathensi. cap. 36. & cap. cum secundum. de præbend. igitur potest stipendia sanctis laboribus debita & in præmium cōcessa in alimēta vsusq; necessarios ipsius, sacerdos ecclesiā habens licitè expēdere. Nec oportet ab hac sententia disce

dere: nam & eam esse cōmunem fatetur Decius in dicto. c. Episcopus. Feli. & Barb. colū. penul. in dicto. c. postulasti. quo in loco idem Barba. & Deci. ab hac opinione discedūt, quibus suffragantur duo. Primū, quod ex Hieronymo ad Damasum Gratianus retulit. 2. q. 2. c. clericos. Is enim inquit. Clericos autem illos cōuenit ecclesiæ stipendijs sustentari, quibus parentum & propinquo rū nulla suffragātur bona. Qui autem bonis parētum, & opibus suis sustentari possunt, si quod pauperum est, accipiunt, sacrilegiū profecto cōmittunt. Idē ex Hieronymo repetitū est in regula monachorū. c. de paupertate. Alterū ex Prospero adducitur. 12. q. 1. c. illi autem, dum Prosper scribit, illi autē, qui tan infirmi sunt, vt suis rebus renuntiare nō possint, si ea, quæ accepturi erāt, dispensatori relinquunt, nihil habentibus conferenda, sine peccato possidēt suas, quia & ipsi quodāmodo sua relinquunt, quādo proprijs cōtēti rebus, nihil eorum quæ labori vel ordini suo deberi arbitrantur, accipiunt. His igitur sententia cōmunis improbatur, quibus satisfacere oportet, ne tot sacerdotū animas in discrimen conijciamus, tutissimā assertionē anxie nimis omittētes.

Prima etenim autoritas Hieronymi vel consilium potius, quam præceptum exprimit, vel probat illa bona, quæ ex rebus ecclesiasticis pauperum alimentis veteri instituto destinantur, non debere distribui in alē dis clericis, qui ex parentum bonis, vel à propinquis commedē victum, & ve-

& vestitum, aliaq; sibi necessaria con-
 sequi possint, non tamen loquitur de
 his bonis, quæ in obsequij & laboris 3
 mercedem dignè presbyteris debentur:
 iustus etenim eorū labor pro operis
 mercenarijs hæc stipendia petit.
 quo fit, vt apud Hieronymum ipse
 accipiam stipendia, pro decimis, obla-
 tionibus, & alijs rebus, quæ à Chri-
 stianis viris in ecclesiam conferuntur:
 non autem pro mercede, quæ ab eccle-
 sia clerico ministrati & seruieti in cul-
 tu diuino exhibenda est. Aut, si malis
 ita accipiēda sunt verba Hieronymi,
 vt verè locum habeāt, data maxima,
 & extremā in pauperibus inopia, vt
 intellexit Tho. 2. 2. q. 185. art. 7. ad 3.
 quo casu clerici peccarent in abuti,
 non subuenientes pauperibus ex illis
 bonis, nec tamen tenerentur ad resti-
 tutionem, quod Caieta. ibi probat, &
 nos alibi dicemus. Prospero vero di-
 ctum est referēdum ad illud tempus,
 quo incipiebat florescere catholica
 Ecclesia, & Apostolicis consilijs pro-
 pensissima erga Deum religio vteba-
 tur spretis mundani fastus cupiditati
 b^o, quo clericorū vita mūdissima, nul-
 lis labefactata vitijs Euāgelicā doctri-
 nam referebat: sicuti diuus Hierony-
 mus ad Nepotianū pietissime admo-
 net: & idē in Epistola ad Pamachium
 de morte vxoris, & Grati. in. c. pastor.
 1. q. 2. eandē Innocen. opinionē asserit
 comunē, & eam sequitur Sylue. ver-
 bo, clericus. 4. q. 16. Soci. consi. 91. vol.
 3. colu. 4. Abb. in disputa. 4. dubio. 4.
 Eandem probat Domi. Sor. lib. 10. de
 Iust. & iure. q. 4. art. 3. ad finem.

Secūdo, ex eodē capite colligo, Epi-
 scopum in bonis patrimonialibus, &
 in his, quæ ab ecclesia non habuit, te-
 stamentum facere posse, & heredem,
 quē velit instituire, ita vt ecclesiam
 nō teneatur heredem relinquere. Ab-
 bashie probat hoc ipsum canon. 46.
 Apostolorum, à quo Gra. assumpsit.
 ea. sint manifesta. 1. q. 1. ibi. sicut vo-
 luerit. quæ verba sunt etiam in. c. quia
 nos. ist. titu. & in. c. p. titu. prox. infra
 vbi idem in Episcopis & presbyteris
 statuitur, ad idem text. in. c. fixum. 12.
 q. 5. & in. c. quicūq;. 12. q. 3. notat glo.
 in cap. Episcopus qui filios. 12. q. 2.
 etiā si Episcopus filijs & propinquis
 careat, quā opinionem Imola præ cæ-
 teris asserit in dicto. c. quia nos, vbi
 Barba. num. 9. & hic col. 3. asserit ean-
 dem comunē esse, & in tracta. de pe-
 ste. Card. 1. parte. q. 3. nume. 76. ean-
 dem sententiam sequitur Abb. in. c. si
 quis Episcopus de hereti. vbi glo. An-
 to. & ceteri Docto. comuniter hoc ip-
 sum approbāt. His tamen refragatur
 tex. in. d. c. si quis Episcopus, dū disun-
 ctuē dixit, Episcopum instituētē ha-
 reticos, aut extraneos à sanguine, es-
 se excommunicandū post mortem: er-
 go nō potest extraneos à sanguine in-
 stituere hæredes. Is vero tex. ita intel-
 ligēdus est, vt in eo Episcopo locū ha-
 beat, qui hæreticos cō sanguineos, aut
 extraneos hæreticos hæredes instituit.
 gloss. recepta comuniter ibi. & Rom.
 singu. 735. dicens idē esse in quocunq;
 alio Chriano, quod in episcopo. text.
 optimus in. c. sanè. profertur. versi. icē
 multi. 24. q. 2. glo. in signis in. c. Iudæi.

Caput Primum.

in.2. de Iudæis. Præterea aduersus cõmunem opinionem text. est in. c. Episcopus qui filios. 12. q. 3. inquit enim ille canõ. Episcopus qui filios aut nepotes nõ habuerit, alium quã ecclesiam nõ relinquat heredẽ. Ergo ecclesiã tenetur instituerẽ heredẽ. Sed ille textus consilium non necessitatem inducit, secundum glo. & cõmunem. Quod si attendamus ad verba illius text. quæ multo integrius extat in cõcilio Agathensi. c. 33. parũ oberit ille canõ opinionem iã diu receptã: ita enim legitur, Episcopus, qui filios aut nepotes non habens aliũ quam ecclesiam reliquit heredem, si quid de ecclesia, non in ecclesiã causa, aut necessitate insumpserit, quod distraxit, aut donauit, irritũ habeatur. Quis verò filios habens, de bonis, quæ reliquit ab heredibus eius indemnitatibus, ecclesiã consulatur. Hactenus igitur ille text. nõ cogit præcisẽ Episcopum filijs carentem ecclesiam instituere. Vnde sententia doct. verior est, & eam expressim optimẽ Hæri. sequit. in. d. c. si quis episcopus.

Tertio ex vltimis huius. c. verbis probat. res emptas à prælato pecunia ecclesiã dominio ipsius ecclesiã acquiri, etiã si proprio prælati nomine fiat emptio. Abb. & docto. hic & idẽ ferẽ statuitur in. c. fixum. 12. q. 5. c. 1. inquirendum. de pecul. clericor. Verum in his iuribus id tantum dicitur, debere prædictas res in iura ecclesiã cõferri: non tamen esse à die emptionis, & in ecclesiã dominium translatas, & ideo Hosti. in. d. c. inquirendum. fatetur hanc tertiam conclusionẽ apertẽ in iure nõ

probari, licet Doctor. maxima autoritate satis sit præmunita. Communis tamen assertio ex verbis huius. c. etiã refragãte Hostien. optimẽ colligitur. & in auth. licetiam. C. de episc. & cleri. Nec oberit iuris civilis regula dictas, emptum ex pecunia aliena ementi adquiri, non ei cuius est pecunia l. ex ea. C. de rei vendicari. quia in ecclesia erit speciale, vt emptũ ex eius pecunia, nõ ementi, sed ecclesiã dominio adquiratur. glo. singu. secundũ Cardinalem, & Barba. ibi columna. 1. in dicto. c. inquirendũ: quo in loco ceteri doctor. idem approbat, quibus accedit Regia l. 40. tit. 5. part. 5. gloss. in cap. apostolicos. 11. q. 2. Corset. in singul. verbo emptio. Roma. in authentic. similiter. C. ad l. Falcidi. columna. 6. Bald. in. l. si quis presbyter. C. de episcop. & clericis. Aretin. in. l. cum hæredes. in princip. ff. de adquiren. possessio. gloss. in. l. vxor marito. ff. de donatio inter vir. & vxor. & in. l. 2. ff. quando ex fact. tut. & in. l. si vt proponis. C. de rei vendic. vbi idem dicitur in re emptã ex pecunia militis, sicuti in re emptã ex pecunia pupilli, aut minoris. l. 2. ff. quando ex fact. tuto. l. 3. C. arbitri. tute. Est & in eccle. gloss. in. l. 1. C. si quis. alteri vel sibi cuius opinionem asserit communem esse Ripa. in. l. senatus consulto. nu. 16. ff. in quib. casu. pig. vel hypoth. Est tamen dubiũ an id sit dicendum, quando res pecunia ecclesiã emitur, suppresso nomine ecclesiã ab eo, qui ecclesiã prælatus non est, nec administrationem rerum ecclesiã tractat: & ex argumento minoris ad ecclesiam.

c.1.&c.auditis. de in integ. rest. l. orphanotrophos. C. de episco. & cleri. Regia. l. si. tit. vlti. part. 6. Cinus, Bart. Alberi. Bald. Saly. & paul. in. d. l. si vt proponis, asserunt, nō esse idem: imo rem ex pecunia ecclesie emptam ab eo, qui rerum ecclesie administratiōnem non gerit, effici euentis, non ecclesie, nec vendicari ab ecclesia posse, nisi in subsidium: sicuti in re emptā pecunia minoris. idē est. l. 3. ff. de reb. eo. in prin. l. filia. & ibi Bar. ff. de solu. Paris. consi. 80. lib. 1. num. 19. quo in loco hanc dubitationem explicat. Regia. l. 46. tit. 5. parti. 7. quæ expressim in ecclesia & minore Barto. Cini & aliorū opinionē recepit, licet in pecunia militis absque vlla distinctione probet, re ex ea emptam, etiā ab eo, qui militis res non administrat, effici ipsius militis: quod Cinus, Bartolus, & alij, exceptis Guilie. de Cuneo, & Bal. in. d. l. si vt proponis. in specie adnotant. Et quāuis præfatis in locis Bern. & à Accur. à milite ad ecclesiam argumētetur, atq; latius Euerard. c. 27. Id tamen argumentum ita recipiendum est, vt ni miū à regulis iuris nō discedam: quo fit Barb. sententiā in. d. c. inquirēdum col. 2. à vero dissentire: dū idē in ecclesia, q; in milite dicēdū fore existimat.

Quarto, ex eodē. c. colligo, omnia bona, quæ prælatus habet, præsumi ad quæ sita fuisse ratione bonorum ecclesie, & ob id pro ecclesia esse maximā iuris præsumptionē, & Episcopi hæredes probare debere, bona ab Episcopo relicta ex patrimonio, alioūe titulo, quā ecclesie causa obuēnisse, quod

suaderi potest ex. l. Quintus. ff. de dona. inter virum & vxor. l. etiā. C. eod. titu. Regia. l. 2. tit. 14. parti. 3. quibus cōstat, res, quæ penes vxorē mortuo marito reperiūtur, præsumi esse ipsius mariti, & ideo oportet ipsam vxorē contrariū probare: quā in re sunt qui id intelligant verum esse in his rebus, quas constat: vel probat mariti hæres fuisse adquisitas matrimonio constāte: hæ etenim res præsumūtur adquisitæ ex bonis mariti, ne sit locus suspicioni libidinis, & adulterij: cuius causa eas vxor adquisierit vt inquit ipsa lex. Hac verò probatione cessante nō est locus præfate præsumptioni: ita visum est Bal. in. l. si vxorē. C. de conditio. insert. Salyce. in. d. l. etiam. & in. d. l. Quintus. Aymō Saui. consi. 61. nume. 7. Alexand. consi. 42. volumi. 5. Alciat. de præsumptionibus regula. 3. præsumption. 26. numer. 6. Quibus tamen obstat Areti. qui contrarium respondet consi. 31. post Albericum in. d. l. etiam. dicens, præsumi illa bona constāte matrimonio quæ sita fuisse, & ex mariti bonis. Nam cum bona reperiantur tempore dissolutionis matrimonij penes vxorem, præsumēdum est bona illa esse mariti, cui subdita fuit in coniugali consortio ipsa vxor: ex eo etiam quod fœminæ non ita honestè ac licitè patrimonium ex industria solent acquirere, sicut viri. Et præterea cum ad maritorum consortium accedunt, res quas secum deferunt, in libellum & repertorium redactas mariti tradunt. l. si ego. §. fin. ff. de iure dot. Ex quibus, quauis ces-

Caput Primum.

set ratio præsumptionis dictæ. l. Quintus. ad sunt tamen aliæ cōiecturæ, quibus opinio Areti. potius quam contraria placet. Nec sequitur: res matrimonio constante acquisitæ præsumuntur ex bonis esse mariti: ergo bona quæ vxor possidet, acquisita fuerunt ante matrimonium: id verò consequitur optime, igitur ante matrimoniū res habitas ab vxore ipsius esse, non mariti, censendum est. Atq; in his re-gnis, omnia bona quæ reperiuntur tē-pore, quo matrimonium soluitur, iudicantur eodem matrimonio constā-ste acquisita, & ob id cōmunia sunt. l. 203. styli Minimè tamen inficior Sa-ly. opinionē posse admitti ex aliquot coniecturis, quæ animum iudicantis inducerent ad credendum, vxorem bona illa quæ possidet, ante coniu-gium habuisse: quòd Alcia. post Are. animaduertit. In prælato tandem id apertissimi iuris erit, res acquisitas post dignitatē adēptā præsumi causa ecclesiæ habitas fuisse. tex. glos. & do-cto. in. c. 1. de pecu. cleri. id etiā in hoc capite omnino probatur. Ad id tandē disputatio tendit, an in dubio res præsumantur acquisitæ ante dignitatem, an post. qua in re Gofredus in summa tit. de succes. ab intest. scribit, episcopi hæredibus incumbere probationem ecclesia possidente: at è contrario pos-sidentibus ipsis hæredibus oportere ecclesiam probare, res illas acquisitas fuisse post dignitatem. idem Abb. hic & in cap. 3. de pecu. cleri. in fin. Barba. in cap. 1. col. fina. de pecu. cleri. tex. ele-gans in capit. 1. 12. q. 5. vbi hæc assertio.

8 Gofredi probari videtur. Obiter ta-men admonendus lector est illius ca-nonis inscriptionem de prauatā esse: si quidem is canō est apud diuum Gre-gorium in epistola ad Deodatum epi-scopum Mediolanensem libro episto-larum. 10. episto. 43. in lib. verò decre-torum Gregorio ad Lucidum episco-pum falso tribuitur: cōstat item ex ea-dem epistola, Luminosam, cui bona quædam Constantius episcopus reli-querat, fuisse filiam fratris eiusdē epi-scopi. Nam dum legitur apud Gratia-num, Luminosæ ancillæ Dei, & fratri-bus suis, apud Gregorium multo re-ctius legitur, Luminosæ ancillæ Dei fi-liæ fratris sui: siquidem de sola Lumi-nosa in eadem epistola tractatur. Itē ex epistola apparet, bona quæ episco-pus ille Luminosæ reliquit, immobi-lia fuisse, cum ex Gratiano mobilia es-se colligatur. Addit præterea diuus Gregorius, bona illa non esse auferen-da a legataria, nisi ecclesiæ actores probauerint, post ipsam dignitatem ab eodem episcopo acquisita fuisse: quibus verbis adhuc Gofredi senten-tia fortior redditur: quàm Abb. etiam sequitur in repe. cap. cum esses. ist. tit. num. 24. Salyce. in. d. authen. licentiā. glo. in capit. sint manifestæ. 12. q. 1. & in dicto cap. 1. 12. q. 5. Bertachi. de episco-po. 4. libr. 4. part. num. 6. Roma. con-sil. 159. fina. colū. Ecce qua ratione Go-fred. nitatur ad concordiam reducere canonem illum, & huius primi capi-tis verba, quæ eiusdē autoris sunt, diui-nempè Gregorij Papæ primi, libro. epistol. 7. epistol. 52. ad Athemium

Campanū subdiaconum de testamēto Importuni Attellanę ciuitatis Episcopi: cum tamen inscriptio vulgaris caput hoc dicit esse Gregorij Papę tertij ad Antonium subdiaconum. Neceadē omnino litera est vtrobiq; scriptū enim est in hoc capitulo: Hortamur igitur, vt sollicitē discutias, & quicquid ipsum habuisse patuerit, à qualibet persona detineri nullatenus patiaris, nisi hoc solum, quod eum ante episcopatus ordinem proprium habuisse constiterit. Apud Gregorium verò. Hortamur ergo experientiam tuam, vt sollicita inquisitione discutias: & quicquid ecclesię ipsius esse patuerit, à qualibet persona detineri nullatenus patiaris, nisi hoc solum, quod eum ante episcopatus ordinem proprium habuisse constiterit. Quod si hæc litera verè est ipsius Gregorij, minime in hoc textu probatur quarta hæc Docto. adnotatio. Cæterum Ioan. And. in. c. 3. de pecul. cleri. omnino contendit, in dubio bona ab Episcopo vel prælato dimissa ex præsumptione iuris canonici censerī post ipsam dignitatem adquisita fuisse, siue possideat ecclesia eadē bona, siue prælati heres, idem Anto. Cardi. & Ioan. ab Imola in. d. c. 3. vbi Abbas hanc esse communem sententiā profiteretur. quam puram sibi constans sequitur Barba. hic. nume. 2. Henri. in. c. fi. de pecul. cleri. Ancha. col. 2. Imola. col. 3. in. c. cum in officijs. ist. titu. Bald. & Alberi. post glo. in authen. licentiā. C. de episco. & cleri. Areti. consi. 31. col. pen. quam opinionem etiam fatetur

communem esse Corne. cōsi. 314. volu. 3. Soci. consi. 91. col. 3. volu. 3. & Alberi. in. d. authen. licentiā. vbi pro hac communi opinione est rex. insignis. & in authē. de eccle. tit. §. interdicim⁹. colla. 9. & in. c. sint manifesta. 12. q. 1. Eandem sententiam coadiuuat ratio illa: nam licet sit dubium, an Episcopus vel prælatus teneatur repertoriū, seu inuentarium rerum ecclesię facere quibusdam dicentibus eum ad hoc teneri, quia tutori similis est. glo. in. c. qualiter. in. 2. verbo, redde. de accusatio. & in. c. auditis. de in integ. resti. & in. c. nulli. de rebus ecclesi. & in. c. ea quæ. de offi. Archid. & in specie glo. in. c. manifesta. 12. q. 1. Paul. Castren. in l. orphanotrophos. C. de episco. & cleri. Bertachi. de Episcopo, libro. 4. par. 4. nume. 28. sentiunt Anchar. Imola, & alij Doctores in dicto. c. cum in officijs. Areti. in dicto consi. 31. col. pen. Alijs vero contrarium asserentibus, eo q; nullibi in iure cautum sit, prælatum teneri ad conficiendum inuentarium rerū ecclesię. ita Abb. eleganter in. q. 3. dubio. 4. Felin. in. c. cum deputati. colum. fin. de iudi. Barb. in dicto. c. cum in officijs. num. 10. Nec omnino procedit similitudo prælati, & tutoris, vt notat glo. in. c. fin. §. q. 3. Abb. in dicto. c. auditis. idem in. c. 2. de donat. nouiores, maximè Deci. in. c. reprehē sibilis. de appellatio. Anani. in dicto. c. qualiter. in princip. col. penul. Baldus in. l. fin. ff. de tuto. & curato. datis ab his. Felinus in di. c. cum deputati. Tamen Episcopus tenetur tempore, quo dignitatem illam consequitur, inuen-

Caput Primum.

tarium facere rerum, quasi ipse ex patrimonio, aliove titulo adquisiuit. text. in. c. de Syracusanæ. 28. dist. c. manifesta. & cap. sint manifestæ. 12. q. 1. quod Abbas in dicto dubio. 4. concedere videtur. Igitur si prædictum inventarium non fecerit Episcopus, præsumptio fraudis minime cessat: & ob id opinio Ioannis Andre. potius quàm Gofredi mihi placet. Non obstat text. in. c. 1. 12. q. 5. quem pro Gofredo Abbas & cæteri eius sequaces allegant: quia, vt constat ex epistola diui Gregorij, non tantum præsumptio possessionis pro ipsa legataria, sed & fama detulit ad Romanum Pótificem, illa bona, de quibus erat controuersia, ante Episcopatum quæsitâ fuisse: & hic est verus intellectus illius canonis.

Secundo, potest Gofredi opinio maxime procedere quando constaret tẽpore promotiõis ad episcopatum ipsum promotum bona aliqua habuisse: ita vt ex hoc, & ex possessione oriatur præsumptio quædam ad transferendum probandi onus in actorem, qui ecclesiæ non possidente, nomine ecclesiæ illa bona petit: secundum Ioãnem Andre. & alios, qui communiter sic intelligunt opinionem Gofredi.

10 Est deniq; maxima iuris canonici præsumptio pro ecclesiâ, vt bona relicta à prælato censeantur causa ecclesiæ, seu ex eius bonis adquisita. quod & Dinus notauit in reg. ratum. in fin. de regul. iur. Hac vero præsumptio alijs aduersis præsumptionibus eliditur. Nam si Episcopus, tempore quo ha-

buit dignitatẽ, habebat patrimoniũ, iudex arbitratitur attenda quantitate & qualitate patrimoni, & rerum ecclesiæ, an bona postmodum adquisita, sint ecclesiæ, aut episcopi hæredibus adiudicanda, vel inter ecclesiã & hæredes diuidenda. text. quem glo. ibi ita intellexit in. c. sacerdotes. 12. q. 4. dicit singu. Roma. singul. 267. Barba. in tract. de præst. Cardi. 1. par. quæstione. 3. num. 47. commendat Abba. in. c. 3. de pecul. cleric. & in repeti. c. cũ esset. ist. tit. num. 24. Item si Prælatus gessit negotia publica in aliquo magistratu, ex quo percipiebat aliquot redditus: his perpendis iudex arbitratitur, an bona per eum adquisita fuerint ex illis redditibus empta. arg. text. in. c. quia nos. & c. relatum. in. 2. ist. ti. quod prædicti Docto. fatentur, & explicat alias notantes cõiecturas Corne. cons. 314. volum. 3. Cardi. consili. 79. in fine. Soci. cons. 91. volum. 3. Nicol. Boeri. decisione. 20. Quibus illud addere non omittã, quod Andre. Alcia. scripsit. reg. 1. de præsump. 29. præsump. ad finem. dicẽs res emptas à fratre, vel consanguineo Episcopi, quem ipse prælatus procuratorem cõstituerat ad percipiendos redditus ecclesiasticos, non præsumi emptas fuisse ex redditibus ecclesiæ: ratio enim præsumptionis, quæ in ipso Episcopo cõsideratur, cessat in cõsanguineo episcopi, qui quidem consanguineus potuit ex proprio labore, industria, aut patrimonio res illas acquirere. Erit tamen à iudicẽ attentẽ ac discretẽ perpendẽdum, an ex hoc fraus fiat ecclesiæ.

Cæte

II Cæterum, dubium illud explicare oportet, an quæ sita per Episcopū post dignitatem, ex propria tamen industria sint eiusdem, ita vt liberè valeat de eis testari? & in presbyteris, qui curam habent animarum in aliqua ecclesia, aliāue obtinent beneficia ecclesiastica, expressim id est statutū, eisq; permissum est libere de ita acquisitis bonis testamētum facere, c. quia nos. c. relatum. in. 2. ist. titu. etiam si presbyter ea bona fuerit consecutus ratione ordinis sacri, nullo tamen prætextu beneficij, vel bonorum ecclesiæ: nempe pro celebrandis missarum solenni bus, aut ex stipendio alicuius prælati, alteriusue, cui presbyter vti capellanus seruit. Cinus & docto. in authen. licentiam. C. de episcop. & cleri. Hostien. Anto. Anchar. Cardina. & Imo. in dicto. c. quia nos. Abb. in. c. cum in officijs. col. 2. & ibi Barb. col. 4. ist. titu. Boeri. decisio. 20. Sylue. verb. clericus. 4. §. 8. Abb. in repe. c. cum esses. ist. titu. num. 29. Domi. in. c. præsent. de offic. ord. in. 6. Bolog. in consi. Ananix. 87. ex quibus constat, hanc opinionē esse communem: quòd Barb. fatetur in. d. c. quia nos. col. final. Corne. & Socin. paulo post citandi. In Episcopis verò Iaco. Butri. in. l. sacrosanctę. C. de episco. & cler. diuersum opinatur, dicēs, ipsos testari non posse de bonis post episcopatum, etiam ex propria industria personæ vtcunq; acquisitis. Cui suffragari videtur text. in. d. authenti. licentiam. dicens, Episcopo adquiri bona ei post episcopatum obuenientia à cognatis, cæteris bonis ipsi Ec-

clesiæ reseruatis. Præterea text. hic & in. c. 1. 12. q. 5. solum permittit episcopis testari de bonis, quæ habuerunt ante episcopalem dignitatem: acquisitis postea negant omnino iura Pontificia testandi licentiam, nisi bona illa iure sanguinis adquisierit. Eandem opinionem Iacobi defendit Barb. hic & latius idem in tracta. de peste. Cardina. part. 1. q. 3.

Sed si rationem prædictorū canonum cōsideremus, idem erit dicendū in episcopis, quòd in presbyteris ecclesiarū rectoribus: ea etenim quæ post dignitatem à prælatis adquiruntur, ex eo ecclesiæ à canonibus adiudicatur, quòd præsumatur ex bonis, ac redditibus ecclesiæ acquisita fuisse. tex. iuncta glo. in. c. 1. de pecul. cler. quam rationē iam superius notauimus: & probatur efficaciter in. c. fixum. 12. q. 5. Vnde textus in hoc. c. & in. d. auth. licentiam. ita intelligendi sunt, vt idem dicamus de rebus, quas constat episcopū ex industria propria nactum fuisse, quod de illis, quæ manifestè ei iure sanguinis obueniunt: atque ita idem prorsus in episcopo. quòd in cæteris presbyteris notat Abb. hic in fin. ex glos. vltima idem Abb. in. d. c. cum in officijs. Corne. cōsi. 314. col. 3. vol. 3. dicens cōmuniter reprobari opinionem Iacobi Butri. idem testatur eādē communem secutus Soci. consi. 91. 3. volum. & Sylue. verb. clericus. 4. q. 6. Ex qua opinione infert Soci. posse Cardinalem testari de illo stipendio, quòd à Romano pontifice datur ratione Cardinalitij galeri, cum id non detur respe-

De testa. E s etu

Caput Primum.

ctu alicuius ecclesiæ, sed personæ ipsius Cardinalis, qui ipsum Romanum Pontificem in regimine ecclesiæ, consilio, & industria coadiuuat. Hinc etiam ipse infero, Episcopos testari posse de his bonis, quæ acquirunt ex his, quæ ipsis offeruntur, & dantur ab his, qui sacris ordinibus initiantur & insigniuntur.

12
Glos. in verbo, Hortamur, dum exponit præcipimus, est prænotanda, quia licet verba exhortationis non inducant præceptum. c. quod præcipitur. 14. q. 1. aliàs in. c. fin. §. quod præcipitur. optimus text. in. c. 2. de spons. ex quo colligunt ibi Anto. Abb. Præp. & Feli. per hæc verba, moneas, & inducas, simpliciter in rescripto Principis apposita, non concedi potestatem cõpellendi ei, qui nullam ad compulsionem iurisdictionem habebat. c. ex literis an. 2. de spons. idẽ notat vltima glo. in. c. cum nostris. de concess. præb. Io. Andre. Anch. Domi. & Franc. in. c. si pauper. de præb. in. 6. & Ioan. de Imo. in. d. c. cum nostris. pe. col. asserit hanc opinionem mente tenendam esse, contrariam tamẽ magis communem cũ Archi. in. d. c. si pauper. quod ipse non habeo expeditum. Nam & Cardin. in. cle. 1. q. 11. de offi. delega. primam sententiam sequitur. Verum si verba exhortationis sint adiecta rei aut dispositioni, quæ ex propria natura necessitatem obtemperandi præse fert, pro præceptis assumuntur. ita glos. hic cui simil. in. cle. 1. de testib. vbi Cardin. & Imol. alia in. c. ad aures. de æta. & quali. Feli. colum. 6. Deci. nume. 13. in. c. 1.

idem Felin. in. c. nam & concupiscentiam. colum. 1. de constit.

13
Glos. in verbo, patiaris, probat ecclesiam prælati hæredẽ omnino debere approbare pro ea parte, qua sit hæres alienationẽ rei ecclesiasticæ factã ab ipso prælato absq; iuris solennitate, vel eo casu, quo alienari res illa nõ poterat, nisi inuentariũ fecerit: tũc etenim ecclesia alienationẽ ratam habebit ex ea quantitate, quã ab hæreditate accepit. similis gloss. in. c. episcopus qui filios. 12. q. 2. quas communiter docto. hic approbant. Bart. in. l. cum vir. 2. col. ff. de vsucap. Alex. consi. 30. col. 2. volum. 6. l. 1. ff. de except. rei vend. l. venditrici. C. de reb. alie. non alie. l. cũ à matre. C. de rei vendi. l. si in cõputatione. C. de iure deli. quibus adde Parisi. cõsi. 63. lib. 1. Et idem erit in filio hærede, qui etiam confecto inuentario tenetur stare alienationi rei proprię per patrem factæ, eo casu, quo pater alienare nõ potuit, facta ad hoc, si necesse id fuerit, compensatione legitimæ cum ipsa re alienata. glo. & ibi docto. in. d. l. cum à matre. Abb. Imol. & docto. hic. Regia. l. 24. titu. 13. part. 5. & est communis opinio, teste Ia. in dicto. §. in computatione. aduersus gloss. ibi. eandem etiam sententiã cõmunem defendit Rodericus Suarez in repe. l. quoniam in prioribus. C. de inoffi. testa. 7. extensione. colum. 8.

14
Eadem glo. verbo, patiaris, fatetur ecclesiam alicuius hæredẽ, non confidentem inuentarium teneri vltra vires hæreditarias ad debita & onera defuncti: sicuti quilibet extraneus teneretur

neretur inuentario non confecto. ex l. fi. C. de iure delib. in quo glo. ista singu. est secundum Abb. & eam sequitur Imo. Anto. & Barb. hic. idē Imol. in. c. 1. de solutio. Salyc. in auth. sed cū testator. C. ad legem Falci. las. dicens hanc opinionem esse communem in l. fi. §. fin. C. de iure delib. restituitur tamen ecclesia ad conficiendum hoc inuentarium aduersus lapsum temporis secundum eos. Et probatur hæc conclusio in auth. de hære. & Falci. §. pupillis. vbi statuitur, pupillum teneri ultra vires hæreditarias, si non confecerit inuentarium, nec petierit restitutionem ad id conficiendum: ergo eodem iure ecclesia tenebitur. notat Roma. in rub. ff. de adqui. hære. Contrarium tamen, imò ecclesiam ultra vires hæreditarias non teneri, etiam si inuentarium non confecerit, asserunt Cardi. & Abb. hic. & in. d. c. 1. Bart. in l. 1. nu. 46. C. de sacrosanct. eccle. Bald. in l. fin. in prin. C. de iure delib. colū. 1. Abb. in repe. c. ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. nu. 18. Ange. in auth. de aliena. & emphy. §. si vero quilibet. idem Angelus in. d. l. fi. §. si vero postquam. Anani. in. c. in literis. colū. 6. de rapto. Feli. dicens hanc opinionem communem esse in. c. de quarta. de præscript. col. 3. idem profitetur Aretin. in rubri. ff. de adqui. hære. col. pen. pro quibus adduci solet tex. in. l. 1. §. an bona. ff. de iure fisci. vbi fiscus hoc priuilegiū habet: ergo & ecclesia. arg. g. in. c. 1. de integr. resti. Item suaderetur hoc ea ratione, q̄ præsumptio subtrahendi res hæreditarias, ex qua statuitur obliga-

tio hæredis non facientis inuentarium ultra vires hæreditarias ad legata, & onera defuncti. tex. in authen. de hæred. & falci. §. sancimus. cessat in ecclesia: igitur ipsa obligatio cessabit.

His verò respōdetur, & primo tex. in. d. §. an bona. non habere locū quando bona deueniunt ad fiscum iure hæditario: sed iure deuolutionis, quia vacantia sunt, vel alio simili titulo, vt explicat Bart. in dict. rub. ff. de adqui. hære. illi autem, qui non sunt veri hæredes, sed vniuersali alio titulo succedunt, non tenentur conficere inuentarium. Inno. in. c. in præsentia. de probat. Francisc. Porcellinus in tracta. de inuentario. c. 4. ad finem. Secundo respondeo, argumentum illud à ratione cessante minimè cōvincere. Nam & in pupillo cessat illa ratio, & tamen in eo locum habet iuris præfati dispositio. Clerici etiam eadem lege censentur, quanuis alieni sint à fraudis suspicionē. vt in eadem constitutione de hæredi. & Falci. expressum est. Nec ratio vltima & principalis dictæ decisionis in præsumptione fraudis consistit. dictione etenim, forte, qua Iustinianus ibi vtitur, causam impulsuam legis, non principalem inducit. tex. & ibi glo. Imol. & alij in cle. 1. de appella. gloss. in. l. commodati. §. sicut. ff. commod. Alexan. in. l. in ratione. §. quod valgo. ff. ad. l. Falci. num. 13. Feli. in. c. 2. col. fi. vt lit. non contest. Deci. in. c. super literis. colū. 8. de rescript. quibus diligenter inspectis quæstio ista dubia censetur. Nisi dixerimus primam opinionem quā glof. hic asseruit, quoad cre.

Caput Primum.

creditores hæreditarios procedere, cum quibus hæres, qui sine repertorij auxilio adit hæreditatem, quasi contrahit. l. apud Iulianum. §. si. ff. ad Trebelli. & ideo adhuc cessante qualibet fraudis suspitione tenetur eis satisfacere, vt defunctus tenebatur, etiã ultra vires hæreditarias. Secunda verò opinio poterit admitti quoad legatarios quibus hæres non conficiens inuentarium integra legata soluit etiam iure canonico. c. Rainaldus. ad finem ist. titul. ex præsumptione fraudis, & suspitionis, quæ in ecclesia, & eius ministris cessat: atq; ita dubium istud dissolunt Alexand. & Corne. in dicta. l. §. fin. & Areti. in dict. rub. ff. de acquir. hæred. quibus accedit Bal. in. l. filium. C. fami. Hercif. col. pen. dicens, hæredem non conficientem inuentarium non teneri ad soluendum legatarijs integra legata, si ex legatariorum confessione constiterit patrimonium hæreditarium sufficiens non esse ad integram solutionem. idem Alexand. & Areti. 2. colū. in dicta rubric. ff. de acquir. hæredit. & Ias. in. l. i. §. is qui quadringenta. ff. ad. l. Falcidi. & quanuis Socin. ibi dubitet, Baldum sequuntur Alexan. & Ias. in. l. §. i. C. de iure deliber. Felin. in. c. quoniam. de proba. num. 30. & Catelli. Cotta. in vlti. Memor. dictione: inuentarium. vbi plures citat de hac decisione dubitantes. qua in re miror Gualdens. de arte test. titul. de acquir. hæred. caut. 8. hanc sententiam Bald. etiam in creditoribus intellexisse, quod à sensu Bal. valde alienum est. Ex his etiam quæstio

illa diffiniri poterit, an hæres non confecto inuentario in animæ & cōscientiæ iudicio sit obligatus ad soluenda onera defuncti ultra vires hæreditarias. Nam Bart. in dict. rubri. ff. de acquir. hære. & alij, quos ibi referunt Alexand. & Ias. Bald. in dict. l. filium quem habentem. colu. pe. idem Bart. in. l. i. num. 45. C. de sacros. ecclesi. Ioã. Andr. & doct. in. c. quanquã. de vsur. in. 6. Felin. in. c. i. de const. num. 44. tenent, in foro conscientiæ hæredem non confecto inuentario, minimè esse obligatum ad onera hæreditaria, vltra vires patrimonij à defuncto relictæ: quasi in eo foro præsumptio fraudis cesset: quam opinionem communem esse fatetur Ias. in dicta rubric. & Carol. Ruinus consi. 20. libr. 4. Rursus Frederic. Senensis in consi. 21. & Paul. à Castro in eadem rubr. diuersum opinantur. ac nullum esse inter conscientiæ forum, & iudiciale discrimen existimant. Lex etenim humana, quæ iusta est, etiam in foro animæ est seruanda. glo. recepta communiter in. c. quæ in ecclesiarum. de const. Thom. 2. 2. q. 96. arti. 4. Ea verò lex ciuilis, quæ non confecto inuentario cogit hæredem hæreditaria onera subire, iusta est, nec in præsumptione consistit, vt modo diximus: ergo in iudicio interiori seruabitur. Verum, isthæc ratio quoad creditores admittenda est, ita vt in eis locus sit opinioni Frederi. Sed quoad legatarios communis sententia sibi locū vendicabit. quod visum est Areti. in. d. rub. ff. de acquir. hære. His proximum est, quod notant Paul. Areti.

& Alc-

& Alexand. in l. nemo potest. ff. de leg. 1. Bald. in l. si. §. cum igitur. colum. pen. C. de iure delibe. Ias. in d. l. nemo potest. l. lect. num. 55. & ibi Crott. col. 19. Deci. cōsi. 418. col. 3. Aymon consil. 174. Ferdinā. Loazes Ilerdensis præsul in l. filius familias. §. diui. ff. de legat. 1. nu. 71. Guido Pap. cōsi. 63. colū. penul. vnanimi consensu dicētes, testatorem non posse remittere hæredicōfectio- nem inuentarij in præiudicium credi- torum, quibus ipse testator præcise sa- tisfacere tenetur, nec potest eis præiu- diciū inferre. Poterit tamen testa- tor prædictam remissionem facere in præiudicium legatariorum: quod ex- pressim notant Paul. Aretin. Alexan. Deci. Aymō, paulo ante citati, & Bal- in l. cum talē §. Titius. ff. de condi. & demonst. quorum opinio communis est, sicuti Alexan. asserit in d. l. nemo potest. col. 5. & Aymon. d. consil. 174. col. fi. Tametsi Bal. in l. si. C. arb. tuto. cōtrarium teneat, cui assentiūtur Ias. in d. l. nemo. l. lect. in fin. Crot. ibi. 19. col. & Guido Pap. dicto consil. 63. colū. penul. Quin & Aymon in dict. consil. 174. respondit, testatorem posse hære- dem grauari, vt etiam confecto inue- ntario eius beneficio non utatur, ac te- neatur creditoribus, & legatarijs sa- tisfacere, perinde ac si inuentarium non fecisset, quod notandum esse exi- stimo. His verò alia proximè aptati quæstio poterit. Nam iure satis com- pertum est, iuramentum in litem de- ferri aduersus tutorem, qui inuenta- rium conficere omiserit. l. tutor qui re- portorium. ff. de administ. tuto. tradit

Ias. in l. in actionibus. ff. de in lit. iur. & in l. si quando. C. vnde vi. Est etenim dubium, an idem sit dicendum con- tra eum, qui se hæredem esse alicuius existimās, eius hæreditatem obtinuit, vel ea ratione vt deliberare possit, de hæreditate ad eunda bona accepit: qui quidem hæreditatem omittēs, aliaue de causa à veris hæredibus cōuenitur, controuertitur, sit ne locus iuramēto in litem aduersus eū, qui repertorium facere omiserit? & Raphael Fulg. in l. vltima. §. sed si post deliberationem. C. de iure delibe. scribit, locum esse delationi iuramenti in litem aduersus eū qui hæreditatem alicuius defun- cti, eiusq; bona accepit, atque occu- pauit: nec tamen inuentarium confe- cerit: etenim si postea cōtra eū actum sit petitione hæreditatis, & obtētum, cogendus erit reddere rationem bo- norum per inuentarij seriem, aut con- tra ipsum in litem iurabitur, sicuti ad- uersus tutorem, qui repertorium face- re omiserit. Sic enim Iustinianus scri- bit. Si quis autem temerario propo- sito deliberationem quidem petierit, inuentarium autem minimè conscri- pserit, & vel adierit hæreditatem, vel minimè eam repudiauerit: nō solum creditoribus in solidum teneatur, sed etiā legis Ealcidia beneficio minimè utatur: quod si post deliberationem recusauerit, inuentario minimè con- scripto, tunc res hæreditarias credito- ribus, vel his, qui ad hæreditatem vo- cāntur, legibus reddere compelletur, quantitate earum sacramento res ac- cipientium manifestanda, cum taxa- tione

Caput Primum.

tionem tamen à iudice faciendam. Hactenus codicis text. à quo Fulgo. prædictam opinionem deducit. Accursius tamen verbo, sacramento, eam decisionem visus est intelligere, non de iuramento in litem circa rerum quantitatem: sed de iuramento in litem quoad æstimationem rerum, quas habuisse reus ipse ab hæreditate constitit. In litem, inquit si non restituat omnes res, quas constat eum habuisse. & licet Corne. exponat Accursij verbum constat, id est per iuramentum in litem, ea expositio admodum est violenta, & sensui glo. ac doctor. omnino contraria. Nam verè constitutio ipsa Iustiniiani, & gloss. de iuramento in litem loquuntur. text. quidem quoad rerum quantitatem, glo. quoad earum æstimationem. quæ admodum distincta videntur. Nos verò existimamus, iuramentum in litem quoad rerum hæreditarum quantitatem non confecto inventario, deferri actori aduersus eum, qui bona defuncti, & hæreditatem eius accepit, in ea specie tantum, cuius mentio fit. in d. §. si quis autem. id etenim negari non potest: quãdo quidem ea constitutio satis expressa est absq; vlla interpretum calumnia: idemq; asseuerant inibi dicentes id speciale esse in eo casu Petrus à Bella peritica, Cimus, Alexã. & Corne. quorum sententiam quicquid gloss. dixerit, ita esse accipiendum censeo, vt in specie. d. §. non confecto inventario iuramentum deferatur in litem, taxatione iudicis præmissa super quantitate bonorum ipsius hæreditatis, non super æsti-

matione. Hoc autem idcirco statutum fuisse opinamur ob temeritatem illius, qui absq; bonorum & rerum repertorio hæreditatem nondum certus de eius acceptatione receperit, eiusq; res occupauerit. Item, eo quod maxima sit doli præsumptio aduersus eum, qui repudiat hæreditatem, quã semel obtinuit, & accepit, cum termino & facultate deliberandi: forsan enim ex ea plura surripuit. Atq; ideo æquissimum est, quod ratione bonorum hæreditariorum ex repertorio reddat. Nec eadem constitutio in vniuersum accipienda est, nec extendenda ad quæcumq; bona defuncti, vel hæreditatem alterius obtinentem: siquidem quod de tutore Fulgo. adducit, maximè verum est, propter conseruandum pupilli & minoris patrimonium, quod nullum aliud præter tutorem defensorè habet, in quo maior est præsumptio doli. vnde Fulgo. opinio admittenda non est extra casum dict. §. si quis autem. vel forsan erit eidem locus aduersus eum, qui mala fide vera hæreditatem alienam, nec ad eum pertinentem iniquissimè occupauerit.

Glossa penultima duplici intellectu text. interpretatur, quorum prior minimè cõuenit literæ, quia exprimit hunc Episcopum potuisse iure optimo testari de rebus proprijs: igitur non erat monachus, nec renũciauerat proprijs bonis religionem professus, quia tunc testari non posset. Posterior autem intellectus applaudet ex his, quæ iam satis latè tradidimus. Nam Episcopus testari non poterat de adquisitis post ipsam

iam dignitatem, ipsius ecclesiæ causa, & ex eius bonis: quod in dubio præsumitur. Potest tamen de his bonis, quæ vel ante dignitatem Episcopalem habuit, vel post dignitatem adquisiuit, quæ tamen probantur ex personæ industria, vel aliàs quam ex redditibus ecclesiæ adquisita fuisse, saltem sufficientibus coniecturis, quæ possessorem hæredem, aut legatarium defendant. Ex prioritate intellectus huius gl. colligitur, monachum promotum ad Episcopatum adquirere ecclesiæ, cuius curam gerit, etiam si ex industria personæ aliqua bona adsequatur, cuius assertionis difficultas tria exposcit. Primum, an monachus factus Episcopus sit immunis ab oneribus religionis.

Secundum, an bona per eum quæ sita post obtentam dignitatem ex industria, adquirantur monasterio, an ecclesiæ?

Tertiū, cui monasterio sint adiudicanda bona illius monachi, qui facta professione, ad aliā religionem transierit.

18 Quo ad primum communiter traditur, monachum factum Episcopū, nec à delatione habitus, nec à tribus votis substantialibus liberū esse: quod probatur in cap. clerici officia. de vita & honesta. cleri. vbi statuitur, monachum factum Episcopum debere monachi habitum deferre. gl. in. c. noua. 16. q. 7. & in cap. de monachis. in. 1. 16. q. 1. adeò vt talis monachus habitum religionis dimittens, & exteriorē Episcopalem tunicam assumens sit ex cōmunicatus. quod Syluest. sentit ver

bo, religio. 7. q. 11. argu. text. in cap. 2. ne cleri. vel monach. in. 6. notat in hac specie Ias. in authentic. ingressi. C. de sacrosan. eccles. col. 2. quod apud me dubium est: non enim est aliquo canone ex cōmunicatio indicta monacho, qui prætextu episcopalis dignitatis, nō dimisso habitu monachorum, assumit albam illam & candidam vestem, quæ ab episcopis exterius deferretur, tametsi male faciat monachus episcopusea vtens. Ab his verò, quæ substantialia vota sunt, non est exemptus monachus per dignitatem Episcopalem, licet à prohibitione carniū, à iurisdictione Abbatis, ab alijsque ipsius religionis statutis sit liber. gloss. in dict. c. de monachis. & in. c. 1. 18. q. 1. Iaso. in dicta authentic. ingressi. 2. col. Cardi. in clemen. 2. in princip. q. 2. de censibus. id autem, quod dicitur in dict. c. 1. exemptum esse monachum episcopū à iurisdictione Abbatis, non est ex eo, quod sit exemptus à voto obedientiæ, quia adhuc illi subiectus est, sed quia Abbatem nō habet, cui obediat, dicimus eum à iurisdictione prælati regularis liberum esse. ex diuo Tho. 2. 2. q. 185. arti. 8. ibi tamen idem Tho. asserit aduersus præmissam solutionem, monachum factum Episcopum subditum esse omnibus religionis regulis, & statutis, quæ officium Episcopale minimè impediunt, à reliquis vero eximi, quanuis ex causa possit Episcopus monachus sibi indulgere, sicut prælati religionum. atque ex hoc notat ibi Caie. à ieiunijs, à prohibitione esus carniū, nō esse nonachum factum

Caput Primum.

factum Episcopum omnino exemptum. Et infert eum peccare mortaliter, si in sexta Feria, qua dies natalitius Dñi nostri Iesu Christi ab ecclesia colitur, carnes comederit. c. explicari. de obser. ieiunio. eadem sententiã Thomæ probat Syluest. verbo. religio. 6. q. 10. Idem verò Caietan. in opere. 27. q. c. 22. à communi sententia parum distcedens, aliter opinionem diui Thomæ intellexit, dicēs, monachum per Episcopalem dignitatem non eximi à tribus votis substantialibus: à regulis autem, & statutis quoad obligationem legalem, & eius coactionem immunem esse: non tamen quoad morale vinculum ipsorum statutorū: quasi monachus Episcopus teneatur ex morali vinculo seruare statuta religionis, & regulas ipsius ordinis monachorū: à pœnis verò ipsorum statutorum, ac subinde à mortali peccato liber sit: cū coactioni legali non sit subiectus: q̄ ipse Caieta. latius tradit dicens, monachum Episcopum non peccare mortaliter, si sexta Feria, qua natiuitas Dñi celebratur, carnes comederit. idē probat Dñi. Soto lib. 10. de iusti. & iur. q. 5. art. 7. & hoc verius esse existimo, attēta frequentiori nostratum sententia. His ergo constat, monachum Episcopum testari non posse, cum id repugnet paupertatis voto, à quo non est liber secundum cōmunem hic. Bald. Paul. & alios in auth. licentiam. C. de episco. & cleri. & Tho. in. d. ar. 8. Ia. in dict. authen. ingressi. 2. colum.

19 Ad secundū præmitto eum, qui se, & sua bona obtulerit ecclesiæ secula-

ri, res illas, quas obtulit, secum ad aliã ecclesiam transferre posse, in quam se ipsum licite confert. tex. vbi Antoni. Abb. & Imol. in. c. 3. de renunt. Cardi. Abb. Imol. & doct. in. c. quod à te. de cleri. coniug. Is autem, qui à monasterio ad Episcopatum transit, bona ante transitum ad quædam monasterio vere adquisiuit: illa autē, quæ postea habuerit, etiã ex industria personæ Episcopali ecclesiæ acquirit. c. statutum. 18. q. 1. Io. Andr. Abb. & docto. hic cōmuniter. quod ex sequenti disputatione apertius explicabitur. Maior verò est dubitatio, quando monachus transit à primo monasterio ad alterum diuersæ religionis in casu à iure vel à Romano Pontifice permisso, & tunc bona tacitè primo monasterio adquisita, transmitti ad secundum cum persona, asserunt Archi. in. c. 1. 17. q. 4. Collecta. in. c. 3. de renūtia. Hosti. Io. And. Anto. Henri. Card. & Abb. in dict. c. quod à te. à quibus adducitur text. in c. si quis rapuerit. 27. q. 1. & in authent. de sanctiss. episco. §. fin. colla. 9. quæ tamen iura locum habent, quando secundum monasterium compellitur recipere monachum, vt ipse pœnitentiã agat alicuius criminis per eum commissi: & præterea, in eo casu bona quoad vsum fructum cū persona trāsmittuntur, non quoad dominium, sed ad vitam ipsius monachi. ex Imol. in. d. c. quod à te. & Hostien. in summa de cleri. coniuga. §. fi. Nos vero loquimur quando ex licentia iuris vel principis libentissimè à secundo monasterio monachus recipitur, quod distin-

ctum

Etū est. Itē, adducitur pro Archi. sentētia tex. in. d. c. statutū. 18. q. 1. quē Abb. inducit ex eo, quod spes succedēdi parentibus monacho competens tēpore, quo primū monasterium fuerit ingressus, transit cum monacho ad secundum monasterium: & tamen illa spes succedēdi quæ sita fuit primo monasterio. Cui inductioni responderi potest si aduertamus, spē succedendi ante mortem non esse verē adquisitā, ita, vt illa hæreditas, quā expectamus: inter bona iam quæ sita connumerari valeat. Nam in dicto cap. statutum. pater monachi non obiit mortem tēpore, quo monachus prioris monasterij religionem profitebatur, sed postea eodem monacho ad monasteriū secundum translato, atq; ita animaduertit Corne. cōsi. 88. vol. 2. sensu glo. in dicto. c. statutum. dicēs, illam spem succedendi primo monasterio quæ sita deficere, ex eo quod persona monachi ab illo monasterio discedit ante veram adquisitionē. Ex quo infertur verum esse, quod Paul. & Cardi. q. 16. in d. c. m. fi. de elect. & ibi Imol. colū. 2. & Bonifa. numero. 38. respondent dicētes, legatum factum monacho sub cōditione, adquiri illi monasterio, in quo monachus vitam agit, tempore euenientis conditionis, & non alteri, in quo tempore facti legati commorabatur. Idem Fel. in. c. in præsentia. de probat. num. 56. & Collecta. in. c. cum in officijs. ist. titu. quanuis sit secus in promissione facta sub conditione: in qua attenditur quoad transmissionē tempus contractus. Nam in vltimis

voluntatibus spes non transmittitur ad hæredes. l. cum hæredes. ff. quando dies lega. cedat. In contractibus vero bene transmittitur. l. si filius familias. ff. de verbo. obligat. Vnde si eo tempore, quo monachus est in primo monasterio, ei ex alterius morte defertur hæreditas, ipsi monasterio fit adquisitio, nec transit hæreditas ad secundum cū monacho ipso, ita vt si sit parentum hæreditas, transmittatur in monasterium primū, etiam mortuo monacho hæreditate non adita, ac poterit aditio fieri à monasterio. Cin. in. l. Deo nobis. C. de epif. & cler. Bal. consil. 494. vol. 5. Guilliel. Bene. in ca. Rainuntius. de testam. verb. mortuo. in. 2. num. 150. Imo idem erit dicendū in alia quacunq; hæreditate monacho delata, vt monacho mortuo ius ad eū di in monasteriū transmittat, & monasterio adquirat sine aditione monachi. Ioan. And. Anto. Abb. & Doct. cōmuniter in. d. c. in præsentia, & hæc est opinio cōmunis apud iuris Pōtificij professores, vt testantur Soci. contra 83. lib. 2. col. 1. Corne. consil. 272. lib. 3. idem Corne. d. consil. 88. 2. col. & Alexan. dicēs fortè eam veriore esse in l. 1. nume. 26. ff. de vulga. & inibi Ripa nume. 150. vbi Bart. nume. 24. contrarium probat, & Soci. ibi. & idem Soci. consil. 52. vol. 4. dicens Bart. sententiam à iuris Cæsarei interpretibus frequentiori calculo receptā esse. Tutior tamen est opinio præcedēs, teste Guilliel. Benedict. in capit. Rainuntius. titu. de vulgari. numero. 91. & eam sequitur Bald. consilio. 494. volumi. 5.

Caput Primum.

Nec poterit monachus ad aliud monasterium translatus adire hereditatem, in præiudicium primi monasterij, cui delata fuerat.

Quod si velis effugere Bart. opinionem, poterit monasterium primū petere restitutionem in integrum aduersus omisam aditionem hereditatis, cum monachus ad secundum monasterium transiens esset cogendus hereditatem illam adire, quod Corne. consuluit dicto consi. 88. Tametsi per hoc non sit cautum illi damno, quod immineret monasterio attenda Bart. opinione, si monachus iam mortuus esset non adita hereditare: quo fit, vt Canonistarum opinio sit potius ad mittenda, quicquid dixerit Soci. consil. 51. col. fin. vol. 4.

Hactenus verò id legimus, vt opinio Abb. & aliorum in d. c. statutum minimè probetur. Est deniq; in hac ipsa questione alia & secunda opinio quæ asserit, bona acquisita à monacho ipsi monasterio ex eius professione, ita religioni & monasterio illi adquiri, vt eorū proprietates ad aliud monasterium quo se monachus transferat, nequaquam pertineat, nisi quatenus ad ipsius monachi alimenta sint necessaria. Hostien. in summa titu. de cleri. cohiug. §. fin. Imol. in d. c. quod à te. col. 4. optimus tex. in auth. de monachis: §. si vero relinquens. collat. 2. & in d. c. statutum. gloss. in c. si quis rapuerit. 27. q. 1. & in c. de lapsis. 16. q. 6. Specula. titu. de statu mona. §. in versio. Sexto. Calderi. consi. 23. titu. de regu. Antoni. consi. 75. Corne. consi. 88. vo-

lum. 2. Paul. Castrensi. in. l. 1. §. si quis. in. 2. ff. de positi. idem in. l. inter anti- quos. C. de vsufu. vbi Bald. & Saly. idem notant, & Petrus à Perusio in. d. c. quod à te. Syluest. verbo, religio. 4. §. 10. Florenti. 3. part. titu. 16. cap. 4. §. 3. Soci. dicens hanc opinionem commu- nem dicto consil. 52. volu. 2. cui opinio ni consentire videtur Constanti. Har meno. lib. 5. titu. 4. in fine.

Hic tenim omnes vnanimi iudicio negant quoad proprietatē, bona quæ monachus tēpore professionis primæ habebat ad secundū monasterium per- tinere. Nam illa bona, quæ monachus adquisiuit, dum in primo monasterio habitauit, non transire ad secundum, fatentur doct. qui primam sententiam defendunt, maximè Abb. & Cardi. & probatur idem in dict. cap. statutum. Apud Gallos consuetudine, & præxi obseruantissima, sublata & antiqua- ta sunt decisiones tex. in auth. ingres- si. C. de sacro san. eccle. & in l. Deo no- bis. C. de episcopis & clericis. Nam bona ingredientis religionem, nisi ex pacto monasterijs referuentur, ad cō- sanguineos proximiores pertinet: nec monasteriū ex persona monachi suc- cedit patri, nec matri, nec consangu- neis intestatis: quemadmodum testa- tur Rebuffus in proemio Regiarum constitutionum. gloss. 5. num. 21. qui & alios autores citat.

E X C A P I T U M
secundo.

1 An possit assumi in prelatum monasterij is, qui eius- dem religionem professus non fuerit.

- 2 Beneficium regulare an sit conferendum clericis secularibus.
- 3 Beneficia secularia an possint conferri religiosis.
- 4 Quis fuerit huius canonis autor.
- 5 Testamentum factum ante professionem, an secuta professione rumpatur.
- 6 Testamento minime rupto per professionem an statim profitentis bona possint ab herede petri.
- 7 Filij an possint viuentis patre, qui religionem fuerit professus, legitimam portionem petere.
- 8 Usufructus, quem pater habet in bonis aduentitij filij, an reuertatur ad proprietatem patre religionem proficiente.
- 9 Testamentum factum ante professionem, non potest post eam reuocari.
- 10 Papa potest monachis licentiam testandi concedere.
- 11 Papa an possit votū solenne continentie propria dispensatione remittere.
- 12 An obligatio voti sit ex lege diuina.

CAPVT SECVNDVM.



PRINCIPALITER

ex hocca, in summa deducitur, Abbatissam nō posse testamentū facere, etiā vt de patrimonio disponat, licet habitum monasticum non acceperit. Cui conclusioni obstant duo. Primum, quod in prelatus monasterij non potest assumi is, qui eadem religionem expresse professus non sit. *tex. in cap. nullus. de electione in. 6.* Secundum, quod ingressus monasterium potest liberè testari, interim dum non proficitur. *authen. ingressi. authen. si qua mulier. C. de sacros. eccles. & notatur in l. generali. C. cod. tit. & in. c. beneficium. de regula. in. 6.*

His verò obiectionibus quidam respondent, hanc sceminā ex eo quod cōsensit seipsam in Abbatissam eligi, professionē tacitè fecisse. *c. vidua. de*

regula. quia se immiscuit actui professionem exigenti, & qui solis professis cōueniebat, quod etiā probatur in. *c. 1. de regu. in. 6. in princ. quo cautū est, in monasterio vbi habit' professorū, & nouitiorum sunt indistincti, professionem factam ceteri ab eo, qui per annum integrum habitum illius religionis gesserit, neq; impedit hanc professionem distinctio latens ipsius habitus. *tex. in. cle. fi. de regulari. sufficit tamen distinctio latens ad inducendā professionem, quæ tacitè facta censetur ab eo qui scienter professorum habitum per triduum gesserit in ea religione, quam ante annum probationis profiteri quis potest. c. constitutionem. ad finem. de regul. in. 6. neq; requiritur ad hanc professionem inducendam distinctio patens in ipsis vestibus monachorum: nempe in scissura, colore, vel forma, & licet hunc articulum confuse tractet Sylue. verbo. religio. 3. §. 19. glo. communiter recepta in d. clem. fi. verbo, deinceps, hoc ipsum probat, & latius explicat.**

Hæc tamen solutio non procedit, quia professio tacita non sufficit, sed expressa requiritur, vt quis eligi possit in Abbatē alicuius monasterij. *tex. in dicto. c. nullus. & idem quoad Abbatissam. *tex. in. c. in demeritibus. de elect. in. 6.* Et ideo Ioan. Andre. Abb. & Doct. hic magis communiter *tex. in. d. c. nullus intelligūt in electione. Hūc autē *tex. in prouisione, collatione, aut postulatiōe. Nā is, qui expresse professus non est religionē, eligi nō potest in Abbatem, postulari tamen***

Caput Secundum.

potest, aut per collationem, seu prouisionem ad hanc dignitatem assumi. idē notat Selua. in tracta. de beneficio. 3. part. q. 51. Opportet ergo fateri, in hac decretali hanc dignitatem nō esse ex his, quæ solent per electionem dari: nam tunc solus Romanus Pontifex possit eam concedere alicui in electorum præiudicium. Potest etiam dici non incongruē, tempore huius capituli potuisse in Abbatem eligi presbyterum secularem, aut diaconum, vel subdiaconum, licet electionis tempore professio minimē contigerit. ex Gregor. Epistola. 11. libr. 3. Episto. cuius meminit Gratia. in capit. presbyteros. 16. q. 1. tamen si postea statutum fuerit cōtrarium in cap. nullus. & cap. indemnitatibus. de elect. in. 6. & in cap. cum ad nostram. c. officij. eodem titu. supra. & in cle. 1. de elect. Vnde beneficia regularia secularibus clericis non sunt conferenda. tex. in cle. ne in agro. §. sanē. in. 2. de statu mona. Aegi. à Belame. decisio. 76. optimus text. in cap. cum de beneficio. de præbē. in. 6. probans, rescriptum Romani Pontificis clerico seculari concessum, vt Prioris dignitatem obtineat, esse intelligendum de prioris dignitate, quæ secularis sit, nō de regulari. Solet tamē beneficium regulare seculari clerico concedi à Romano Pōtifice in cōmendā ad certum tempus, intra quod religionem profiteatur, & secuta professione illud habeat in titulum: sicuti testatur Ioan. Staphil. de lite. grat. & iust. fol. 21. colum. 1. Ludou. Gomez in regu. de infirmis relig. quæstio. 13. nu. 7.

idem in tractat. de expectat. num. 73. Sic e conuerso beneficia secularia nō sunt concedenda religiosis. dicto cap. cum de beneficio. cap. 2. de stat. mo. c. in noua actione. 16. quæstio. 7. c. monachus. & c. placuit. 16. quæst. 1. quod procedit in beneficijs simplicibus, nā ad episcopatū religiosus eligi potest cap. 1. 18. quæst. 1. c. si Abbatem. capit. si religiosus. c. quorundam. de electi. in 6. cle. 1. de elect. in fine. in quo omnes conueniunt. Item, ad ecclesiam parociale assumi potest religiosus, modo id fiat suadente vtilitate, nec passim nec temere, & ex licetia prælati ipsius monachi. tex. quem ita intelligunt gl. & doct. in. c. quod de timorē. de stat. mona. c. parocia. vbi gl. 16. q. 1. & esse hanc communem opinionē asserunt Abb. in. d. c. quod De timorē. colū. 2. & Selua. 3. par. de benefi. q. 70. Verum decisio Rotæ in nouis. 483. cōtrariam sententiam probat, dicens, non posse beneficiū seculare cōferri monacho, aut religioso absq; dispensatione Romani pontificis, vel episcopi, cui monachus ille subditus est. idē notat Alexan. cōf. 70. ad finem. vol. 3. imō nec solet frequenter id concedi, vt scribunt Io. Staph. de lite. gra. & iust. fol. 20. col. 2. & Ludo. Gomez in tract. de expectat. num. 7. tamen si idem Staphi. primam & communem sententiam sequatur in eodem libr. folio. 76. colum. 1. & 2. His accedit textus in cap. beneficium. de regulari. in. 6.

Secūda autē obiectio ex eo cessat, q̄ professione secuta monachus testari non potest. auth. ingressi. C. de sacrofan.

san. eccle. auth. si qua mulier. C. eo. tit. glo. hic vltima. Professio verò tacite facta fuit à Sirica, cuius hic fit mentio, per assumptionem huius dignitatis, postquam solenni more Abbatissa ab episcopo fuit ordinata: quod manifestius constat ex Epistola diui Gregorij ad Ianuarium Episco. Caralitanū, lib. Epist. 7. epist. 7. à qua. c. quia ingredientibus. 19. q. vlt. & istud assumpta fuere, concisè nimis. siquidè à Gregorio huius rei series longiori narratione tractatur. Cæterum, ingressus monasterium ante professionem testari potest: imò & si testamentum ante ingressum fecerit, per professionem nõ rescinditur, neq; rumpitur. auth. de monachis. §. illud. §. nunc autem. sub. c. si qua mulier. 19. q. vltima. auth. nunc autem. C. de Epi. & cleri. & in auth. si qua mulier. C. de sacrosan. eccle. vbi probatur, monasterium portionem legitimam obtinere in bonis profertis, etiam qui filios habeat, quando is ante ingressum de bonis proprijs minime disposuerat: qua ratione, testamentum ante professionem factum ab eo, qui cogitauit, & animo conceperat ingressum religionis per professionem non rumpitur, nec monasterio aliqua in eius patrimonio portio competit. Barto. in. d. auth. si qua mulier. nu. 7. Bal. 2. colum. Paul. Castre. post Iaco. But. ibi. quorū opinio nõ dicit esse veriore. Imol. in. l. i. ff. ist. tit. nu. 2. vbi Areti. num. 5. eandè approbat Antoni. Rosel. in dicta auth. ingressi. numero. 16. Abb. num. 52. & ibi Deci. nume. 61. in capi. in præ-

sentia. de proba. & esse hanc opinionem communem fatentur Deci. consil. 37. colum. 2. & Ripa. in. l. si ynquam. C. de reuoca. donatio. q. 35. Suiat tamen qui existimēt, testamentum vtcunq; factum professione religionis rumpi tanquam agnatione posthumi. l. post humorum. ff. de iniusti. testa. Monasterium etenim loco posthumi censetur. auth. nisi rogati. C. ad Trebel. Vnde oportet ne hoc testamētum rumpatur, portionem legitimam titulo institutionis monasterio relinqui. vt notat Frederi. consil. 163. gloss. in dicta. auth. si qua mulier. & in dicto. §. illud. & in dicto. c. si qua mulier. Petrus, Cin. & Rapha. Fulgos. in dicta authent. si qua mulier. quorum opinio communis est, secundum Imol. in. d. l. i. ff. ist. titu. num. 11. & Ias. in. d. auth. si qua mulier. nume. 17.

Sed hæc sententia iure non probatur, quia testari potest ex legis permissione ingressurus religionem, vt in dicto. §. illud. & in d. c. quia ingredientibus, igitur lex ipsa expressim statuit tale testamentum rumpi non posse per ingressum religionis: alioqui vana foret testandi licentia quæ volenti religionem profiteri liberrime à legibus & canonibus conceditur ex his, quæ tradit Constantinus Harmonop. lib. 5. tit. 4. Nec valet argumētum ab agnatione posthumi, quia monasterium nõ sortitur filij, vel successoris locū, in his bonis quæ monachus ante professionem proprio testamento distribuerat. auth. si qua mulier. quibus rationibus refellitur præfata opinio, atq; ex eisdem mi-

Caput Secundum

non negotio tollitur hac in re, quod Saly. in. d. auth. si qua mulier; probare nititur, dicens, testamentum etiam factum ab eo, qui cogitauerat religionis professionem etiam portione legitima monasterio titulo institutionis dimissa, per professionem rumpi: quasi per capitis diminutionem. l. conficiuntur. §. post testamentum. ff. de iure codici. §. alio autem modo. & §. seq. in sti qui. mo. testam. infir. Nam & si testator se in adoptionem alteri dederit, & in ea morte obierit, irritum fit eius testamentum, quod ibidem probatur & Regia. l. 18. tit. 1. part. 6. eandem opinionem existimat esse veriore Fulgo. col. 7. & Ias. in. d. auth. si qua mulier. & defendit eam Roma. c. si. 237. Huius vero sententiae ratio aperitissime tollitur ex eo quod constat iure civili hanc capitis diminutionem, quae per religionem contingit, irrita non facere testamenta. tex. in. d. §. illud. & in auth. si qua mulier. Vnde in hac controuersia frequenter recipitur Bar. distinctio quam primo retuli, ita ut si nulla religionis cogitatione testamentum conditum fuerit, secuta professione reuocetur, quasi ex noua voluntate. argu. l. sancimus. C. ist. tit. eandem. Bart. distinctionem Deci. defendit in e. in praesentia. de probat. nu. 61. ubi Imo. final. colū. dicit eam esse veriore, & ab ea non est recedendum in iudicando, nec in consulendo, secundum Fulgo. & Ias. in. d. auth. si qua mulier. nume. 21. licet Anto. Abb. nu. 32. & Feli. nume. 54. teneant, minime reuocari testamentum per professionem, etiam si fiat ab eo,

qui nullam praemisit religionis cogitationem. Nec l. sancimus. Bart. opinionem probat, quam & Are. reprobabat. in. d. §. ist. tit. nume. 4. noua; ad ducta Leonis constitutione Viglius in princ. quib. mod. testa. infirmetur. Ipse vero, quauis videat Bart. distinctionem magis communiter recipi, mallet Abb. & Are. conclusionem defendere, aut Bar. sequi ad effectum ut testamentum factum ab eo, qui religionis professionem minime cogitauerat, professione secuta rumpatur solum, quo ad legitimam portionem monasterio competentem, quod placuit Anto. in. d. c. in praesentia. His vero addendum in dubio ex interuallo temporis a testamento ad religionis professionem, praesumi iudicis arbitrio religionis professionem testatorem praemeditatum fuisse vel non, quod ab omnibus probatur. Sed & illud erit obseruandum, testamentum factum ab ingresso religionem, tamen ante professionem, etiam sine consensu praelati validum esse, nec professione reuocari, utpote factum eo tempore, quo testator liberam habuit testandi potestatem, in cuius conclusionis probationem est text. optimus in capi. 4. de regulari. in 6. quauis contrarium teneat Roderi. Xuarez in allegatio. 20. colum. vlti. post Are. in ca. nunc autem. 19. q. 3.

6 Sic etiam facto testamento, quod per professionem rumpi non possit, statim ipsa facta professione bona haereditaria ad institutum pertinere, si monasterium sit bonorum incapax, quod si capax sit bonorum, ipsam haereditatem

tem

tē morte naturali ipsius monachi ad
 hæredem pertinere, in eius vero vita
 ad monasterium. notāt Anto. Abb.
 nume. 58. & Deci. 97. in dicto capit. in
 præsentia. Imola. in dict. l. r. vbi Areti.
 num. 6. dicit hanc opinionem esse cō
 munem. & idem notant Anto. Rube.
 consi. 155. Alexan. consi. 13. volumi. 3.
 dicens hāc opinionem communem
 esse. Bart. nume. 9. & alij, quos ibi re
 tulit Ias. numer. 26. in authenti. si qua
 mulier. idem Bart. in .l. res vxoris. C.
 de donatio. inter vir. & vxor. idem in
 simili quæstione in tract. minori. 3.
 part. versicu. isti hæredes. Soci. consil.
 92. volu. 1. dicens, fideicommissum re
 lictum illa conditione, si institutus de
 cesserit sine liberis, statim deberi fidei
 commissario, eo q̄ institutus profite
 tur religionē, quæ etiam communiū
 bonorū incapax sit, atq; ita est intel
 ligendus tex. in authen. nisi rogati. C.
 ad Trebellia. & capit. in presentia. de
 proba. vbi hæc est communis senten
 tia, quam tuetur eleganter Fortu. in
 l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de li
 ber. & posthu. colla. 32. ex quibus con
 stat prima communis sententia, quæ
 probatur in .l. stadius. §. Cornelio. ff.
 de iure fisci. quam Bartol. vbiq; ad
 eandem cōclusionem inducit: eandē
 opinionem scribit communē esse Ro
 deri. Xuarez in dict. allegat. 20. col. 7.
 Igitur si monasterium capax bono
 rum est in vita monachi, excluso hæ
 rede instituto, bona hæreditaria pos
 sidebit adeo vt quibusdam placuit, in
 vita patris religionem profitentis fi
 lio legitimam bonorum portionem

minime deberi, nec monasterium co
 gi posse eādē partem filio post pro
 fessionem patris, eo viuente tradere.
 glos. Barto. & Doct. in dict. authen.
 si qua mulier. per text. ibi, quo proba
 tur, post mortem patris filium posse
 legitimam portionem à monasterio
 petere, si pater ante obitum bona pro
 pria non diuiserat inter filios, quā opi
 nionem testantur esse magis commu
 nem Salyce. & Ias. in dict. authenti. si
 qua mulier. col. 14. Deci. d. c. in præsen
 tia. nu. 67. & esse veriore Abb. in. c.
 cum simus. de regu. Alex. in. l. si cū do
 tē. nu. 13. ff. solu. matri. & Feli. in. d. c. in
 præsentia. nu. 56. Quibus refragatur
 tex. in. d. c. cū simus. quo probatur, tra
 dendā esse filio portionē legitimā ex
 bonis patris religionē profelsi, statim
 non expectata patris morte. Nec obe
 rit, si quis dixerit in eo capit. patrem
 mortuum esse, cum de eius successio
 ne mentio fiat. Nam monacho viuen
 ti successio datur. ca. fina. 20. q. 3. & ex
 integra decretali constat, patrem vi
 uere eo tēpore, quo portio legitima
 filio tradenda erat. Vnde tex. in dicto
 capit. cum simus. probat hanc secun
 dam opinionem, & est singul. secun
 dum Abb. ibi. commendat Bald. in di
 cta authenti. si qua mulier. colum. fi
 nali. idem Ioan. Andre. & Doctores
 in dicto capit. cum simus. gloss. quæ
 alibi non est secundum Abb. ibi. in ca
 pitu. transmissæ. qui filij sint legitimi.
 singularis secundum Aretinum in .l.
 r. numero. 6. ff. ist. titu. quam opinio
 nem defendit Corset. in singu. verbo,
 legitima. Anani. in c. 2. col. penult. de

Caput Secundum.

delict. puero. Pyrrhus post consuetudines Aureli. c. 2. colū. 4. Bald. Nouel. de dote. parte. 1. col. 3. dicens hanc opinionem esse communem. pro qua induci potest tex. in dict. authentic. si qua mulier. qui permittit patri religionē professō portiones legitimas filijs assignare: quōd minimē permitteretur, si bona illa à monasterio patre viuente quoad legitimas filiorum portiones auferri non possent. Nec inficior rem dubiam esse, fateor tamē opinionem vltimam æquiorē esse, & vtroq; foro seruari oportere, propter maximam æquitatem, cui innititur isthac opinio, vt fatetur præter alios Abb. in dicto capit. in præsentia. num. 59. Potest etenim tex. in dict. authent. si qua mulier. dum innuit expectandam fore mortem patris religionem professi intelligi, vt loquatur enunciatiuè, quasi mortuo patre non facta inter filios diuisione bonorum, nec ab ipsis filijs petita, sit à monasterio danda filijs portio legitima. Quōd si Nostrates in hac sententia non falluntur, in simili quæstione erit dicendum, vsum fructum, quem pater religionem professus habuit in bonis filijfamilias ratione patriæ potestatis, ad ipsum monasterium nō transire, sed statim professione secuta ad proprietatem redire: cū sit patria potestas extincta. Martinus Silima. Salyce. q. 7. Ias. col. final. in authē. ingressi. C. de sacrosanct. ecclesi. Cinus & Albe. in authent. idem est. C. de bonis quæ liber. Hippo. singu. 668. & hæc est cōmunis opinio, auctore Salyceto in dicta auth. idem est.

Tamet si glo. ibi teneat, vsum fructum ad monasterium viuente patre pertinere, quam sequuntur ibi Bald. Paul. & Corne. ac Deci. in dicto. c. in præsentia. num. 66. & Bartol. in dict. authent. ingressi. in repe. num. 49. Anto. Rossellus illic. num. 18 Guido Papæ. q. 595. Augustinus Beroius in dict. c. in præsentia. num. 529. Ioan. Lupi. in rubric. de donatio. §. 42. & Fulgo. dubius tamen in dict. authentic. idem est. Nam & idem Bar. in dict. authent. idem est. asserit, dimidiam vsusfructus partem ad monasterium pertinere, alterā verò dimidiam ad filium. arg. l. cū oportet. §. cum autem. C. de bonis quæ liber. idem notat Abb. in. d. c. præsentia. num. 57. & in. d. c. cum simus. Ego equidem non video, cur integrè vsus fructus ad filium nō pertineat, statim facta professione, cum & ipse filius ex patris bonis petere possit legitimam portionem adhuc viuente patre, ac si is mortē obiisset. Qua ratione in prima, & secunda huius operis editione conatus sum Silimani opinionē probare, non ignarus, eam dubiam esse, certus tamen æquitatem quandam præse ferre, quæ iure quidem posset saltem Pontificio defendi. Cæterum Arius Pinellus Lusitanus, cuius diligentiam & candorem in aliorum scriptis perscrutandis non possum non mirari in. l. 1. C. de bonis quæ liber. 1. part. nu. 47. egregio profectò, & eruditissimo examine quæstionem istam expendens glōf. opinionem sequitur in dicta authent. idem est. Silimani sententia reprobata. Quæ fortassis aliorum

rum autorum suffragio nec omnino destituitur, nec prorsus repulsam patitur. Existimo etenim distinguendam esse opinionem gl. in dict. authē. ingressi. ab illa, quam gloss. expressim tradit in dict. authē. idem est. Si quidem prior verum esse contendit, per ingressum religionis, vsum fructum, quem monachus habebat, minimè fuisse extinctum, imò eundem monasterio quoad utilitatem deberi, & adquiri. Quod ipse fateor rectissimi iuris esse, sequutus gloss. Cinum numer. 12. Alberi. nume. 22. Barto. nume. 42. & alios in dict. authen. ingressi. Innocen. in dict. cap. in presentia. num. 5. Imol. in l. cum filio. num. 8. ff. de legat. 1. quorum opinio communis est, secundum Abb. in cap. vltim. col. 2. de pignori. Socinum consil. 10. lib. 1. in. 6. q. & Ioan. Crottum in l. Gallus. §. & quid sit tantum. num. 30. ff. de liber. & posthu. Qui denique autores Silimani. sententiam non videtur omnino improbare: quum nec de ea in specie tractauerint. Sed nec ipse Silimanus communem hanc opinionem negat, imò eam admittit in usufructu, quæ quis alia ex causa, quàm iure patriæ potestatis habet eo tempore, quo religionem proficitur. Quo tendunt omnia, quæ à præcitis autoribus traduntur, posterior autem gloss. censet, usufructum patri iure patriæ potestatis cõpetentem, si pater ipse religionem profiteatur, adhuc ipso viuente quoad utilitatem monasterio adquiri, non filio: quod Silimanus, & qui eum sequuti sunt negant: tamen gloss. opinio recepta fuerit ab his, quorum paulo ante

mencionem fecimus, dum adduximus gl. in dict. authen. idem est. reliqui vero autores, ni fallor ipse: Silimano minimè refragantur. Nã Cin. & Albe. in d. authē. idem est. Silimani distinctionem referunt, lectoremque remittunt ad ea, quæ ipsi scripsere in d. authē. ingressi. quo in loco ipsi gloss. illius constitutio nis, quæ Silimano non obstat, simpliciter sequuntur: atque ideo potius videtur Silimani distinctionem admisisse, quàm reprobasse. Sed & Alex. in consil. 139. lib. 2. nu. 5. atque ite Cæpo. consil. 22. nu. 4. quavis meminerit gl. in d. auth. idem est: corum tamem rationes generalem questionem attingunt, quæ ab Accurs. in dict. authen. ingressi. fuit expedita. * His accedit quod Paulo ante obiter adnotauimus: nempe filium familias per professionem religionis à patre factam effici sui iuris, et à patri potestate liberum esse. Sicuti verè existimant Dinus Bart. Bal. & Fulgos. in l. patre furioso. ff. de his, qui sunt sui. Abb. in c. 2. num. 2. de regula. quorum opinionem communem esse pulchra tradita illatione assueuerat Eman. à Costa. in c. si pater. 2. par. verb. testatore mortuo. nu. 9. & seq. ex Decio. in c. in presentia. de probat. nu. 66. & Alberi. in d. auth. ingressi. atque Phili. Corn. in d. auth. idem est. * Id verò, quod post Bar. & comunem diximus, monasterium viuente monacho, qui ante professionem hære dẽ aliũ instituerat, bona testatoris obtinere, iusteque possidere, & eis vti & frui posse, est intelligendum, nisi testator expressim in testamento cauerit, velle hære dẽ institutum bona accipere, eisque vti & frui statim post religionis ingressu.

Caput Secundum.

sum. Nam tunc monasterium etiam
viuente monacho, testatore excludit:
autore Imol. in l. 1. nu. 14. ff. de testam.
idem probat eo nō citato Ludou. Go
zadi. consil. 41. num. 11. & 17.

9 His etiam adiungere libet, testamē-
tum factum ante professionem, post
eam mutari, aut reuocari non posse: si
quidē professus testari non valet, etiā
si professus fuerit eam religionē, quæ
cōia bona habere possit, quod hic pro
batur: & in d. c. quia ingredientibus.
& in authē. de monachis. §. illud. & in
specie notat Abb. in d. c. in præsentia.
nu. 61. Imol. & Ange. in l. 1. ff. ist. titul.
Ias. in auth. si qua mulier. num. 27. con
tra Bar. ibi. cuius opinionem & Deci.
reprobat in d. c. in præsentia. nu. 68. &
Rube. consil. 155. col. fin. tradit latè Au
gust. Bero. in d. c. in præsentia. nu. 537.
qui Bar. sententiā falsam esse cēset. rur
sus & idē Deci. in d. auth. ingressi. nu.
13. à Bar. discedit, etiā si opinionē Bart.
sequuti fuerint Aret. nu. 5. in d. l. 1. Ro
der. Xuarez. in alleg. 20. fol. pen. Ant.
à Rosel. in d. auth. ingressi. col. vlt. An
to. Butri. in d. c. in præsentia. nu. 34. &
in cōsi. 79. Guilie. Bene. in c. Rainun
tius. de testa. verb. mortuoq; testatore.
in primo. nu. 297. & sequētibus. quo
rū autoritate nō possum à priori sen
tētia nec transuersum, quod aiūt, digi
tū discedere, quippe qui existimē Bar.
maximè aduersari iuris Pontificij, &
Cæsarei constitutionibus, earūq; ve
ris, & proprijs rationibus. Vnde licet
reuocatio testamēti fiat in fauorē mo
nasterij, ea minimè valebit, nec iure
subsistet: quod expressim August. Be

ro. adnotauit ex corū mēte, qui priorē
opinionē probarunt. tamen Ias. in d.
auth. si qua mulier. nu. 33. post Bal. ibi.
nu. 8. & Paul. Castrē. col. pen. Deci. in
d. c. in præsentia. nu. 68. respondeant,
testamentū factū ante professionem,
etiā præuia cogitatiōe ingressus, pos
se ab ipso monacho reuocari post pro
fessionē, in fauorē tamen monasterij:
iuxta decisionē, quæ traditur in d. au
thē. si qua mulier. quæ tantū abest ab
huius opinionis p̄batione, vt minimè
dignū sit, eā induci ad propositæ qua
stionis diffinitionē: cū in propria spe
cie, & casu sit seruāda: nempe cū inter
proprios liberos legitimos, & natura
les, quibus pater nocere nō potest, mo
nachus testari vult, & propria bona
inter eos diuidere. His etenim nusquā
potuit pater præiudicare quoad por
tionē legitimè debitā. Monasterio autē
potuit per testamentū factū cogitatio
ne præmissa ipsius ingressus præiudi
care, etiā tacitè instituēdo extraneum
ante professionē. Quod non impedit
d. auth. si qua mulier. nec Regia lex ei
similis. in l. 17. tit. 1. part. 6.

10 Solet tamen Rom. Pōtifex mona
chis cōcedere ius testādi, ita vt modi
ca quātitas eorū testamēto distribu
tur, etiā ad hoc accedente prælati mo
nachorū cōsensu: sicuti asserit Io. Sta
phi. de lite. grat. & iustit. fol. 188. col. 1.
Potest em̄ Papalicētiā testādi religio
sis cōcedere. argu. l. si quādo. in princ.
C. de inoffi. testa. & respōdit Soci. con
sil. 13. vol. 1. Frac. in rub. ult. tit. in. 6. colū.
pe. Ias. & alij per eū adducti in authē.
ingressi. 2. col. C. de sacros. ecclē. Bal. in
d. l.

d.l. si quādo. Barba. in. c. cū in officijs. ist. rit. col. pe. Baptif. de S. Seuerino in tract. de pensionibus. q. 19. in fi. quibus accedit illa ratio, q̄ Papa potest monachū à voto cōtinētię eximere ppria dispensatione. Inn. Io. And. & alij in. c. cū ad monasteriū. de sta. mo. vbi Abb. 3. col. & Soci. d. cōf. 13. nu. 19. asserūt hāc opinionē esse cōmunē, q̄ Caie. p̄fiter. 2. 2. q. 88. ar. 11. Io. Mai. 1. 4. d. 38. q. 14. & ibi Dur. q. 2. Palu. q. 4. ar. 4. cōclu. 11. & Car. à Turrecr. in. d. c. de illo clerico. 32. d. & p̄batur plurib⁹ rationib⁹, quas adducit Tho. hāc partē secut⁹ in. d. 38. q. 1. ar. 4. tradit multa Spēcre⁹, li. 5. de incōtinētia. c. 4. & seq. & hęc est magiscōis opinio secūdū Feli. in. c. si quādo. col. 3. de rescrip. q̄ plures auctores hui⁹ sentētię diligēter cōgessit. & idē fatef. Pari. cōf. 68. vol. 4. nu. 148. semp̄ enim in his votis auctoritas Rom. Pōtificis excepta cēsetur. c. 1. c. debitor. c. veniētes. de iu. iu. gl. vbi latē Fel. in. c. cōstitutus. de rescri. Abb. in. c. quāto de iu. iu. post gl. ibi. Th. 2. 2. q. 89. ar. pe. Poterit ergo Roma. Pōtifex, si id viderit expedire reipublicę, aut animarū saluti voti obligationē remittere, quoad cōtinētiā: ergo & quoad paupertatē. Ant. Rub. cōf. 147. Nec me latet D. Th. 2. 2. q. 88. ar. 11. p̄uia maxima deliberatiōe asserere, Rom. Pōtificē nō posse ppria dispensatiōe cōtinētię solēne monachorū votū tollere, ex auctoritate. c. cū admōast. de stat. monac. in fi. vbi Papa p̄fiter, nō posse ipsum voti obligationē tollere dū dixit: cōtra castitatē, aut paupertatē monachorū Rom. Pōtificē licētiā indulgere nō posse. idē gl. in. c. sunt q-

dā. 25. q. 1. gl. in. d. c. cū ad monasteriū. & Altissiod. li. 3. trac. 22. Card. à Turrecre. in libello septuaginta triūq̄stionū. q. 35. Almain in trac. de potest. Papę. c. 15. Sylue. verbo, votū. 4. §. 5. & Ambr. Cathar. cōtra Caie. li. 6. c. 1. & diligēter Rober. Arbori. Ep̄s in trac. pro tuēdo sacerdotū celibatu. 4. tomo. ex eo etiā, q̄ seruare solēne votū, quo quis seip̄sū tradidit religioni, sit iuris diuini: cui ppria dispensatione nō potest Rom. Pōtifex derogare: & eadē ratione, quę ex d. Decretali colligit, idē erit dicēdū in voto paupertatis: hāc opinionem diu Tho. defendit optime, ac p̄bat Dom. Soto. li. 8. de iust. & iu. q. 4. ar. 2. Qui ex eodē Tho. & alijs deducit, hāc dispensationē permitti super cōtinētia sacerdotū. Opportet tamē primā opinionē defendere, ne quę falsim fūt, euertatur omnino, licet reipublicę Christianę maximē cōueniat, sum mum ecclesię Principē hisce iurib⁹ raro, & ex euidēti vtilitati Catholicę religionis vti. Sed verba illa. c. cū ad monasteriū, vel procedūt manēte ipso voto, nō enim posset Papa monacho indulgere, vt existēs monachus vxorē duceret: posset tamē eū eximere à voto, & religione, vt sic exēptus vxorē ducere valeat, & ppriū patrimoniū habere, & testari, vel intelligēda sūt ex modestia Rom. Pōtificis, ad cōuincēdū illū Abbatē, ne existimaret seip̄sum monachis licētiā cōcedere posse aduersus votū paupertatis. Id verò, q̄ dicitur, voti obligationē esse iuris diuini, atq̄, ideo nō posse tolli per Principē ecclesię, nō p̄cedit: quia hęc obligatio p̄uenit ex volūtate humana

Caput Tertium.

humana licet ex iure diuino sit executioni tradenda: actus vero humani Principibus subijciuntur, vt constat. Hinc etenim fit, votum filij parētis iudicio submitti, qui id potest irritum facere: mirum ergo non erit si Romano Pōtifici votum subijciatur, vt is possit eius obligationē remittere si id viderit expedire reipublica: sicuti probat Io. à Medina in tract. de confessione: c. de dispensatione super reuelanda confessione. Præterea iuris diuini est obligatio voti in cōmuni & generali obligatione, quia tenemur vota seruare iure diuino: non tamen peculiare quodlibet votum est iuris diuini. Sic obedire legibus præceptum est à Deo, & lege diuina: non tamen quælibet lex humana est ius diuinū, qua ratione passim omnium consensu receptum est, posse licitè, & iure dispensare Romanum Pontificē in voto simplici, etiam continentia, & religionis. Quod & idem Dōmi. Soto in. d. q. 4. art. 1. longius explicat, & probat.

EX CAPITULO tertio.

- 1 *Voluntas testatoris est executioni mandanda intra tempus ab eo diffinitum à die hereditatis.*
- 2 *Ad exequendam vltimam voluntatem datur à iure annus à die monitionis.*
- 3 *Tempus datum ab episcopali constitutione ad executionem vltimæ voluntatis currit ab aditione hereditatis.*
- 4 *Tempus datum ad executionem vltimarum voluntatum non currit ignorantibus, nec impedito.*
- 5 *Potestas exequendi vltimam voluntatem, an ante annum transferatur in Episcopum.*
- 6 *Ad exequenda legata pia quod tempus datur à iure.*
- 7 *Electio an possit fieri ex vltima voluntate ultra tempus*

- 8 *Nullus executor per testatorem nominato, cui competat executio, atq; etia restitutio malæ actoris.*
- 9 *Monasterium, quod non potest in loco per testatorem electo constitui, alibi est constituendum.*
- 10 *Pecunia residua constructo opere, per testatorem huiusmodi, an sit heredi adjudicanda.*
- 11 *Legatum pro dote alicuius puellæ est conditionale.*
- 12 *Legatum ad ecclesiæ ædificum non efficitur, nisi ex eo quod locus non fuerit adificationi destinatus.*



Educitur hæc doctrinalis ab Epistola d. Gregorij, lib. 3. epist. 10. ad Ianuariū episcopum Caralitanum, & ex epistola.

8. ad eundem. Ex quibus addi possunt aliqua, quæ hic desunt ad perfectam cognitionem huius cōtrouersia. Habet tandem hoc caput in summa, annū præscribi ad executionem vltimarum voluntatum: idque tempus cedere à die monitionis per iudicem factæ, ad idem authentic. hoc amplius. C. de fideico. cui assertioni obijcio ea, quæ in Nouellis statuta sunt, nempe ad exequendam vltimam voluntatem sex menses dari à die insinuationis testamenti. authent. de ecclesi. tit. §. si autem legatum. Rursus ibi in §. si quis ædificationem. Quinque anni constituuntur ad exequendam vltimam voluntatem. Quamobrem ad intellectū huius capitis libet aliquot axiomata proponere, quibus exponemus aliqua ex parte tractatum de executione vltimarum voluntatum.

1 Prima conclusio. Testatoris voluntas est executioni mandanda intra tem-

pus ab eo diffinitum, idq; currit à die aditæ hæreditatis. Abb. hic. 2. colum. probat hoc ipsum. tex. in. l. statu. liber. §. si quis hæredi. ff. de statu. liber. quem dicit esse solennem Bartol. in. l. genero. ff. de his, qui not. infam. & ceteris ab omnibus singul. secundum Alexan. in. l. si mihi & tibi. §. i. ff. de legat. i. iustum etenim est ante aditã hæreditatem diem datum ad exequendum non currere.

2 Secunda conclusio, nullo tẽpore testatore ad exequendum constituto à iure annus datur hæredi, vel executori testamentario, ad soluenda quæcũq; legata, quæ non sint causa pietatis relicta, & ad exequendã in cæteris rebus vltimã voluntatem. l. nulli. C. de episcopo. & cleri. quo anno lapso ad episcopum trãsfertur ius exequendi. tex. ibi. & latè Feli. in cap. si quis contra. 2. colum. de foro compet. Nisi testator in casum negligentia aliũ executorem substituerit. Bal. in. l. si fundum. §. Stichum. ff. de legat. i. Barba. in capit. tua nobis. ist. titul. num. 14. Cœpola caut. 294. idem Bald. in. l. i. in princ. i. col. C. de cad. toll. & in auth. licet. C. de episc. & cle. & hic annus currit à die monitionis factæ per iudicẽ, quod hic probatur, sicuti asserunt Cardin. Anchar. Abb. & Imol. hic Bald. in. l. id q; pauperibus. nu. ii. C. de episc. & cle. Iaco. à Canibus. in tracta. de executore, vltim. volũ. 2. part. q. 3. num. ii. quorũ opinio cõmunis est secundũ Bald. in. d. nu. ii. Abb. cõsil. ii. vol. 2. & cõsil. 59. volu. i. & Rochum de iure patro. verb. construxit. q. 10. Barba. consil. 8. vol. i. col. 4. li-

cet ipse ibi & hic. nu. 33. cõtrariũ defendere velit. cuius opinio probatur in. l. 6. tit. 10. par. 6. qua exprimitur tempus datum à iure ad executionem vltimæ voluntatis currere à die mortis testatoris. Possit tamen lex illa intelligi in exequendis legatis, quæ non exigunt aditionem hæreditatis.

3 Quin & cõstitutio Episcopalis annum à die mortis executioni testamẽtorum cõstituens intelligenda est, vt hic annus à die aditæ hæreditatis & sciẽtiæ currat. Abb. hic. 2. colũ. & Roma. cõsil. 228. colũ. 2. & probatur. Nam ante aditam hæreditatem impeditur executio testamenti, etiam si testator intestatus decesserit. glos. in. l. qui filio. §. i. ff. de hæredi. insti. quam dicit sing. Alexan. in. l. 3. col. i. ff. de legat. i. notabilem idem Alexã. in. l. nemo potest. ff. eo. col. 2. solẽnem Ias. in. l. eam quam. C. de fideicommiss. col. 6. Notat Bart. per tex. ibi. in. l. alio. ff. de alimen. & cibariis. legat. Ange. Aret. in tracta. de testa. verbo, & executores. Ad id etiam plurimũ conducit. l. nemo. ff. de testat. Vnde fit, vt executor testamentarius possit hæredem compellere iudicis præcepto ad adendum hæreditatem. Specu. titu. de instrumen. editio. §. nunc verò aliqua. Iacob. à Canibus in dict. tracta. part. i. §. 2. quod si legata sint pia, an possint tradi executioni, nõ adita hæreditate scribam in c. Rainaldus. ad finem. ist. tit. His etiã adiungitur, q; impedito agere non labitur tempus assignatum ad aliquid agendum. c. quia diuersitate. de cõce. præb. l. i. C. de anna. exce. atque in hac

Caput Tertium.

hac specie, executionis tempus non cur-
rere ignorantibus, aut impedito, proba-
tur in hoc. c. vbi diuus Gregorius ne-
gligentiam hæredis perpendit: quod
animaduertit Abb. in repet. capi. cum
esses. ist. tit. col. si. Freder. consil. 129. Ho-
stien. Imol. hic. col. 3. Roma. hanc opi-
nionem cõmunem esse asseueras con-
sil. 228. Nec oberit, quod tempus da-
tum in fauorem alicuius ad agendum
actum non in odium ipsius, cui datur
4 currit ignorantibus & impedito. glo. in. c.
statutum. de præben. in. 6. singul. secũ-
dum Barba. hic num. 33. & in. c. ple-
rumq;. de rescrip. 3. colũ. & Abb. in. d.
c. cum esses. col. pc. Andre. Tiraq. lib.
1. de retractu. §. 35. in glos. 4. nu. 25. pul-
chra legis Regiæ decisio. in. l. 7. titul. 7.
libr. 5. ordina. quia id procedit quoties
dies datur in merum alicuius fauorẽ:
secus quãdo constituitur etiã ad con-
uincendam alicuius negligentiam, vt
in præsentis quæstiõne à iure cõceditur.
& ita respõdent Abb. & Imo. Tame-
si Specu. in tit. de instru. edit. §. nũc ve-
rò aliqua. nu. 39. dixerit, tempus datũ
ad executionem vltimarum volunta-
tum etiam currere ignorantibus, & impe-
dito, quia datur in fauorem pauperũ,
& eorum, quibus aliquid ex testamẽ-
to est distribuendũ, non in odiũ ipsius
executoris. Cui sententiæ consentiunt
Card. hic idẽ in. d. c. quia diuersitatẽ.
2. colum. Barba. hic num. 33. Bald. in. l.
captatorias. C. de testa. mili. col. fin. di-
censeam vbiq; in praxi seruari. & plu-
rimum coadiuuatur Regia. l. 6. titul.
10. part. 6. quæ de iure procederet, si
impedimentum esset, aut appareret

perpetuum, vel ad longum tempus
permansurum, attenta ratione text.
in capit. fin. §. fin. ist. ritu. in. 6. Alioqui
quicquid sit in praxi, prima opinio iu-
re verior est, quam & Oldendorp. se-
quitur in tract. de execu. vltim. volun-
ta. titu. 7. Barto. in dict. l. genero. Bald.
consil. 171. vol. 3. Albert. Bru. in statu-
tis. verbo, executio.

5 Tertia conclusio. Potestas exequẽ-
di vltimas voluntates, etiã ante annũ,
aufertur ab executore, & trãsfertur in
Episcopum, si ab Episcopo bis moni-
tus executor vltimam volũtatem exe-
qui noluerit. authen. de eccles. tit. §. fin
autem qui hoc facere. Specula. in. d. §.
nũc verò aliqua. nu. 82. Abb. hic. col. 2.
Iacob. à Canibus in. d. tract. de execu.
vlti. volunta. 2. part. q. 3. quod procedit
in legatis pijs, vt existimant Imol. hic
& Saly. in. d. authentic. hoc amplius.
C. de fideicom. col. 2. nectamẽ restrin-
gitur ad legata alimẽtorum aduersus
Barb. hic, cum hic fauor iure optimo
pietati conueniat.

6 Quarta cõclusio, ad exequenda le-
gata pia à iure diffinitur tempus sex
mensium, quod cedit à die insinuatio-
nistestamenti. §. si legatum. in authen.
de eccle. titu. Abb. & docto. hic com-
muniter & Iaco. à Canibus. in. d. q. 3.

Quinta cõclusio, non obstante iu-
ris ciuilibus dispositione, etiam ad con-
struendam ecclesiam, aut monasteriũ,
annus hæredibus, aut executoribus
præsignatur à die monitionis. tex. hic
ex quo id adnotarunt Hostien. Ioan.
Andre. Anton. Imola dicens hanc
opinionem esse communem. col. 2. &

Rochus

Rochus de iure patro. verbo, construxit. q. 10. qui post Abb. hic addit hanc cōclusionem esse intelligēdam, quoad constituendum hāredem, aut executorem in negligentia incipiēdi aedificium ecclesiæ, aut monasterij, sed ad constituendum hāredem, aut executorem in negligentia perficiēdi opus intra annum inceptum, arbitrio iudicis tempus constituitur, attēta operis qualitate. Quid enim si ipsum aedificiū quinque annos exigat ad eius perfectionem? oportebit equidem id tempus expectari, vt in dict. §. si quis aedificationem. authen. de ecclesi. titul. collat. 9. atque id docto. hic sentiunt, ex quib? hic textus erit intelligēdus quādo monasterium potest intra annum incipi, & ad perfectionem duci.

7 Sexta cōclusio, non tantum executor, sed & is, cui electio à testatore cōmissa est, intra annum, aliud tēpus ad executionem designatum, eligere debet: alioqui ius eligendi ad Episcopum spectat. Cardi. Imol. & Barb. hic num. 41. id enim, quod ex electione executioni tradendum est, prāuam electionem postulat, sine qua fieri nequit executio: igitur intra tempus executionis oportet electionē fieri. l. oratio. ff. de sponsa. hanc etiam assertionem probant Bald. in l. cum quidam. in 2. ff. de legat. 2. Angel. Corne. & Iaf. per text. ibi. in l. final. §. 1. C. comm. de legat. Angel. consilio. 64. Ancharra. consilio. 387. quorum opinionē communem esse asserunt Corne. & Iaf. in d. l. final. in princip. quā in re Barto. in d. l. cum quidam. contrariam senten-

tiam eligit, dicens eum, cui testator commisit arbitrium eligendi pauperes, quibus certa bona distribuere, etiam post annum eligere posse, Episcopo excluso, ex eo quod hic elector est, non executor: siquidem declarat arbitrium proprium, non autē exequitur. l. executorem. C. de execu. rei iud. vbi eandem opinionem repetunt Barto. & Paul. Cast. Abb. & Ancha. hic. idem Anch. consil. 412. Abb. in c. si quis contra clericum. 3. colū. de foro compe. & ibi Felic. colum. 2. idem Abb. consil. volumi. 2. Roma. consil. 228. col. 4. Bar. in d. l. final. §. 1. & idē Bart. consil. 142. & Henrri. Boteus in tracta. de synodo. 3. par. arti. 1. num. 187. Verum rationes huius posterioris sententiæ non ita efficaciter eam probant, vt tenenda omnino sit, cum in præsenti dubitatiōe dies executioni, ac subinde electiōi sit præsinitus: & ideo cessat ratio dictæ legis. cum quidā, vbi Paul. & Imol. opinionem Bartoli non sunt ausi asserere, nec Anto. in cap. tua. infra. eo. licet idem eam elegerit in cap. literas. de sup. neg. præla. & Ioan. Oldendor. in tracta. de exequen. vlti. volun. titu. 7. & dixerit Bal. in l. captatorias. colum. fina. C. de testa. milit. eam procedere in legatis, quæ causa pietatis facta non fuere.

8 Secundo, colligo ex hoc cap. nullo executore à testatore nominato, haredi competere vltimæ voluntatis executionem, etiam in his, quæ ob piam causam relinquuntur: quod hic apertissimè probatur, nisi fiat legatum pro redemptione captiuorū: tunc etenim executio

Caput Tertium.

executio ad Episcopum pertinet, si testator executores testamenti non nominauerit. Abb. hic per tex. in auth. de ecclesi. tit. §. si quis ædificationem. & §. pro redẽptione. In his verò, quæ pro restitutione illicitè adquiretorum, seu per vim ablatorum: à testatoribus legantur, oportet animaduertere, primum testatorẽ non posse aliũ quam Episcopum designare, ad diffiniendũ ea, quæ ex v̄suris ipse adquisierit. Domi. consilio. 20. Secundum restitutionem, ac distributionem certæ quantitatis pauperibus erogandam, pro satisfactione malè ablatorum, posse & debere fieri per executorẽ vltimæ voluntatis: vbi de malè ablatiis non constat aliter, quam ex testantis cõfessione. Anani. & Felin. in. c. cum sit. de iudæ. est enim hoc legatum piũ, quòd potest per executores vltimæ voluntatis expediri, sicut cætera legata pia. Tertium, si de malè ablatiis constat in iudicio, vel extra iudiciũ, aliunde quã ex testamentaria cõfessione, restitutio fiet per eum, qui tenetur restituere, consilio tamen Episcopi. Abb. & Feli. in dict. c. cum sit. Ioan. Lupi. in repet. rubric. de donatio. §. 65. num. 69. Hoc enim pacto intelligenda est Hostiens. opinio. d. c. cum sit. dicentis, restitutionem malè ablatorum debere per Episcopum fieri. Nec quicquam vrget tex. ille in. d. cap. cum sit. quia loquitur quando suspectus est is, qui tenetur restituere: nam tunc solus Episcopus ius habet restituendi. Sic etiam est defendenda sententia Archi. in. c. fi. hoc titul. in. 6. vbi asseruit, hanc resti-

tutionem ad Episcopum non pertinere. quod probat text. in. c. sicut dignũ. §. eas in super. de homici. vbi Abb. & Anani. Cardi. in dict. capit. cum sit. & Corset. in singul. verbo, restitutio. & alij per Fel. adducti in. d. c. cũ sit. quorum opinionem fatetur communem esse, & eam probat Ioan. Medina de resti. quæstio. 3. causa. 10. cap. incipienti esto: erit nanque facienda restitutio, consulto tamẽ Episcopo, cuius interest rem istam diligenter agere, quippe qui pater pauperum sit. Nec tamẽ damnare eum, qui in cõsulto Episcopo sincere restituerit pauperibus malè adquisita.

9 Tertio, ex eodem cap. adnotandum est, testatore mandante monasterium construi in certo loco, vbi cõstrui demum non possit, arbitrio executoris, & Episcopi alibi construendum esse. quod hic notant docto. & probatur: hic enim testator constituerat, monasterium debere construi in prædio, quod dicebatur Piscenas, & id ad Xenodochi Thomæ quondam Episcopi iura peruenit, teste diuo Gregorio libro Episto. 3. Episto. 8. eandem assertionem coadiuuat text. in signis, in. l. legatum. ff. de v̄suct. legat. ex quo pecunia legata ciuitati ad spectaculũ, quod in ea fieri minimè licebat, adhibito consilio hæredum, & primorum ciuitatis, in aliam rem conuerti debet. ad idem est notab. decisio in auth. de eccle. tit. §. si quis in nomine magni Dei. colla. 9. vbi si testator aliquem è sanctis hæredem instituerit, aut legatum ei reliquerit, eiusque sancti nullũ

orato-

oratorium in ea vrbe, nec in eo territorio inueniatur, legatum debetur ecclesie ciuitatis, in qua testator domicilium habuit, quem tex. comendat. *l. as. in. §. ex maleficijs. insti. de actio. num. 45.* Bald. in *l. si quis ad declinandum. C. de episco. & cleri. colum. 4.* dicens, ex hoc relictis à testatore mille, vt pro male ablati, & exoneranda eius conscientia, distribuatur, si solum sit copertum quingenta esse male ablata, reliqua quingenta in piã causam eroganda esse, idem Abb. in capit. tua. institutu. colum. 2. Alexand. & Vincenti. in *l. i. §. fin. ff. ad. l. Falci.* dicentes idem esse si quis madet pro male ablati constructui oratorium, præscripta eius forma, & in id opus consumi aureos mille, nam eo constructo, quod superest non debetur hæredi, sed piæ causæ. ex *d. l. legatum,* non enim censetur satisfactum voluntati testatoris, qui læsam habet conscientiam ad illam vsq; quantitatem, & ideo maxima est coniectura ipsum voluisse totam illam summã in piã causam conuerti. Secus verò esset, si testator iusserit constructui oratorium certæ formæ, & ad id designauerit mille aureos, nam quod supererit constructo oratorio illo, ad hæredes pertinet, cum ita sit testatoris voluntati satisfactum. Angel. Paul. Alexand. & Vincen. in *d. §. fin.* & post eos Carolus Ruinus conf. 75. lib. 2. vbi ad hæc omnia, quæ modo diximus ex *d. l. legatum,* quandam elegãtem adducit interpretationem, quæ cautè, & diligenter est examinanda. Ex quibus infertur intellectus ad illam conclusio-

nem vulgo receptam, quæ diffinit, legatum pro dote, aut causa dotis alicuius puellæ, conditionale censerit, nõ purum: & ideo nõ deberi, nisi matrimonium sequatur. *l. Publius Mæuius. in principi. ff. de cond. & demonstr. l. si ego. in princ. ff. de iure doti. l. tali. & l. promittendo. eo. tit. Bart. per text. ibi in. l. Titio centum. §. Titio genero. colu. 2. ff. de cond. & demonstr. idem Bar. in. l. 2. §. si. ff. de iure doti.* Cuius opinio communis est, secundum Paul. Castren. in dicto. §. Titio genero. colum. 3. Alex. consi. 42. nume. 2. lib. 7. Corne. consil. 229. volum. 4. Bald. Nouel. de dote. 6. part. priui. 50. explicat idem Nouel. dicta. 6. part. priui. 76. Bal. in. l. generaliter. C. de episco. & cleri. nu. 9. idem Bald. consi. 249. volu. 4. Bart. consilio 200. Bal. in. l. legatum. C. de condi. infert. Abb. consil. 92. volumi. 2. Bald. in *l. sancimus. C. de nup.* Laurus à Palatijs in tracta. de statutis excluden. fœminas. col. 39. Albert. Brunus. in eodem tracta. 6. arti. q. 3. & 7. & arti. 11. q. 3. & Aymon Sauelli. consil. 101. qui omnes id procedere opinatur, nisi ex coniecturis contrarium ex mente disponentis deprehendi possit. Et tamè præfata communis opinio ita locum sibi vendicat, vt non secuto matrimonio legatum illud hæredi competat cū onere simili ad id expédendum in piã causam. ita Bald. Nouel. de dote. parte. 6. priui. 77. ni refragetur præsumpta testantis voluntas, quod hic Pannormitanus explicat columna vltim. Tandem duo ex præmissis deducenda sunt. Primum legatum pro dote, aut

Caput Tertium.

causa dotis alicuius puellæ, cōnseri cō
ditionale, nō purum. Secundū, quod
non secuto matrimonio legatū redit
ad heredē cum onere expēdendi in si
mile piū opus eam quantitatē. Vtrūq;
verò procedit, nisi contrarium ex te
statoris mentē deprehēdi valeat, quē
admodum præcitati autores explica
runt: quorum quidem mens & sen
sus manifestius lectori exponetur, si
hic quædam ad id pertinentialubijcia
mus. Ex priori etenim cōclusionē po
terit perpēdi, an legatum illud, Legō
Titix puellæ centum, ut nubat, sit cō
ditionale, vel purum. Nam Bald. No
uellus in dicta. 6. parte. privilegio. 76.
scribit, esse hoc legatum purum, non
conditionale, citatq; Bald. huius opi
nionis autose in l. legatum. C. de condi.
di. insert. quo in loco non potui apud
Bal. hanc cōclusionem percipere. idē
tamen Bal. in d. l. generaliter. num. 2.
palam tenet quod Nouellus adnota
uit: rursus idem Bald. ibi. col. penult.
tenet in hoc casu, quod nō secuto ma
trimonio legatum ad heredem reuep
tatur. Ego sanē hoc legatum existimo
sub modo conceptum fuisse: atq; ideo
in eo locus erit his, quæ de modis ser
uandis adnotantur in cap. verum. de
condi. opposi. & in l. quibus diebus. §.
Termilus. ff. de condi. & demonstra.
Sic sanē post huius operis secundam
editionē cōperi Emmanuel à Costa
virum planē doctissimū in lib. 2. de cō
ditioni. c. 22. à Baldo Nouello disces
sisse. Quo in loco, & si fateatur Bart.
sententiam cōmunem esse, plures tã
men adducit autores contrariã tenen

tes: sequitur tandem Bar: opinionem
scribens, eam nō probari in d. §. Titio
genero. Quod nemo p̄ se simul ac diligē
ter probat. nō videtur Bar. restagari
Iurisconsultus in dict. §. Titio genero:
verū sed cū ante nuptias lex quo planē
deducitur, legatū esse, non cōditionā
le, ubi pro dote legatur. Quia hæc iu
risconsulti responsio procedit, ubi le
gatur pro dote contractis iam sponsa
libus: quæ admodū explicatū Bal. in l.
si plures. nu. 26. C. de condi. insert. Imol.
& Cuma. in d. §. Titio. Idē Cuma. cōf.
107. quos tēctē sequit̄ est Emmanuel
ipse in dict. c. 22. num. 5. Sed & si lega
tū istud, de quo hæc agitur disputatio,
nō sit cōditionale, nec omnino purum,
sed modale: tunc profectō locus erit,
vt modo dicebā, illi controuersie, an
modus mixtus casus deficiens, faciat
deficere, ac resolui relictum. Etenim
cōmunis sententia probat, ex hoc
legatum non deficere, in d. ad legata
riū pertinere. Nam ita visum est glos.
in l. 1. C. de instit. & subst. & alijs, quo
rum opinionē cōmunem esse fatetur,
atq; ideo tenendā Alex. nu. 5. & Cor
ne. col. penult. in d. l. 1. idē asseuerat, &
cōcedit Corn. in l. 1. C. de his, quæ sub
mod. quæ probari videtur in l. 1. pater.
§. Tusculanus. ff. de legat. 3. l. Lucius. 2.
§. quisquis. in. 1. ff. de lega. 2. & in l. si Ti
tio. ff. de legat. 1. Hæc eadē opinio
etiam placuit Bar. in d. l. 1. C. de insti. se
cundū quam sententiã constat maxi
mus effectus, quod legatum pro dote
modale iudicetur. Sed aduersus hanc
opinionem cōmunē quidā tenuerūt,
præsertim Ange. Fulg. & Deci. nu. 11.
in d.

in d. l. i. C. de instit. Corne in dict. l. i. col. vlt. C. de his, quæ sub mod. cuius equidem quæstionis disputationem latè tradit Emmanuel à Costa in d. c. 22. num. 7. qui existimat, non satis responderi posse Papiniano, qui in d. §. Titio. vers. ante nuptias, inquit, mortuo Titio ante nuptias legatum manere penes hæredem testatoris. Quod Imol. ibi planè concedit. Et sanè qui Bart. intellectum in dicto. §. Titio. sequi velit, facillime communem opinionem defendet. Siquidè Bart. intellexit, Iuriscultum in dicto vers. ante nuptias, loqui delegato dotis conditionalis: & deinde in vers. Sed cum ante, speciem mutasse, & agere delegato modali, aut simpliciter puro. Quæ tamen interpretatio maximam habet difficultatem, idcirco modo communem opinionem admittimus saltem, ut eam in præxi seruadam fore admoneamus: Bartoli vero distinctionem non omnino probamus: deniq; opinamur, aptiorem esse intellectum ad respõsũ Iurisculti quem ex Bald. in dicta l. Si plures, adduximus: quanuis adhuc maneat in dissolutus obex, quem communi sententiæ obieciimus. Sed & si legatũ pro dote modale sit, non omnino purum, nec conditionale: id ad hæredes trãsmitti mortua puella ante matrimonium cõset Bald. Nouellus de dote. 6. part. priuileg. 76. nu. 2. Contrarium iure defendit Emmanuel à Costa: ac tenendũ esse in cõsulendo, & iudicando asseuerat in dicto cap. 22. num. 11. ex autoritate Pe-

tri, Cini. & Bal. in dicta l. generaliter. Baldi in dict. l. Si plures. nu. 25. Sensit Bart. in l. quibus diebus. §. Terminus. num. 13. ff. de conditio. & demõstra. ex quibus satis cõstat, legatum alicui puellæ pro dote, siue, vt nubat, relictum, etiã si modale sit, non trãsmitti ad eius hæredes, si ea mortua fuerit, antequam nupserit: imo si oblata cautione legatũ acceperit, id erit ea mortua ante matrimoniũ testatoris hæredibus restituendũ: in quo antiqui, & Iuniores cõueniunt, vt scribit Corne. in cõs. 229. nu. 4. lib. 4. Nã & si cõmunis opinio, cuius paulo ante meminimus, vera sit, & obtinet vbi casus contingit in psona alterius. l. si fundũ per fideicõmissũ. §. 1. ff. de leg. pri. Quod si legatarius ipse, cui modus personalis est iniuctus, decedat, modus omnino defecit, nec legatũ debetur: Quæ ad modũ deducit ex Bar. in d. §. Terminus. Soci. in l. si Titius statuas. nu. 8. Imol. in l. in testamento. 2. in princ. ff. de condi. & demonst. notant omnes in l. i. C. de instit. & substitu.

Secũdo apparet, legatum ita cõceptũ, Lego puellæ centũ, vt possit nubere, esse legatũ omnino purũ, & id trãsmitti ad puellæ hæredes, etiã matrimonio nõ secuto, nõ ad hæredes legatis, q; Bal. notat in d. cõs. 249. lib. 4.

Tertio inde cõstat, legatũ hoc de quo in hac parte agimus, purũ esse, & ad hæredes legataria, nõ ad hæredes testatis pertinere, etiã si matrimoniũ nõ fuerit secutum, quoties à testatore fit mētio de dotis causa, aut de matrimonio in ea parte testamēti, quæ ad exe-

Caput Tertium.

02
cutione legati, nō ad eius dispositionē
pertinet: sicuti probare conatur Ay-
mō Saul. in cōs. on. optim. tex. in cle.
1. de prebē. cuius mētionē fecimus in
rub. huius tit. par. 2. nū. 13. vers. 3. cōclu.

Quarto inferitur, legatū pro dote
puellae factum, purum esse, nō condi-
tionale, & ad hāredes legataria trās-
mitti, adhuc nō secuto matrimonio:
si iuxta cōmūne vsūm loquēdi in ea
puincia dos appelletur cuiuslibet puel-
lae patrimoniū, quod habet, ut mari-
tū adsequatur, notat Bar. in. d. §. Titio
genero, idē Bart. in cōs. 200. Laurus à
Palatijs in. d. tract. de statutis. col. 39.

Quinto inde colligitur, nēpē ex prae-
sumpta testatoris mente, legatum ali-
cui puellae relictū, ut ea nubat Titio,
nō deficere, etiā si Titius moriatur an-
te matrimoniū, si illa puella pauper
sit, ac velit alteri nubere. notat Bald.
Novel. de dote. 6. part. privileg. 76. ad
finem, quod secus erit, si ea puella di-
ues sit. argu. text. in. d. l. Titio. §. Titio
genero. & expressim scribit Bal. in. d.
l. legatum. C. de condi. insert.

Sexto, ex proxima illatione cōstat
in hac specie idē esse, si puella hāc ve-
lit religionē profiteri. tex. optimus in
auth. nisi rogati. C. ad Trebell. ex quo
nuptiarū cōditio obtinet in religionis
professione, etiā si certa nominetur
persona ad matrimonium modo illa
mōrtua sit, secundum Novel. in. d. 6.
part. priui. 77. q. si puella, cui legatum
est ante matrimoniū, mortē obierit,
pecunia legata, ut diximus, in simile
pium opus dotis ad matrimoniū car-
nale erit expēdenda, nō autem in do-

tem ad religionis professionē, nā id
esset contra volūtatem prae-sumptam
testatoris, quemadmodum Bal. sen-
sit in d. auth. nisi rogati. in quaestio-
ne de executorē testamentario. tenet
in hac specie Bald. Novel. d. priui. 77.
column. penult.

Septimo, illud in discrimē solet ad-
duci, quod Bart. in. d. §. Titio genero.
col. vlti. respōdit, legatū scilicet pro
puella maritanda, quae nubilis sit, sta-
tim ab hārede soluendū esse data cau-
tione, quod ipsa nubet, ac matrimo-
niū contrahet: nō enim tantū pro do-
te legatū hoc factum esse cēsetur, sed
& pro expensis faciendis in quærendo
marito, & in alijs, quae prae-mitti solēt
ad matrimoniū contractū. Hāc Bart.
opinionem sequuntur Bal. in. l. fanci-
nus. C. de nupti. & Laurus à Palatijs
in. d. col. 39. eam tamē improbat Pau-
lus Castre. in. d. §. Titio genero. ex eo
quod mēs & intētio testatoris fuerit,
hanc summā pro dote legatā expen-
di debere in ipsam matrimoniū dotē,
nō in alias nuptiarum expensas, sal-
tem nō in eam causam, quae precedere
plerūq; in cassum matrimoniū so-
let: nempe in quærendo marito.

Octauo, à mente prae-sumpta testa-
toris deriuatur generalis quaedam hu-
ius controversiae diffinitio, scilicet, le-
gatum hoc pro dote relictū statim an-
te matrimoniū deberi, & trās-mitti
ad hāredes legataria, etiā matrimo-
nio non secuto, quoties ex certis qui-
busdam coniecturis appareat legatē
hāc habuisse mentē, quod Bart. notat
in. d. §. Titio genero. per tex. ibi. vers. 1.
sed

sed cum ante nuptias, quem Doct. ibi sequuntur, & Aymon in d. consi. 101. Abb. cōsi. 92. lib. 2. vbi dicit, hanc opinionem cōmunem esse, quæ probatur in l. si extraneus. ff. de condict. ob causam, quam etiam tenuerunt Ancha. in cōsi. 242. Corne. cōsi. 40. nu. 15. lib. 4. sensu idem Corne. in l. 1. ad finē. C. de his, quæ sub mod. & consil. 311. lib. 1. nu. 14. optima glo. in l. 1. C. de instit. & substit. Areti. in cōsi. 93. col. 3. qua ratione in specie subinfertur, qd si pater relinquat filia, cui alioqui legitima portionē relinquere tenetur, cētū pro dote: tale legatū est purū, non tantū in eo quod legitimā attinet, sed etiā in eo quod ipsam legitimā excedit. ita Bart. cēset in d. §. Titio genero. cuius opinio videtur esse cōmunis: tamen si Bald. in consi. 249. lib. 2. teneat contra Barto. Cui deniq; maxime aduersatur tex. in d. §. Titio genero. vers. ante nuptias. in quo respōdetur, Titio ante nuptias defuncto, Sei; legatū nō deberi: & tamen Seiā erat filia testatoris.

Nono, subdeducitur ad effectū statuti dicentis, quod filia dotata existentibus masculis, nō succedat, filiam dici dotatam, quando pater ei relinquit mille pro dote: pater etenim ita legādo exercet actū paternum cōstituēdi dotem filia: atque ideo statuto satisfactum videtur, secundum Bart. in d. §. Titio genero. Bal. Nouell. de dote. 6. part. priui. 17. col. pe. & part. ii. §. hactenus. nu. 22. & est cōmunis opinio secundū eundem Nouell. parte. i. col. 4. & Albert. Bru. in tracta. de statutis excludētib. fœmi. in art. 6. q. 3. & q. 7.

quo in loco de veritate disputat asseuerās, contrariā opinionē iure veriorē esse, post alios, quorū expressim mētionem facit, sed pro Bart. est optima glof. in l. cum plures. §. pen. verb. alio patre. ff. de administ. tuto. quam ipse Bart. ibidem notat.

Decimo, ex præmissis apparet, in specie huius statuti, cuius modo meminimus, legatum à patre filia factū pro dote, non posse statim peti, nec purū esse, sed cōditionale: que admodū Bart. opinatur in d. §. Titio, non enim tenetur pater, stāte statuto prædicto, dare dotem filia, nec ei relinquere statim purē: sed satis est, quod dos detur eo tempore, quo matrimoniū contrahendum est. Verum quia Bal. in l. tan cimus. C. de nuptijs, contrariū tenet, idcirco Bart. sentētia potest cōmodē intelligi, vbi statutū diceret. fœminā extantibus masculis nō succedere, dotari tamen debere, quod si ita conceptum fuerit statutum, fœmina dotata non succedat extantibus masculis: tunc falsa est opinio Bart. siquidem dicta dotis qualitas adesse debet tempore, quo filia excluditur à successione: nec dotata dicitur ea fœmina, saltē vere, quæ dotem habet sibi sub conditione relictā, vnde in hoc casu aduersus Barto. tenuerūt Pau. de Cast. ibidē. & Alber. Bru. in dicto tracta. de statutis excludētib. fœminas. artic. ii. quæst. 3. eo tamē casu, quo vera sit opinio Bart. filia percipere debeat alimenta ab heredibus patris, interim dū matrimoniij conditio non euenerit, autore Salyceto in dicta. l. tan cimus. colu. vlti.

Caput Indicante.

Postremo, in hac questione, quam hic obiter examinauimus, adnotandum est legatum relictum pro dote puellæ adultæ, deberi ipso die quo matrimonium contrahitur, per legitimum consensum præstitum verbis, quæ de præsentis vulgo dicuntur: si autem legatum sit relictum puellæ impuberi, non debetur ei, donec ætatis nubilis sit, & matrimonium de præsentis contraxerit: sicuti Barto. explicat in d. §. Titio genero. colū. vltim. cui accedit Laurus à Palatijs in tractat. de statutis excludenti. fœmi. colum. 39. Tametsi Nouellus in dicto priuileg. 76. versu. primus. scribat, legatum impuberi relictum, ut nubat, ei statim deberi cautione data, quantum nondum sit nubilis ætatis. Cuius opinio refragatur his, quæ Barto. scribit. Nam & si in casu tradito per Nouellum constituamus, legatum esse sub modo, attamen non erit soluendum donec saltem in hac specie, puella sit nubilis ætatis ex argumento. l. nec semel. §. si in habitatione. ff. quand. dies legati cedat. tradit ex multis Emmanuel à Costa in dicto cap. 22. nu. 2. text. optimus in l. cum filium. ff. vbi pup. educari debeat. Erit etiam his addendum, quod ipse adnotauit in cap. officij. isto titul. num. 10.

12 Gl. in loco, scribit, legatum ad alicuius ecclesiæ constructionem non effici caducum, etiam si locus edificatio non fuerit designatus: quod doctores hic approbant, & dicit hanc glossam nota. Barto. in l. pater. §. Tusculanus. ff. de lega. 3. hoc ipsum probatur à Iurisconsulto in l. si cui. vbi Barto. ff. de annu. lega. idem Barto.

per tex. ibi in l. quidam. ff. de legat. 2. Barto. in l. ita stipulatus. 4. oppo. primæ partis. ff. de verbo. obliga. & ibi Alex. l. al. & Ripa. nu. 19. Roma. in auth. simili. C. ad l. Falcid. 27. speciali. quibus accedit ratio huius. c. & l. legatum. ff. de vsufru. legat. Cuius in præcedenti notabili mentionem fecimus.

EXCAP. INDICANTE.

- 1 Qualiter in hoc capite intelligentur illa verba, Nudis verbis. ut sit vendari.
- 2 Legatum relictum ecclesiæ diuæ Mariæ, cui ecclesiæ ex pluribus debeat.
- 3 In legatis cuius sit electio, legatarij an heredis.
- 4 In legato dubio an comprehendatur quod maximum, an quod minimum est, & quid in legatis. p. i. s.
- 5 Perpena. l. Titia. §. Seia. ff. de am. & argen. legat. ¶
- 6 Seruus. legatus fugiens, cuius indistincta, & sumptibus sui inq. uendus, ne. edis, an legatarij.

CAPVT INDICANTE.



1 Verba huius capitis sunt apud D. Greg. lib. Epistol. 12. Epistol. 30. ad Petrum subdiaconum Siciliæ, quæ si diligenter perpendaris, videbis non oportere nimis anxie perscrutari intellectum horum verborum, Nudis verbis: possunt enim intelligi nuda verba à testamento, ut Abb. & alij hic intelligunt magis communiter, ita ut hæc fœmina voluerit decedere intestata, vel nuda hæc verba dicuntur, eò quod hoc legatum fuerit factum absque scriptura. Io. Imol. Ant. & Barb. col. 1. Nuda etiam verba intelligo à solennitate iuris civilis, non à solennitate iuris Canonici. c. relatū. in. 1. c. cum esset. ist. ti. Sic etiam & quarto possunt hæc verba appellari nuda ab

da ab illis superstitiosis legādi modis, quos antiquū ius ciuile probauerat, quorūq; meminit. l. i. in prin. C. cō. de lega. §. sed olim. inst. de lega. vbi Theophil. prisca cuiusq; modi verba refert. Ex his igitur hoc caput intelliges: tam etsi glo. addiderit huic cap. similem iuris ciuilis decisionem in. l. si. C. de fidei com. & immerito: cū. l. illa habeat peculiarem, & frequentissimo Doct. calculo probatū intellectū, vt procedat, quādo hares cōuēt^o a legatario ex minus solēni testamēto, negauit factum fuisse legatū, & demū delato ei iuramēto opposuit legatū fuisse factū in volūtate min^o solēni: hoc etenim casu soluer cogit hēres legatū verē relictū, quāuis in testamēto minus solēni. ita glō. ibi. quā ei^o interptes passim approbāt, quod altius repētā. in. d. c. cum esses.

2 Glo. magna quērit, facto testamento, & relictis decem aureis ecclesie diuæ Marię, cui in eo loco sint tres ecclesie dicatę, cui earū debetur legatū? & respōdet, pauperiori: hoc tamē procedit, nisi ex aliquot coniecturis cōtrariū appareat testatē voluisse. Abb. Imol. & Doct. hic. Quid enim si vna ex his ecclesijs erat intra propriā testatoris parœciam. l. quę cōditio. §. fin. ff. de condi. & demonst. vbi Bart. aut in aliqua earundem ecclesiarum frequentius ipse solebat orare. arg. l. qui semis. §. fin. ff. de vsur. Quod si distingui nō possit ecclesia pauperior, nec illa, de qua testator senserit, scribit Cinus in. l. i. C. de sacros. eccle. legatū hoc tāquam incertum perire. l. si quis seruū. §. si inter duos. ff. de legat. 2. quod fal-

sum est, nā prēmissa lex non procedit in legatis pijs, sicuti in præcedenti capite diximus. Et ideo Holtiēs. Anto. Abb. Imol. & cōmuniter Doct. asserunt, Episcopum posse in hoc dubio legatū istud integrē cōcedere illi ecclesie, quā is maluerit eligere. ex. c. i. de parœcijs, tametsi Barb. hic. col. 3. opinetur esse hoc legatū inter prædictas ecclesias diuidendū æqualiter per tex. in cap. cum quis. §. i. de sepultu. lib. 6. Cuius opinio mihi iure verior videtur aduersus communem.

3 Eadem glo. quērit ad intellectum tex. qui meminit legati cuiusdā scutellę argenteę, quid si testator plures argenteas scutellas haberet, cui cōpeteret electio? & respondet electionē esse hāredis. l. legato generaliter. §. i. ff. de leg. i. vbi probatur, electionē hāredis esse, si testator legauerit incertū de certis: nempē Stichum seruum, cum plures Stichos seruos haberet, quod etiā notat Constanti. Harmenopulus lib. 5. tit. 10. Nam & idem est si legetur genus, & id non erat in hāreditate, licet secus esset, si ex eo genere aliqua esset in hāreditate (species quia tūc eligit legatarius, & erit ex eplū, si testator dixerit, Lego vnū de seruis meis. l. 3. ff. de vino, trit. & oleo legat. d. l. legato generaliter. §. generaliter. ist. de leg. notat Hēri. hic. quibus adiūgendum erit, eum, cui electio cōpetit, debere in eligendo æquitatem obseruare, ita vt hāres deterius non eligat, nec legatarius id, quod melius est, accipiat. Cōstā. Harmenopu. in. d. tit. 10. quod in. d. §. i. probatur. vbi glo. & Doct.

Caput Indicante.

& in. d. §. generaliter. scribūt hęc omnia in dubio procedere. Nam si verba executionis legati dirigantur ad legatarium, vel hęredem eius omnino erit eligendi ius. Cęterū, in alternatiuis legatis electio erit legatarij. glo. in l. Lucio. ff. de leg. 2. quam Imol. hic dicit notab. & magistrum. Ias. in. l. planē. §. si. ff. de leg. 1. ad finem. & in proprio loco sequuntur eam Bart. & doct. cōmuniter. Hęc autem omnia locū habent vbi electio datur legatario, vel hęredi in his rebus, quarū aliquam expedit potius nō habere. In his vero rebus inanimatis, quarum nulla inutilis est legatario, in legato dubio comprehenditur & legata cęsetur minima res. l. nū mis. ff. de leg. 3. l. apud Iulianum. §. scio. ff. de leg. 1. l. semper in obscuris. ff. de regu. iur. Imol. & doctor. in. d. l. legato generaliter §. 1. vbi Aret. col. 2. & 3. dicit hęc opinionem esse cōmunem: ex quo videtur huius gl. responsum falsum esse, nisi dixerimus in legatis pijs id comprehendēdi, quod maius sit, non q̄ minus. l. Titia. §. Seia. ff. de auro & argen. legat. vbi Bart. hoc notat. dicit illum tex. singu. Roma. sing. 515. idem Abb. hic fina. col. cui accedit Barba. nu. 12. dicens hanc opinionem esse cōmunem. Contrarium tamē conatur defendere & probare Deci. in l. semper in obscuris. & ante eum Bal. Nouel. de dot. par. 6. priuil. 73. Imol. & Ias. in. l. si ita sit scriptum. col. vlti. ff. de legat. 1. imō etiam in obscuris legatis pijs, quōd minimum est comprehendī: non autem quōd maximū est: quorum sententia probatur in. c. ex parte.

de censib. vbi votum soluēdi diuo Iacobo. & eius ecclesię ministris, vnam mēsurā tritici, intelligitur de minima mensura, nō de maxima, cessante cōsuetudinis interpretatione. nec Abb. intellect⁹ ad illū tex. placet, nec procedere potest, vt optimē animaduertit Deci. Cui etiā suffragat. d. §. Seia. pro cōmuni opinione passim adductus: quia ibi Argētea imago intelligitur legata ea ratione, q̄ in tēplo illo solum erāt aurea & argētea imagines. Vnde volūtas testātis ex ea cōsuetudine colligitur, nēpē testatorē ipsum voluisse argenteā imaginē legare, non autē aureā: quo fit, vt ibi potius probetur Decij & Nouelli sentētia, quā cōmunis: siquidē ex argēteis, & aureis imaginibus lex illa statuit argēteā deberi: libet tamen Iuriscōsulti verba referre. Seia testamēto ita cauit. Si mihi per conditionē humanā cōtigerit, ipsa faciā. Sin minus autem ab hęredibus meis fieri volo signū Dei ex libris centū in illa sacraede, & in patria statui cū subscriptione nominis mei. Quęsitū est, cū in eo tēplo nō nisi aurea aut argentea sint dona: hęredes Seię vtrū ex auro an argento, signū ponere cōpellendi sunt, an areū? Respōdi secundum ea, quę proponerentur, argenteū ponendum. Hactenus Iuriscōsultus, qui atēta hac illius textus lectione, nō probat cōmunē sententiam, quōd obiter adnotauit Carol. Moli. de contract. q. 20. nu. 212. Aliter tamen ex castigationibus Haloandri, & ex Pandectis Florentinis. l. illa legitur. Quęsitum est, cum in eo templo non nisi aut area,

aut

aut argentea tantum sint dona, hæredes Seixæ vtrum ex auro an argento signum ponere compellendi sunt, an æreum? Respondi secundum ea, quæ proponerentur, argenteum ponendum. Quæ lectione agnoscit Barb. hic. nu. 12 & cæteri, qui ex illo tex. communem opinionem deducunt. Hæc igitur sententia, vti frequentiori calculo recepta, erit in iudicio recipienda, licet res ista sit disputatione digna. Potest etenim caput illud ex parte, de cæsis, intelligi ex benigna interpretatione Rom. Põtifi. ne videantur personæ ecclesiasticæ inhiare lucris tẽporalibus tãquam exactores: cum illud votum factum ab initio fuerit gratuito à pluribus, qui proprio patrimonio id soluere debent.

6 Quærit præterea glos. seruo legato fugiente, an ab hærede, an legatario sit quærendus? qua in re primùm id constat, seruum legatum eo tempore, quo erat in fuga, quærendum esse industria & expensis hæredis. l. cum seruus. in princip. ff. de leg. 1. vbi glo. & hic idem notat: quod tamen est intelligendum, si seruus ita longe abest, vt si legatarij expensis quærendus esset, legatum esset inutile. Bart. Pau. & Alex. in. d. l. cum seruus. Abb. & doct. hic arg. l. si res. ff. de legat. 1. Secundo notandum est, eum seruum, qui post testamentum, & ante testantis obitum effectus sit fugitiuus, expensis legatarij quærendum esse. l. si seruus legatus. in principi. ff. de leg. 1. quia hæres rem legatam tradere tenetur eo loco, in quo à testatore relicta sit. Nec opinor teneri hæredem hoc in casu ad præstandam operam in quærendo seruo, ex eadem ratione:

cum & Constat. Harmeno. in Græca iuris ciuilibus Epitome. lib. 5. titu. 10. scribit in hac specie legatariu cogendum esse seruum legatum querere, non autem hæredem: tamen si glos. & doct. in. d. l. cum seruus. velint, hæredem expensis legatarij debere hunc seruum fugitiuum querere. Quod si seruus legatus fugam arripuerit post mortem testatoris sine culpa hæredis, cauebit hæres de restituendo eum legatario, si ad eius potestatem peruenit. glos. in. d. l. cum seruus. & hic. Nec tenetur præstare operam ad inquirendum eum seruum. Alex. in. d. l. cum seruus. Bart. Ange. & Imol. in. l. cum res. in prin. ff. de leg. 1. in hoc tamen diuersum notant Cuma. & Castrenf. in. d. l. cum res. dicentes, hæredem debere diligentiam & operam exhibere ad quærendum seruum, expensis tamen legatarij, quorum opinio deduci potest à l. seruo legato. §. fin. ff. de lega. 1. idem notat Bar. contra Accur. ibi in. l. si quis seruum. ff. de lega. 2. idem asserunt Aret. & Iaf. in. d. l. cum res. vbi Alex. Imolensis tandem fatetur hanc opinionem vulgo receptam esse.

E X C A P I T E F I
lius noster.

- 1 Re aliena legata, an presumatur testantem ex certa scientia eam legasse.
- 2 Testator legans rem, in qua aliquod ius habet, etiam eius obitu periturum, illud ius legare censetur.
- 3 Legatum rei hæredis quem effectum habeat.
- 4 Legatum rei aliena, etiam ab ignorante relictu con sanguineis, & coniunctis, effectum habet.
- 5 Legatum rei ecclesie anteneat, & possit effectum sortiri, & quid de legato rei dotalis.
- 6 An sit hac in re discrimen aliquod inter ius caponcum, & civile.

Caput Filius noster.

- 7 *Nec iure civili, nec canonico res aliena tradi debet ab herede legatario, invito domino.*
8 *Communis huius capitis intellectus.*
9 *Verus huius capitis intellectus.*

C A P U T F I L I U S N O S T E R .



Vius decretalis autor est diuus Gregorius libro Epistolarum. 7. Epistol. 4. ad Episcopum Messallinum. Cuius interpretationi præmittendum est, rem alienam legari posse iure civili ad hunc effectum, vt si testator sciens eam rem alienam esse, legauerit eandem, hæres cogitur vel rem emere, & eam tradere legatario, vel eius æstimationem ei soluere: sed si testator ignorauit rem legatam esse alienam, quippe qui existimabat propriam esse, legatum non debetur, etiam quoad æstimationem. l. cum alienam. C. de lega. Regia. l. 10. titul. 9. parti. 6. Constanti. Harmeno. lib. 5. titul. 10. ipse verò legatarius tenetur probare sciētiam istam testatoris: nam in dubio præsumendum est, ipsum testatorem credidisse rem illam propriam esse. §. nō solum autem. & ibi Theophi. in l. de legat. glo. hic verb. alieni. dicta Regia. l. 10. Potest tamē scientia præsumi aliquot coniecturis, nempè si testator rem illam ex proprio facto adquisiuit. Cinnus, Bald. & alij communiter autore Ias. in. d. l. cum alienam. idem notat Barb. hic. num. 12. quod ipse existimo relinquendum esse arbitrio iudicis, ex notatis per Imol. in. l. si domus. §. 1. colum. 3. ff. de legat. 1.

Cæterum, si quis rem legat, in qua habet aliquod ius, vel partem aliquam, scienter, censetur legare illud ius, vel illam partem, quam ipse habet, nec debetur totius rei æstimatione. l. serui electione. §. penul. & ff. de legat. 1. d. l. si domus. §. si. gloss. & docto. in. d. l. cum alienam. docto. hic. Sed & si testator putaret totam illam rem esse alienam, atq; eam legaret, totius æstimatione esset legatario soluenda. Paul. Alexan. & docto. in. d. l. serui electione. §. fina. ex quibus constat, legata re aliena scienter in qua testator ius pignoris habebat, solum censi legatum ipsum ius pignoris. Abb. hic. 2. col. Vnde ad primam partem huius text. glo. hic non aptauit congruè exemplū. Hinc etiam deducitur, legata re aliena ab eo, qui eam esse alienam sciebat, & ipsum in ea habere ius quoddam eius obitu periturum, id tantum ius legato comprehendendi. l. vxor patru. C. de legat. 1. quod in rerū. §. 1. ff. de leg. 1. vbi Alexā. alios adducens hanc opinionem probat, & post eum Ias. ibi. Barto. vtrobiq; & ad idē facit. l. Stich. ff. de usufruct. lega. Bald. in. l. 1. col. 3. C. de sacro san. ecclesi. Alex. consi. 19. volu. 6. col. fin. quorū opinio cōmunis est, sicuti asserunt eam secuti Corne. consil. 84. vol. 2. colū. 2. Ias. in. d. l. vxor patru. idē Ias. consi. 109. volū. 1. Soci. Iunior consi. 74. vol. 1. num. 26. & sequentibus. dicens, hoc ipsum procedere, etiam si legatum fiat coniunctæ personæ, & addit hoc esse cōmuniter receptum. & idem notauit Ias. in dicta. l. quod in rerū. §. 1. notabi. 1.

Hæc

Hæc tamen sententia celiat si testa-
tor addiderit, velle omnia cōtenta in
suo testamento effectum sortiri, vel
onus aliquod legatario adiecerit: his
etenim coniecturis præsumitur, testa-
torem ipsius rei æstimationem, vel
ipsam rem legare voluisse. quod no-
tat Alexand. cōsi. 9. vili dicto thema-
te. volu. 2. ad finem.

3 Porro si testator legauerit rem hæ-
redis siue ignorāter, siue scienter, lega-
tum omnino debetur, quia testator
ita potest rē hæredis legare, sicut pro-
prium posset. l. vnum ex familia. §. si
rem. ff. de legat. 2. etiam iure Pontifi-
cio. Innocen. hic, quem sequitur Ias.
in l. hæredē. C. de fideicō. & idem erit
si testator legauerit rem subiectam re-
stitutioni ipsi hæredi. l. filiusfamilias.
§. cum pater. ff. de legat. 1. modo hæ-
res sit institutus in aliquot bonis vltra
legitimam: nam si filius sit tantum in
legitima institutus à patre, non pro-
cedere legatū extraneo factum, quo
res ipsius hæredis comprehenditur.
ex l. quoniam in prioribus. C. de inof-
fi. testament. vbi Roderi. Suarez in. 7.
amplia. speccatiū scribit, Filiū primo-
genitū hæredem institutum à patre vltra
legitimam, & rogatum secūdo ge-
nito tradere aliquā rem, quæ ipsi pri-
mogenito erat restituenda post mor-
tem patris, debere eam rem dare, idē
probat text. in. d. l. vnum ex familia. §.
sed si vno. qui text. & alij ad hoc addu-
cti procedunt, quoties res legata est
ipsius hæredis, vel ei restitui debet iu-
re fideicōmisi. Sed si res illa esset pro-
hibita alienari, & vinculo maioratus

subiecta, quicquid scripserit Roderi.
ipse censerem, hæredem teneri ad æsti-
mationem: quia res alienari non po-
test. Forsan tamē, nisi aliud ex mente
testantis constaret, hoc legatū posset
intelligi quoad id, quod hæres in re ha-
bet, nempè vsumfructū: nisi & hæres
ex hoc propter legem instituentis ma-
ioratum rem illam foret amissurus.
Hæc tamen temperanda sunt ex l. im-
perator. ff. de lega. 2. & his, quæ statim
dicemus. num. 5.

Quin & si testator in re legata, quæ
hæredis est ius aliquod vel partem ha-
beat, legatū omnino quoad totā rem
effectū habet. l. cū filius. §. Dominus.
ff. de legat. 2. vbi Bart. & doctor. dicit
illū text. singu. Roma. singu. 73. idem
approbant Ancha. & Imol. hic nu. 18.
Corne. cōsi. 84. volu. 2. col. 2. & est hæc
cōmunis opinio, teste Ripa in. l. serui
electione. §. si. num. 13. ff. de legat. 1. ibi
tamen Soci. reprobabat hanc opinionē,
& Alex. Ias. num. 20. ac ipse Ripa du-
bitant ex eo, q̄ in. d. §. Dominus. Bart.
opinio non probetur. Mihi tamen
placet sentētia cōmunis, nisi testator
dixisset, Lego rem meam, tunc enim
legare videtur partem, quam in illa re
habet. Bartol. & post alios Ias. nume.
20. in. d. §. si. idem Ias. in. d. l. cum alie-
nam. C. de legat. col. final.

4 Verum si legatū rei alienæ in cōsan-
guineum, aut coniunctam personam
conferatur, etiam ignorāte testatore,
valet omnino, & debetur vel ipsa res,
vel eius æstimatio. Nam & si testator
sciret rē illā esse alienā, nihilomin⁹ vel
illam legaret, vel eius æstimationem,

Caput Filius noster.

aut similem quãritatem. d. l. cum alienam. quòd locum habet, nisi testator tempore quo legatum fecit, credidisset rem legatã ad se pertinere titulo aliquo speciali, qui tamen iam extinctus erat. l. Stichus. ad finem. ff. de usufru. lega. vbi glo. & Bart. glo. singu. secundum Paul. & Alexã. ibi in. l. si domus. §. i. ff. de legat. i. Paul. & Ias. colũ. 2. in dicta. l. cum alienam. Corne. consi. 32. volu. i. col. i. & final. dicens hanc opinionem cõmunem. videtur enim rem illam legasse testatorem, potius quod habere se crederet, quã quod onerare hæredes voluerit. Igitur si is titulus, ex quo verè, & in specie res legata ad testantẽ pertinebat, iam tẽpore testamẽti in scio testatore cessasset, legatum relictum cõsanguineo penitus euanescit: id etenim quod dicitur legatum rei alienæ, etiam ab ignorante dimissum cõiunctis, validum esse, procedit vbi testator simpliciter rem legatam credebat esse propriã. Secus verò si respectu alicuius causæ iam extinctæ existimasset propriam esse.

Hæc tandẽ omnia eò tẽdunt, vt ex iure ciuili satis cõstet, legatum rei alienæ scienter relictũ, saltem quoad æstimationem validum sit. Cur igitur diuus Gregorius in hoc capite contrariũ respondit? oportet igitur huius responsi rationes expendere ad huiusce rei verã & perfectam cognitionem.

5 Primo, hic tex. intelligitur quãdo legatur res aliena, quæ est alicuius ecclesiæ: tunc etenim legatũ nõ habet effectum, etiam quoad æstimationẽ. glo. in. c. si episcopus. 12. q. 5. Cõstat autem

testatorem, cuius hic meminit Gregorius, legasse ecclesiæ Messalinæ, præter alia puerum, quierat cuiusdã ecclesiæ dicecese os Consentinae, ex eiusdẽ Gregorij Epistola. 4. libro. 7. vt erret manifestè Ias. in. d. l. cum alienam col. 4. hunc intellectum diuinationẽ quãdam esse professus: eandem interpretationem probant Innoc. Anto. Ancha. & Imol. Barto. & Albc. in. l. apud Iulianum. §. constat. ff. de lega. i. à qua lege deduci potest ratio huius cõclusionis: siquidẽ ex ea, legatam rei quæ alienari nõ potest, minimè valet, etiã quoad æstimationem: res autem ecclesiæ alienari non possunt, vt constat. Igitur legatum rei ecclesiæ non valet, nec quoad æstimationem. idem notat Paul. in dict. l. cum alienam. vbi Corne. asserit hæc opinionem cõmunem esse. Quin & Fortunio in tracta. de vltimo fine. illat. 12. placet isthęc opinio, licet dicat ipse eã iure procedere, minimè tamen aptari huic capiti, quod illa vtitur ratione: sed quia lege Dei, non autem lege huius seculi viuimus: his enim verbis nõ cõsiderat Romanus Pontifex rem legatam esse ecclesiæ, sed rigorem iuris ciuilis refellit. Nisi dicamus, res ecclesiarum nõ esse iudicandas lege huius seculi, id est, iure ciuili, sed lege Dei, id est, iure canonico, vel lege Dei viuimus, secundum quã nõ oportet aliena detinere, nõ lege seculi, id est, non assumpta occasione à lege seculi malè, & perperã intellecta. Verum hic intellectus Innocẽ. & Bart. euertitur ex eo quod res ecclesiæ possunt alienari, adhibita iuris canonici

nōtici solēnitatē. c. sine. exceptione.
 12. q. 2. quāuis prohibītū sit eas alienari.
 ri. & tamē legatū rei quæ alienari po-
 test, licet difficilis sit ipsa alienatio, va-
 let. d. l. apud Iulianum. §. constat. ergo
 legatum rei ecclēsiæ habebit omnino
 effectū quoad æstimationem ab hæ-
 rede soluendam. Præterea legatum
 rei alienæ quæ dotalis est, ex eadē ra-
 tione præfati. §. constat. valet quoad
 æstimationem sicuti notat Paul. Alex-
 xan. Areti. & Ias. in d. §. constat. Bald.
 Nouel. de dote. parte. 7. priuileg. 22.
 Bar. in l. dotalē. ff. de testament. mi-
 lit. cōtra glo. ibi. quam communiter
 reprobant asserunt Paul. Alexā. & Ias.
 in dict. §. constat. col. penult. Quin &
 Fortu. in dict. l. 12. hāc opinionem
 cōmunem sequitur. Et idē est ex cō-
 sensu omnium si legatur res minoris.
 Hæ verō res, & si difficilis sit earum
 alienatio, legari possunt ab eo, qui ea-
 rum dominium nō habet. Cur ergo
 res ecclēsiæ diuerso iure censentur?
 Nec oberit inductio legis apud Iulia-
 num. §. constat, nam ille tex. loquitur
 quando legatur res aliena, quæ ven-
 di non potest sine cōsensu Principis,
 qui eum cōsensum minimè præstare
 solet, vt ipse paragrahus probat. &
 nos id notauimus in epitome de spō-
 fa. 2. parte. capit. 3. num. 8. Imò aduer-
 sus hanc Innoc. opinionem est opti-
 mus tex. in cap. si episcopus. 12. q. 5. ex
 concilio Agathensi cap. 51. quo fit, vt
 legatum rei alienæ, etiam quæ sit ec-
 clēsiæ, à testatore sciēter relictum, va-
 lidum sit quoad æstimationem. Ho-
 stien. Ioan. Andre. Abb. & Barba. hic

idem Abb. in repe. capit. cum esse. isto
 titul. num. 18. Paul. Areti. Alexā. &
 Ias. numero. 24. in dicto. §. constat. di-
 cēs hāc esse cōmunem opinionem
 apud iuris ciuilibus professores. Bald. in
 dicto. l. cum alienam. & ibi Ias. dicens
 hanc esse communem col. penult.
 idē refertur eam secuti Cornei. con-
 sil. 2. vlt. p. col. 2. Curti. Junior cō-
 sil. 30. col. 2. Nec arbitror priorem
 sententiam esse communem, etiam
 si Cornei. se frageat. in consilio 20
 bo. se cū dicit huius capituli sensus est,
 vt iure ciuili legatum rei alienæ à testē
 vel relictum, valeat quoad æstimatō-
 nem factam. At iure Canonico, nec
 quoad æstimationem gl. hic. & in d.
 l. cum aliena. Imol. & Abb. hic. idē
 Abb. in cap. cum esse. isto titul. in re-
 peti. num. 19. Alexan. & Ias. in dicto. l.
 cum aliena. Roma. in auct. similiter.
 C. ad l. Falci. 16. speciali. qui omnes à
 verbis huius tex. cōtāt hanc distin-
 ctionē iuris canonici à ciuili deduce-
 re. His verò aduersatur tex. in d. c. si
 Episcopus. 12. q. 5. vbi legatum rei alie-
 næ valet, si eius æstimatio dño solua-
 tur, aut alia res eidetur eiusdem valo-
 ris. Præterea hæc differētia inter ius ca-
 nonicum & civile, si ex hoc capite ad-
 mittēda est, nō alia ratione probatur,
 quā quod lex ciuilibus iniusta sit, vt pa-
 tet in textu: si verò ciuilibus lex est iniu-
 sta, nec legis nomē habere debet, nec
 in republica ciuili est seruāda. c. erit au-
 tē lex. 4. d. c. si. de præscr. l. conuenire.
 ff. de pac. dotali. hoc autē absurdū est:
 cū lex hæc ciuilibus iustissima sit: siquidē
 testator sciēs rem, quā legat, alienam
 esse,

Caput Filius noster.

esse, apertissimè exult, vel illā rem ab
 hærede emi, vel domino nolēte eam
 incedere, æstimationem eius legatario
 solui. l. cum re. & l. proprias. C. de le-
 ga. nulla ergo iniquitas tractatur à le-
 2 go, quæ ultimam testantis volūtatē
 seruari ad vnguem studet. Nec domi-
 no rei iniuria fit, nam is iniuitus vēde-
 re nō cogitur, vt patet. Ex quibus ne-
 minem licet ita audacē, ac proteritiū
 esse, vt sanctissimas leges in Reipubli-
 cæ utilitatem institutas, iniustas hūc à
 Gregorio decerni, profiteatur, quod
 & Fortu. optimè demonstrat in dicta
 illat. 12. Vnde hic intellectus secūsus
 etiam Barba. hic displicet, & cōmuni-
 ter reprobat, teste Corne. dicto cō-
 3 si. 32. col. 2. 4. vol. licet obiter Feli. cum
 receperit in b. ecclesia sanctæ Mariæ.
 de constit. num. 32. *l. a. et mun. in q.*
 10. Tertius intellectus hui' capitis est,
 7 vt licet iure civili res aliena scēter le-
 gata possit licitè ab hærede eā possi-
 dete tradi legatario, & ad id hères te-
 neatur: iure tamē canonico non tene-
 tur: nec potest hères eā legatario tra-
 dere: imò est illicita traditio, nec tri-
 buit ius vsucapiendi rem ipsi legata-
 rio. Ita Imola. 4. col. & ibi Areti. in. d.
 l. apud Iulianum. §. constat. qui tamē
 allucinatur: nullibi enim iure civili
 hæc traditio rei alienæ, quāq; hères
 scit alienam esse, approbatur, nec lici-
 ta cēsetur iniuito domino: atq; nihilo-
 minus si facta fuerit traditio, ius cano-
 nicū non vetat legatarium eam rem
 vsucapere posse bona fide. cap. fin. de
 præscriptio. Vnde hæc interpretatio
 Imol. & Areti. admittenda non est,

quippe quæ à vera vtriusq; iuris ratio-
 ne sit deuiata.

Quartus deniq; intellectus huius. c.
 est, vt nihil in eo diuersum à iure ciui-
 8 li statutū sit. Sed id tantum in eo prohi-
 beri, ne res aliena iniuito dño prætex-
 tu legatiæ legatario detineatur: legata-
 rius enim domino petēti, cogi debet
 eā statim restituere, licet ab hærede
 possit eius æstimationē petere ex iu-
 ris ciuilis decisione, atq; hūc tēdit to-
 ta diui Gregorij Epistola. quod glos.
 hic sensit. Barb. etiam. 2. lectione. Ci-
 nus, Salyc. & Paul. in dicta. l. cum alie-
 nam. Corne. consi. 32. volu. 1. col. 2. di-
 cens hūc sensum cōmunem esse, quæ
 in effectu probat Fortu. in dicta illat.
 12. Difficile tamen est intelligere, quā
 ratione diuus Gregorius in hac respō-
 sioe iuris ciuili meminerit, quasi eius
 voluntati ac legi diuinæ repugnāti.
 Et Ioan. Annibal. in. l. naturaliter. ff.
 de vsucap. nu. 142. scribit voluisse Ro-
 manum Pontificē rem alienam lega-
 tam minimè detineri iniuito domino
 à legatario, sed eam statim restitui, id
 quæ iustū esse ex lege diuina, quæ alie-
 na restitui dicit manifestè: & ideo le-
 ges ciuiles minimè posse hanc restitu-
 tionē impedire, nec huic obesse ius-
 sioni: non tamē ex hoc easdem leges
 quoad æstimationem improbat Pa-
 pa. Fortu. in. d. illat. 12. ad idem scribit,
 Romanū Pontificem noluisse legem
 ciuilē retractare, nec iniquam decer-
 nere: sed quia dic. lex adducebat ad
 defensionem legatarij iniquè obtinē-
 tis rem alienā, facili respōso eam di-
 hui Romanus Pontifex, dicens, eam
 legem,

9 legem, etiam si expressim id sanxisset, nõ debere impedire restitutionẽ, quæ fieri debet ex lege diuina. Addit his Fortu. istum hæredem hic conueniri ab ecclesia domina rei legata, vt saltẽ æstimationem sibi solueret, cum non posset à legatario rem obtinere. Sed si iure canonico hæres tenetur æstimationẽ soluere, & hæc ab eo petebatur quæ, obsecro, iniuriam patiebatur hic hæres, vt grauem quærelam ad Romanum Pontificem deferret.

Quãobrem, ni fallor, existimo ecclesiam rei legate dominã, ipsam rem perijisse ab ecclesia legataria, hæredẽ vero cõqueri ex eo, quod ipse tenebatur ecclesie, cuius erat res legata, dantim resarcire, casu, quo propriam rem nõ obtineret, vel quia nolebat soluere æstimationẽ rei legate ecclesie legatarie, quæ falso & iniquẽ à iure civili perperã intellecto occasionẽ capiebat detinendi aliena: nec iure tenebatur æstimationem soluere hæres, cū non constet à testatore sciente rem alienã legatam fuisse. Quin & si constaret scientia testantis, diuus Gregorius in dicta Epistola absoluit hæredẽ hunc à solutione æstimationis rei legate ex eo, quod in pretium sepulchri ecclesiastici legata esset, & ab eo, qui filios hæres instituerat, quibus nõ admodum amplum & pingue patrimonium reliquerat. Ex his igitur potuit Romanus Pontifex animũ inducere, vt hoc alienæ rei legatum execraretur, id quæ etiam quo ad æstimationem irritum decerneret, quod ipse animaduerti ex præfata Epistola: qua exactẽ, ac dili-

genter perfecta non possum mihi persuadere in hac ipsa huius capitis specie ab hærede deberi legatario estimationem rei alienæ legate, etiam scienter. Item, minime opinor etiam iure civili legatarium possessorem rei alienæ sibi legate, ex traditione hæredis, posse eam retinere, donec estimatio sibi debita ab hærede solvatur, quæ apud Barbati. hic vñ decimo intellectu contrarium asserat.

- E X C A P I T U M
Si hæredes.
- 1 Ad civilem iudicem etiam pertinet cura de ultimis voluntatibus executorum.
 - 2 Quilibet potest iudicem adire, vt legata pia soluantur, & effectum habeant.
 - 3 Testamentum apud quem iudicem sit infinuandum.
 - 4 Potest Episcopus intra tempus arbitriũ etiam ante annum cogere executores vel hæredes, ad exequendam ultimam voluntatem.
 - 5 Quam poenam patitur hæres, qui soluere neglexerit legata pia.
 - 6 Quæ poena sit statuta aduersus eos, qui negligunt soluere, aut exequi legata profana.
 - 7 Perpenditur intellectus text. in authen. hoc amplius, C. de fideicom.
 - 8 Poena authen. hoc amplius, an sit statuta ipsorum.
 - 9 Filius non exequens voluntatem patris quoad pia legata, an amittat legitimam portionem.
 - 10 Intellectus. cap. lucet. de voto.

C A P V T S I

hæredes.



Ræter alia, quæ circa executionẽ ultimarũ voluntatũ scripsimus in cap. 3. huius tituli, illud hic adnotare libet, & necessũ est, non tãtum ad Episcopũ pertinere curã hæc exequẽdi extremã morien-

Caput si hæredes.

morientium voluntatem, ita ut hæredes, aliove testamentarios executores moneat, & compellat executionis officium peragere, quod hic probatur, & in. c. tua. & in. c. Ioannes. ist. tit. Verum etiam iudicem civilem eandem facultatem habere adhuc in legatis pijs: hoc etenim munus est mixti fori. Abb. & Barb. hic col. 1. & 2. text. in auth. de ecclesi. titul. §. si quis autem ædificationem. colla. 9. melior in. l. hæreditas. ff. de peti. hæredi. quem hic dicit sing. esse Barb. col. 2. imò ex eo probat, nemine petente officium iudicis exerceri posse circa executionem legati pietatis causa relictæ. Rom. in auth. similiter. C. ad. l. Falcidi. speciali. 2. 20. vltimarum voluntatum. Hinc deniq; permissum est omnibus hominibus petere ut legata pia solvantur, atque executionem deducantur, si viderint aduersus testatorum voluntatem, vel ex hæredis, executoris, aut certè iudicis segnitie quidquam attètari. text. optimus. in. l. nulli. in fin. C. de episcop. & cleri. & in dict. auth. de ecclesi. tit. §. si autem qui hoc facere. quæ dixit sing. Areti. in. c. cū olim. de testib. & Rom. consi. 69. Regia. l. 7. titu. 10. par. 6.

3 Ex eadem ratione & insinuatio testamenti fit, ut quæ semel apud iudicem comperta fuerint, nō possint vllō modo interuerti. l. repetita. C. de episcop. & cleri. l. consulta. C. de test. quæ quidē insinuatio potest fieri apud iudicem ecclesiasticū, licet testamentum non sit in piam causam conditū, argumento sumpto ab hoc capite. Imol. in. c. fina. de fide instru. vbi Ant.

& Feli. dicens hanc opinionem communem esse. num. 3. glossi tamen hic verbo, ab episcopo diuersam probat dicens, testamenta insinuanda esse coram iudice seculari, q̄ procedit quando testator erat laicus & minime compertum est an testamentum sit pietatis causa factum. Barb. hic. num. 10. Io. Andr. & Abb. in. d. c. final. Aufreri. in cle. 1. de offi. ordi. reg. 2. fallent. 11. etiam si hæres in eodem testamento institutus sit clericus, secundum eosdem, quorum opinio mihi videtur magis communis, & Regia. l. probatur. l. 4. tit. 2. lib. 5. in ordi. Regijs. idem notant Bal. & Corn. in. l. omnia testamenta. C. ist. titu. idem Bald. in auth. clericus. & in. l. repetitas. C. de episcop. & cleri. Guili. Benedi. in. c. Rainuntius. eo. tit. verbo, & uxorem. num. 420.

Eadem verò gl. sensit hanc curam, ut testamēta executioni tradatur Episcopo incumbere, etiam si legata non sint pia, & id in hoc text. probatur, & communiter receptum est, ut fatentur Cardi. & Barb. hic. num. 3. Ant. in c. Ioannes. ist. titul. quam opinionem communem esse asserit Alexan. in cōsil. 239. libr. 6. colū. vltim. eam secutus: tamen si aduersus hanc sententiam disputet hic Barba.

Cæterum, ad huius. c. intellectum duo tractanda sunt. Primum, an Episcopus ante annum datum executioni possit cogere hæredes, aut executores testamentarios exequi vltimam voluntatem. Secundum, qua pœna puniatur hæres, aut executor, negligens executionem peragere intra tempus à iure

à iure diffinitū: quod tractat tex. in authē. hoc amplius. C. de fideicom. quē Bernard. hic adducit. Quoad primū igitur proponimus assertionem posse episcopum intra quinque mēses, aliud uē tempus arbitrarium cogere hæredes & executores testamētarios vltimam volūtatem ad executionē deducere, per censuram ecclesiasticam, vel per interdictū administrationis bonorum defuncti. tex. optim⁹ hic, ex quo præcipuē hæc assertio colligitur, etiā quoad legata profana. glo. Abb. col. 1. Imol. col. 3. Barba. nu. 8. & Card. hic. & id cōprobat a. l. si domus. §. in pecunia. & l. cum res. ff. de leg. 1. quibus apparet hæredem debere cum primū potuerit exequi ea, quæ testamento sposita fuere. Nam textus in authen. hoc amplius, annum concessit, vt eo lapsō hæredes puniantur, vel vt executio ad Episcopū deuoluatur, ex iure canonico, & ciuili: & id ex eo etiam comprobatur, quod Episcopus potest propria constitutione excōmunicationis pœnam statuere contra executores negligētes in vltimarum voluntatum executione. Frederi. consil. 95. Roma. consil. 228. Latius Boteus in tractatu de Synodo. 3. parte. articulo. 1. nume. 172.

Circa secundum sit prima cōclusio.

5 Hæres negligens exequi, & soluere legata pia intra sex mēses, in pœnā cogitur legatū reddere cum omni emolumento, quod ex eo potuit percipi à die mortis testatoris: tex vero menses ab insinuatione testamenti computātur. tex. in authen. de eccles. tit. §. si au-

tem legatū. collat. 9. dixit singu. Bald. in cap. ad nostram. de iureiuran. col. 2. notant Abb. Imol. col. 2. & Barb. nu. 8. hic, & optimē Constant. Harmenopulus in epitome iuris ciuilis. lib. 5. tit. 10. cap. de legato pio. dicens, hæredē negligentem per annum soluere legatum factum ecclesiæ ad duplum posse conueniri, quod arbitror notandum esse ad tex. in. §. ex maleficijs. §. item mista. de actioni. vbi duplū soluet hæres, qui distulerit legatū ecclesiæ, aut loco pio soluere, donec apud iudicem cōuentus fuerit: qua in re forsan errat Harmenopulus. Quod si hæres præmissa bina admonitione facta ab episcopo per publicū nuntium, aut Episcopi œconomō, legata pia exequi neglexerit, etiam ante annum, priuatur cōmodis ex testamento ei delatis. tex. in dicta authenti. de eccles. titu. §. si autem qui hoc facere iussi sunt. Imol. hic. 2. col. Barto. Salyce. & Docto. in authē. hoc amplius. idem probat tex. in authen. licet. C. de episco. & cleri.

6 Secunda conclusio. Hæres aut executor testamentarius semel monitus non tradens executioni extremā defuncti voluntatem, amittit omne lucrum ex hæreditate, vel testamento sibi competens. authen. hoc amplius. C. de fideicom. Regia. l. fin. tit. 10. partit. 6. ita, vt hæres etiam prælegata amitrat. Bald. & Alexan. in. l. qui filia bus §. fina. ff. de legat. 1. Est autem maxima dubitatio, an præfata monitio fieri debeat ab ipso iudice, vel sit satis hæredem admoneri per nuntium publicum. Et Paul. Castrensis, Angelus,

De testa. H & la-

Caput Hæredes.

& Iason in dicta authentica, hoc amplius. 2. colu. asserunt ad pœnam illius autheti. exigi necessario, vt ipsemet iudex hæredem aut executorem admoneat, ita vt non sit satis eos per epistolam, aut nuntium literas uè admoneri, quod probatur in dicta authentica, hoc amplius, dum dixit, monitus à iudice, idem notauit Angelus in authē. de hæredi. & falci. §. si quis verò non implens. collat. 1. Guili. Benedi. in cap. Rainuntius. isto titu. verbo, absq; liberis. in. 2. nume. 199. quibus ipse minime assentior, tantum abest, vt eos sequar, quippe qui legerim in dicta authentici. de hæredi. & Falcidi. §. si quis autem non implens: à quo assumpta fuit breuis decisio authē. hoc amplius. hanc admonitionem decreto iudiciario fieri debere: non ergo ab ipso iudice: satis enim est eius decreto, aut literis fieri, quod glos. probat in dicta authē. §. illud quoq; verbo, decreto. quam dicit singu. Corse. in singu. verbo, citatio. & Ange. in dicta authentici. hoc amplius, idem adnotauit Francis. Balduinus in. d. authē. de hære. & Falci. verbo, decreto iudiciario. Nec Regia. l. si. titu. 19. part. 6. iudicis mentionem fecit in hac monitione. Verum, quia quisquis is est, qui Iustiniani nouellas codici inseruit concilè nimis, & quandoq; peruersè eas in illam epitomen reduxit, hic oportet prædictam Iustiniani sanctionē adscribere ex ipsa Nouellarum prima constitutione ab Holoandro in Latinum sermonem è Græco traducta. His autem à nobis deffinitis sancimus, vt his, qui vel hæ-

redes ab aliquibus scripti sunt, vel fideicommissa, siue ea vniuersorum bonorum, siue specialia sunt, aut legata meruerunt, omni modo necessitas incumbat implendi eius, quod testator, aut qui legato eos honorauit, constituit: modo quod iniunctum est, legitimum sit, nec vlla id lex prohibeat, aut vt maximè honoratus facere omittat, raturum nihilominus fore expressis verbis demonstrat. Si quis autem quod à testatore dispositum est, non impleat, sed dum quod iussus est facere, recusat, decreto iudiciario admonitus per integrum annum ea, quæ honorato relictæ nomine cõpetunt, extraxerit, siquidem ex illorũ numero est qui necessario aliquid lege capiunt, in maiorem autem partem, quã lex requirit, hæres scriptus est, tantum capiat dumtaxat, quantum illi in rationem trientis iure successions ab intestato lex dari concedit: quod reliquum est, id totum auferatur: & siquidem alij hæredes scripti existunt, ad crescat illis pro ea parte, quæ cuiq; in institutione attributa est. Quod si nemo alius hæres existat, aut qui scripti sunt, hæreditatem fortè non adeunt, tunc quod aufertur, adijciatur reliquis rebus, nec non legatarijs, fideicommissarijs, & seruis libertate donatis, copia sit adeundæ, & adquirendæ eius hæreditatis: vt tamen modis omnibus imperata faciant, videlicet, cautione prius ab eis prestanda, prout vel rerum, vel personarum ratio admiserit, omnia se perceptis rebus facturos, quæ testato-

res rectè voluerint. Enim uerò si nemo eorū, quorū in testamēto habita est mentio, hoc est, nec cohæres, neq; legatarius, nec fideicommissarius, neq; seruus libertate donatus adire uoluerit, tunc post eum, qui scriptus quidē hæres, in legitimam uero dūtaxat partem per hāc legē cōclusus est, ad alios quos ab intestato lex uocat, bona deferatur, ut consimiliter cautionē dent se cōpleturos, quæ testamēto sunt cōprehēsa. Hactenus Iustiniani Nouella, quæ uberrima oratione prosequitur ea, quæ in authen. hoc amplius. diminutè tradūtur. Id uero, quod in authē. hoc amplius. dicitur, hæredē minime exequētem iudiciū defuncti lege representatū, nō incidere in hanc pœnam, ita intelligendū est, ut iudicium representatū dicatur circa libertates seruorum, quas iussit testator hæredē intra annū concedere: lapso etenim anno à lege concedūtur ipso hærede negligente. l. cum uerò. §. subuētum. ff. de fideicom. libert. l. si pecuniam. §. si seruus. ff. de condic. cau. dat. & hoc ipsum in Nouella exprimitur illis uerbis. Aut, ut maxime honoratus facere omittat, ratū nihilominus fore expressis uerbis demonstrat. Tamen si Franc. Balduinus contendat, hoc alienum esse à Iustiniani constitutione.

Hanc uerò pœnam effugiet hæres, cui alia minor pœna à testatore indicta fuit ob hāc negligētiā: illa enim operatur, ut legis pœna cesset. ex notatis in. l. si fundum sub conditione. §. Stichum. ff. de legat. i. l. i. §. i. ff. de pen. leg. per Alexā. in. l. ita stipulatus.

col. pe. ff. de uerb. obligat. atq; idē erit si tēpus prolixius testator designauerit, ad exequendam eius ultimam uoluntatem. ex. l. diem. ff. de legat. 2.

Porro pœnam hanc ipso iure negligentibus exequi ultimas uoluntates statui, ita ut sentētia necessaria nō sit, ad eam indicendam, probat glo. in. d. authen. de hæred. & Falci. §. si quis autem non implens. uerbo, auferri. Bal. Saly. Ange. Corne. & Ias. in. d. authē. amplius. fin. colū. per tex. ibi amittat. quod uerbum priuationē inducit ipso iure. gl. in. l. amissione. §. qui deficiūt. ff. de capit. diminu. Bal. in. l. i. colum. 1. C. si muli. secundò nupsē. Abb. incap. cum incunctis. §. fina. colum. vlti. de electio. optimus tex. in authē. licet. C. de episco. & cler. dicens hæredem negligentem post monitionem soluere legata pia, amittere lucrum, & id episcopum uēdicare posse. Uerbum enim, uēdicare, præmittit amissionem ipso iure. His etiam accedit, quod uerbum, auferatur, inducit priuationem ipso iure: quod uerbum in dicta. i. consti. Nouellarum in hac specie apponitur. & notat Tiraque. in. l. si unquam. C. de reuoc. donatio. uerbo, reuertatur. nume. 148. Ego uerò libenter ab hac opinione dissentio: neque enim arbitror uerbum, amittere, ipso iure esse intelligendum. gloss. & communiter Docto. in. l. si quis in tantam. C. unde vi. Ripa in. c. saepe. de relli. spolia. col. pen. gloss. in. l. si qua ex foeminis. & ibi Bal. C. de secun. nupt. glo. in. c. si diligenti. de foro compet. probatur in. c. quia nonnulli. de cleri. nō res. iuncto.

Caput Si hæredes.

c. de multa. de præb. quam opinionem sequitur eam dicens magis communem esse Andre. Tiraque. in. d. l. si vnquam. verbo, reuertatur. num. 127. & sequen. licet nõ desint, qui ab hac sententia discedant, & idem dicendũ est in verbo, auferatur. Nec huic sententia oberit textus in. d. authẽ. licet. quia loquitur in alio dissimili casu, vti ex eo constat: quo fit, vt sententia sit necessaria in hac quæstione, quam tractamus, ad priuandum hæredem & executorem testamentario lucro, ob negligentiam exequendi vltimam voluntatem defuncti. Paul. Castren. in dict. authenti. hoc amplius. 2. colum. Angel. in dict. §. si quis autem. Regia & insignis. l. vlti. tit. 10. part. 6.

Egregia verò dubitatio hic sese insinuat, num filius hæres negligens legata pia soluere amittat legitimam illam portionem, quæ sibi à lege defertur. Sũt enim, qui existiment ex hac negligentia etiam legitimam illam partem à filio amitti, ex eo quod in cap. licet. de voto. filius priuatur legitima portione, & primogenio, quia opus pium à patre sibi iniunctum exequi noluit. Itẽ, qui monitus bis à iudice recusat soluere pia legata etiam ante annum priuatur lucris ex testamento ad ipsum pertinentibus. authen. licet. C. de epilco. & cleri. auth. de ecclesi. tit. §. si autem qui hoc facere iussi sunt. Hęc verò decisio in filiis quoad legitimam locum habet: siquidem Nouella Iustiniani, quæ legitimam portionem filiorũ excipit, in legatis pijs minime procedit. Nam lucrum quod ab hærede negli-

gente auferitur, per eandem cõstitutionem substitutis, coniunctis, aut legatarijs defertur: ad illud quod tollitur ab hærede ob segnitiam exequendi legata pia, distributioni episcopi offertur, vt in. d. authenti. licet. igitur dispositio Iustiniani in d. authẽ. hoc amplius. legatis pijs minimè conuenit. His tandem rationibus hanc opinionem asserunt Archi. & Domi. in cap. Syluester. 11. quæst. 1. Ioan. Andr. Hostien. Anto. Anchar. & esse communem testatur Imol. hic. Sed contrariũ probabilius est. Primo, quia in dicta authenti. hoc amplius. fit mentio legatæ libertatis, & filius negligens in libertate concedenda ex testamento patris, non amittit legitimam. Igitur nõ exequens pia legata, portionem istam minime perdit, & tamen legatum libertatis pium est. l. 1. §. si autem. C. de com. ser. manu. & ibi Bald. Ias. illum text. dicens esse meliorem iuris in. l. 1. §. si quis ita. numero. 15. ff. de verbo. obligatio. latè Euerar. in Topicis. capitu. 23. Ad id etiam facit quod in iuris vtriusque locis, quibus punitur dilatio exequendi legata pia, nullibi fit mentio legitimæ portionis. Sed id tantum sancitum est, lucrum testamentarium hæredibus aut executoribus auferri: portio autem legitima nõ est lucrum, sed quasi debitum patrimoniũ. l. si quis legatum. §. fina. vbi gloss. celebris hoc asserit. ff. de falsis. probat. l. vltima. §. non enim. & ibi gloss. C. de codici. notat Ias. in. l. eum qui. C. de in officii. testament. Præterea, si præcedens opinio vera esset cõtingeret sapissime,

pilsimè, portionem legitimam filio re-
 linqui, non leui adiuncto grauamine,
 quod est contra text. in l. quoniam in
 prioribus. C. de inoffici. testamento.
 Quam obrem vltimæ huic sententiæ
 subscribunt Cardi. Abb. Imol. Barb.
 hic numer. 10. Bal. in dict. authen. hoc
 amplius. numer. 7. & Syluest. verbo,
 testamentum. 2. q. 10. optimè Dida-
 cus à Segura in l. 3. §. fina. ff. de libe. &
 posthu. fol. 7. colum. 1. ex hoc scribens
 filium, cui pater in his regnis reliquit
 tertiam & quintam bonorum partē,
 differentem exequi parentis vltimam
 voluntatem per annum integrū quin-
 tam partem amittere, non tertiā, quæ
 lege Regia pars est legitimæ portio-
 nis. Hanc etiam vltimam opinionem
 sensit hic Bernard. in vltimis verbis.
 dicit eam communem Ioann. Cirier.
 de Primogenitura. lib. 3. quæst. 6. &
 eam sequitur Caro. in consuetu. Pari-
 si. tit. 1. §. 8. in gloss. 3. quæst. 3. Non
 oberit huic sententiæ tex. in dict. cap.
 licet, quia illa decisio procedit in voto
 factō à parēte, quod filius exequi no-
 luit, & ob id priuatur tota hæredita-
 te, atque etiam legitima: cum hæredi-
 tas esset indiuidua, regnum inquam.
 tex. in constitutione Frederici. tit. de
 prohib. feudi aliena. per Frede. quo fit,
 vt id sit peculiare in voti executione
 omissa. Bald. in dict. authenti. hoc am-
 plius. colum. 2. Docto. in dict. cap. li-
 cēt, qui in hoc conueniūt frequētius,
 vt asserit Roderic. Suarez in repeti. l.
 quoniam in prioribus. C. de inoffici.
 testamen. fol. 5. colum. 4. Sed ipse cō-
 pertum habeo, filium grauari nō pos-

se quoad legitimam portionem, etiā
 fauore pietatis, vt aliquod onus piū
 subire teneatur. capi. fina. 17. quæst. 4.
 & id etiam in voto notat Alberi. in d.
 l. quoniam in prioribus. in principio.
 Bart. Brixienf. q. veneriali. 37. siue vo-
 ti executio cōsistat in conditione po-
 testatis, casus, vel mista. Doct. in d. l.
 quoniam in prioribus. vbi Rode. Sua-
 rez in. 1. amplia. glo. Bart. Paul. Alex.
 & alij magis cōmuniter in. l. si pater.
 C. de insti. & substi. Regia. l. 17. tit. 1.
 & l. ii. tit. 4. part. 6. ex quibus constat,
 à portione legitima prorsus excludi
 quācunque conditionem, siue sit con-
 ditio à casu, à filij potestate, vel mista.
 Vnde non placet Ioā. Andre. Henri.
 & aliorum opinio, qui in d. c. licet. exi-
 stimant, conditionē voti adimplendi
 à legitima portione non excludi, si pē-
 deat à potestate filij, quod admitten-
 dum non est.

Item illud adnotandum est, filium
 à patre hæredem institutum ad euntē
 hæreditatem absq; beneficio inuenta-
 rij, eiusq; confectioe omissa posse le-
 gitimam portionē deducere ex lega-
 tis. glo. in d. authēt. hoc amplius. glo.
 in authenti. sed cum testator. C. ad l.
 Falcid. omnium consensu recepta, vt
 Alexan. asserit in l. scimus. §. penul. &
 ibi Ias. in §. vlti. C. de iure delib. Cor-
 ne. consi. 180. colum. 7. volu. 4. & Ro-
 deri. Sua. in d. l. quoniam in prioribus.
 7. amplia. idem Alex. consi. 67. lib. 4.
 vbi Carol. Mol. eandem opinionem
 approbat: & communem esse itidem
 scribit Didacus à Segura in repeti. l.
 vnum ex familia. §. sed si fundum. nu-

Caput Si hæredes.

me. 165. ff. de legat. 2. similis glo. in au-
then. de hæred. & Falci. §. si verò non
fecerit. verbo, lucrari. Ias. in dict. l. sci-
mus. in princi. Regia. l. 7. titu. ii. part.
6. ita tamen, vt ratione legitimæ lega-
ta diminuantur: sic verò diminuta sol-
uantur vltra vires hæreditarias. Bart.
post Cinum in dict. authen. sed cum
testatori idem Paul. Bald. & Angel.
dicta. l. scimus. §. penult. Corne. in ea-
dem lege. §. si verò. Bald. in. l. i. nume.
3. C. de bonis auct. iudi. possid. Corn.
in d. conf. 180. Suarez in dicta amplia.
7. ad finem. quibus addendum erit,
quod ipse tradam in. c. Rainuntius. §.
ii. in fin. Ceterum, vt ingenuè fatear,
prædicta Bart. verba dubium sensum
habere videntur: nam si filius ex lega-
tis non confecto inuentario indistin-
ctè legitimam portionem detrahere
posset, frequenter omitteret eius con-
fectionem, vt ex bonis hæreditarijs
secretè legitimam caperet, & iterum
legata diminueret, deducta portione
legitima. Quod si dixeris hæc præsum-
ptionem in filio minime locū habere,
id apertè conuincitur: nam & in eo lo-
cum habet tex. in authen. de hæredi.
& falci. §. hinc nobis. Deinde Barto.
cæteri; frequentissimè hoc præmit-
tunt dicentes, filium legata soluturū,
etiam vltra vires hæreditarias, dedu-
cta tamè legitima portione: nō enim
quicquam filius hæres solueret ex pro-
prio matrimonio vltra vires hæredita-
rias, si prædicta iuris præsumptio in
eo cessaret. Quamobrem, ni fallor,
Bartol. & sequatium opinionem eo
pacto intelligendam esse opinor, vt si

filius hæres probari legitimis proba-
tionibus hæreditatis quantitatem,
eandemq; certam & diffinitam, lega-
tis tamen vel æqualem, vel minorè:
possit sanè ex legatis legitimam dedu-
cere portionem, eaq; deducta, legata
ipsa per eam deductionem diminuta
soluere teneatur, tametsi quantita-
tem hæreditatis excefferint. Sed & si
minime probauerit filius hæres certā
hæreditatis quantitatem, allegans ta-
men non esse in hæreditate bona, quæ
sufficiant legatorum, nedum legiti-
mæ portionis solutioni, soluet omni-
no integra legata, nulla facta legiti-
mæ portionis deductione: cū hæredi-
tas præsumatur opulenta ac sufficiens,
nisi contrarium vel conscripto reper-
torio, vel legitimis probationibus ap-
paruerit ex illa opinione, quam aduer-
sus Barto. probaui. in. l. si constante.
in princip. ff. solut. matrimo. i. quæst.
Si verò sententia Barto. ibidem verior
ac probabilior cuiquam visa fuerit, is
necessario in hac, quam tractamus,
quæstione dicet, filium hæredem ex
legatis posse portionem legitimam
deducere, atque ita legata per hæc de-
ductionem diminuta soluturum.

Tūc tamen non poterit certò sciri, an
hæc legatorum solutio vires hæredi-
tatis excefferit: quod videtur Cini,
Bartoli, & Doctorū opinioni aliqua
ex parte refragari. Oportet autem ad-
uertere, quid Regia partitarum con-
stitutio verè hac in quæstione senserit:
nam licet communis opinio, quæ ex
Accursio retuli, eam possit pati decla-
rationem quam Cinus, Bartolus, &
alij

alij frequenter comminiscuntur, Regia vero lex ita communem opinionem probat, ut seclusa Bar. declaratione, filius haeres legitimam portionem, priusquam legata, deducat ex bonis, quae constiterint in patris hereditate, eo mortuo mansisse: nec legata solvere tenebitur, nisi quatenus possint deducta legitima solui ex bonis hereditarijs. Ea siquidem lex statuit aperte, filium haeredem non confecto inventario legitimam portionem posse deducere eo modo, quo haeres conficiens inventarium Valcidiam elegatis deduxisse.

Præterea considerandum est, filium ad primogenium vocatum post obitum patris, non posse à patre grauari aliquot oneribus ex primogenio solvendis. h. vnum ex familia. §. r. ff. de legat. 2. tractat Ioan. Cicer. de primogeni. lib. 3. q. 8. & Carol. Mol. in consuet. Parisi. tit. 1. §. 8. in glo. 3. q. 3. p. 211. ob ex

Ex quibus ipse deduco, filium minime mandantem executioni pia legata intra annum, etiam præmissa monitione, non amittere legitimam, nec iure primogenij ex hoc priuari, utriusque expressim concedit Carol. Mol. in. d. §. 8. glo. 3. q. 3. aliquo in q. 10. Bob

Hinc denique in foro, falsam esse communem interpretationem. c. licet. de voto. Nam si ratione pietatis nihil est ab eius parte legitima auferendum, cur potius tota hereditas indiuidua, occasione legitima partis, cui potius fauendum est, non dimittitur apud filium, quam ab eo integrè auferatur ratione eius partis, quam negligentia amisit.

10 Et quod fortius est, cur primogenio priuatur filius in dict. capit. licet. ex negligentia exequendi votum patris, si id constat ratione primogenitura, & in rebus sub ea comprehensis, minime posse onus aliquod iungi ei, cui ipsum hoc ius defertur ex antiqua institutione? Erit igitur ille textus ita intelligendus, ut filius priuetur paterna hereditate ob id, quod patris votum & legata non mandauit executioni. In hac vero priuatione merito legitima nulla fit in prima illius capit. parte: quod fit, ut possit isthac priuatio intelligi deducta legitima. Ceterum, dum in vltima illius decretalis parte filius priuatur regno, quod ei iure primogenij delatum est, ex eo fit, quod filius ipse promiserat votum patris ad executionem deducere, & ideo id exequi tenebatur, ut scribit Carolus in consuetudi. Parisi. dicta quaestione. 31. & monitus à Romano Pontifice, ut propriam promissionem absolueret, hoc agere noluit, atq; ex ea causa pro nimia contumacia excommunicatur, & in caproteruè perseuerans à Romano Pontifice regno indignus censetur, ac priuatur: siquidem potest ex causa Romanus Praesul Regem aliquem regno priuare. quod probat optime text. in capitu. grandi. de sup. negli. pra. in. 6. capitu. alius. 15. quaestione. 6. capitu. Adrianus. 63. distinct. Ioannes Lupi. de regno Nauar. 2. part. §. 7. c. Apostolica. de re iudi. in. 6.

Caput Cum in officijs.

EX CAPITULO CVM

in officijs.

- 1 Clerici habentes beneficia vsufructuario, an vsuario sint similes.
- 2 Clerici in rebus ecclesiarum id tantum iuris habent, quod eis à canonibus concessum est.
- 3 Clerici habentes beneficia ultra sumptus sibi ipsi & familiae necessarium, ecclesiae redditus expendentes in profanos usus, an teneantur ad restitutionem.
- 4 Quotidianae distributiones clericis adquireuntur, quoad liberam earum dispositionem.
- 5 Intellectus. c. ad hoc. ist. tit.
- 6 Habens beneficium simplex, an possit libere etiam in testamento redditus ecclesiae distribuere.
- 7 Papa, an possit permittere clericis liberam testandi facultatem de rebus ecclesiarum.
- 8 Licentia testandi est intelligenda de primo testamento, & re integra morte concedentis sint. nr.
- 9 Consuetudo vniuersalis ecclesiae: quae permittit clericis de rebus ecclesiarum testari defenditur.
- 10 Remuneratoria donatio quae effectum habeat.
- 11 Regia quaedam leges intellecta.

CAPUT CVM

in officijs.



Diximus in capite primo huius tituli, an Episcopi possint hac in vltima voluntate distribuere bona propria, vel ecclesiae. Nunc verò oportet eandem quaestionem repetere in clericis sacerdotia, quae beneficia vulgo dicimus, obtinentibus. Et in his clericis, qui curam animarum & administrationem ecclesiae gerunt, est considerandum, quòd ius in ecclesiae rebus habeat. Sunt etenim, vt qui busdà placet, in bona valetudine constituti vsufructuarij. In aegritudine vero, à qua decedunt vsuarij. gloss. in capitul. praesenti. de officio ordina. in

6. quam dicit singularem Barb. in capitul. requisisti. ist. tit. num. 3. 4. idem in capitul. veterabili. de offic. de leg. colum. 10. & in tracta. de pest. Cardina. part. quaestione. 3. colum. 5. idem gloss. in capitul. 3. de probatio. & in capitul. possessiones. de rebus eccles. Rursus clericos habentes beneficia esse tantum vsuarios, asserit gloss. in capitul. quia nos ist. tit. & in capitul. de pecul. clericali in capitul. cum con. ster. de pignor. & in capitul. cum olim. de rerum perni. quibus in locis non re doct. variant, ita vt certa ex eis sententia capi non possit, tamen Abb. in repe. capitul. cum esse. ist. tit. num. 21. late super hoc disputet, magisque probet vltimam opinionem. Mihi verò nec est satis compertum, clericum habentem beneficium, esse omnino vsufructuarium, nec prorsus vsuariu. Nam vsufructuarium potest disporre de his, quae ex vsufructu adquisiuit, quod non potest hic clericus. Vsarius verò nihil praeter vsum habet, at clericus beneficium ecclesiasticu Canonico titulo possidens plus iuris habet, quàm vsarius: sicuti apparebit ex his, quae statim tradam. Vnde neutra doctor. opinio placet, & est, ni fallor, inutilis, atq; ab hac disputatione extranea ipsa hac iuris Canonici interpretum consideratio.

2 In his igitur ecclesiasticis rebus id iuris habent clerici, quòd à canonibus expressim sibi conceditur. In no. in c. indecorum. de ata. & quali. gl. in c. res ecclesiae. 12. q. 1. Archi. in c. statutu. §. assessorem. de rescrip. in. 6. pulchrè

Cardi.

Cardi. cōsiliario. col. 2. siquidem res ecclesiarum subiacent administrationi Romani Pontificis, & praelatorum, à quib⁹ ipsa Catholica ecclesia regitur: sic & canonibus ecclesiasticis ipsū ecclesie patrimonium commissum est: ex qua regula plurima deduci possunt hæc in quæstione præ cæteris notanda.

* Illud tamen obseruandum erit, & omnino admonendū, ut plene intelligamus, quid ius diuinū, quid humanum, quid pōtificiū ad huius disputationis radicē instruerit, iure quidē diuinū, q̄ diuinū propriē dici solet, & debet ex lege noui testamenti, ministris ecclesiasticis, nihil aliud ex rebus & bonis tēporalibus cōpetere, quā q̄ ad vsum, & alimēta fuerit necessariū, & sufficiat: quod in quæstione de decimis, libit. Variarum resolut. euidēti ratione probauimus. Quod si quid eisdem ministris datum est, q̄ necessarium vsum excedat, id iure humano, & pōtificio, aut deniq; principū, & piorū hominū largitionibus datū fuisse apertissimē constat. Vnde fit, ut quo nā pacto hæc bona iure humano, aut piorum hominū libera cōcessione ministris data, sint expendenda lege iustitiæ, quæ specialis sit erga ecclesiarum ministros, ratio, ac regula omnino petēda sit, vel ab ipso iure humano, vel ex legibus, ac cōditionibus donatorum voluntate ipsis in donationibus expressim præscriptis. Atq; ideo si alicubi à Sāctis patribus diuini iuris mētio facta fuerit circa horum bonorum distributionem, vel eorum communionem, aut quibus sint cō-

municanda, ea verba intelligenda sunt de eo diuino iure, quod latiori significatione diuinum ius dici contingit propter amplissimā, summamq; Sanctæ Sedis Apostolicæ, eiusq; ac totius orbis Pontificis Maximi, qui vicaria Christi potestate vtitur supra genus humanum autoritatem: tex. optimus ex interpretatione Hostii. Ioan. Andr. Cardi. Anchar. Imol. & Bellameræ in. c. Nimis de iure iur. tex. item in. c. qualiter in. 2. de accusat. Cardi. in elemē. i. de vsuris. colū. 1. tex. in. ca. de iuramen. calum. tradidimus & nos in. c. 31. q. q. practicarum. *sollo romm smio*

Primum, exactè ac diligenter canonibus consideratis colligitur, clericos beneficia habentes, ex eorū redditibus eos tantum expendere posse qui ad eorum honestum victum, vestitum, cæterosq; vsus necessarios, aut congruos sufficiant. c. final. 12. q. 1. & in capit. videntes. ca. quæst. in princip. 44. distinct. Tibi, o sacerdos, inquit Hieronymus, viuere de altari permittitur, non luxuriari. Bona etenim ecclesiarum sunt proprium Christi patrimonium. c. cum ex eo. de elec. in. 6. notant Felinus, & Decius in. c. constitutus. de rescrip. Hinc diuus Bernardus episto. 2. scribit. Deniq; quicquid præter necessarium victum, ac simplicem vestitū de altario retines, tuum non est, rapina est, sacrilegiū est. Secundo, hinc infertur, clericis omnino permissum esse antiquis canonibus reditus ecclesiasticos, qui ad præfatam congruam sustentationem necessarij non sint, in optima vel aduersa vale-

Detesta. H s tudine,

Caput Cum in officijs.

10
tudine, in pios erogare usus, iuxta illud Lucae. i. quod superest, date pauperibus. c. fi. 16. q. 1. c. cassellas. c. Episcopi. 10. q. 2. Noua etenim lex de dandis decimis ecclesiae ministris ex eo iustitiam praefert, quod pro congrua ministrorum sustentatione, & pro pauperibus alendis, datur ipsa decima fructuum pars. Gaie. in 212. q. 87. art. 1. & q. 85. art. 7. c. decimae. & c. fina. 16. q. 1. * Haec tamen Caietani sententia, sic, ut opinor est intelligenda, ut non negemus, ius pontificium adsignare potuisse decimam, aliamue partem omnium fructuum, quae decima minor esset, ministris ecclesiasticis ad eorum congruam sustentationem, ad ecclesias aedificandas, atque ad alias expensas, quas ad ministerium diuinum fieri congruit, ad veteris legis exemplum, etiam nulla pauperum expressim habitata ratione. Sic denique, ut si ea pars usum necessarium aliqua ex quantitate excederet, non esset omnino quae excederet pauperibus ex lege iustitiae debitum. Alioqui quod ex decimis in admodum pretiosa vasa, aedificia, & ornamenta expeditur, pauperibus plerumque lege iustitiae debitum esset: cum etiam si deceat, sacerdotes in templis miro modo constructis, pretiosissimis ornamentis, & vasis uti, multa ex his poterunt videri arbitrio non temerario ad pauperes pertinere, si iustitiae lege quae usum necessarium, & decentem excederent, eisdem debita foret: multa etenim, quae in his praeter necessarium usum ad decorum sic pertinent, ut absque vlla laesione alterius licite expedi valeant: si pauperum lege iustitiae ratio habenda foret, in his, quae le-

gitimis, iustis, ac decentibus vsum superant, viderentur fortassis: ea ex causa quandoque legitimas, decentes, ac iustas expensas excessisse. His tamen ad Caietani sententiam minus interpretanda illud addiderim, legem humanam, ecclesiasticam tamen, quae decimam fructuum partem ecclesijs, & eorum ministris addixit, & dandam esse censuit, communi omnium Christianorum consensu receptam fuisse, ut nulla tandem actio, quae relaque praeterdi iure possit, etiam si eius temporis aucta, ac pinguior effecta fuerit: Tamen etsi fatear, decimam partem ministris, & ecclesijs datam fuisse iure pontificio etiam ratione, ut cura pauperum maxime illis incumberet, eaque ex causa legem de dandis decimis iustiore in Christiana republica visam fuisse, quam si liberè in quoscumque usus absque vlla pauperum ratione ministris ecclesiasticis liceret eos redditus expedere: memini autem decimae partis, vel minoris, quam maioris nullam habeamus ex diuinis literis exemplum, quauis non dubitem, alimenta, & alia, quae sunt ad diuinum cultum necessaria ministris ecclesiasticis diuino iure deberi, vbi decima fructuum pars aliqua ex causa non esset ad ea sufficiens. Sed & in Christiana republica summo opere curandum est, ut templa, vestes, vasa, & alia ornamenta, quibus ministri uti debent in diuini cultus ministerio, splendidiora, & pretiosiora sint, quam ea, quibus ad profanos usus, etiam principes utantur. Hoc etenim ex sacris literis veteri testamento constat, & Christianorum principum usu receptum fuisse historiae ecclesiasticae auctores tradidere.

Tertio,

Tertio, ex eadem ratione apertum fit clericum habentem ecclesiasticum beneficium, posse liberè disponere de illis redditibus, qui essent necessarij ad eius honestum sumptum, inspecta cuiusq; qualitate: si eos præcipuos is habeat, qui aliunde victum, & necessaria sibi ministravit. Hæc etenim pars bonorum ecclesiasticorum ministris per canones antiquos constituitur. c. ecclesias. 17. q. 1. tex. & ibi Abb. in. c. de his. de ecclesi. ædifi. Tho. 2. 2. q. 185. ar. 7. in resp. ad. 2. Ioan. Maior. in. 4. senten. distinc. 24. q. 17. & q. 20. Et idem ipse dicerem in his redditibus ecclesiæ, & beneficij, quos dignissima mercede industriæ, & laboris impensi in ecclesiæ regimine recipit ipse, qui ecclesiæ curam gessit ex Bolognino in Anani. consi. 87. vbi ipse Anani. hoc ipsum probat.

Quartum, quod ex præmissis inferri potest, non facilem habet definitionem: sunt etenim qui opinètur, clericum habentem beneficium, vltra sibi necessaria, in profanos vsus redditus illius expendentem mortale crimè committere, & teneri ad restitutionem illorum reddituum, quos ita expendit ex Hierony. dicente. Aliena capere cõuincitur, qui vltra necessaria sibi retinere probatur. §. ordinandus. 42. dist. Sensit hanc opinionè Tho. 2. 2. q. 43. art. 8. expressim asserit Alexã. Halen. 3. par. q. 36. memb. 5. Ricar. in. 4. sentè. dist. 45. arti. 3. q. 1. Gabriel in. 4. dist. 15. q. 8. Floren. 3. part. tit. 15. c. 1. §. 19. Ioan. Maior. in dist. 24. q. 17. dicens hanc opinionem esse communem. quam tan-

dem probat Paluda. in. 4. dist. 24. q. 3. art. vlt. quibus suffragatur text. optimus in. c. episcopus. 12. q. 1. & in. c. 1. 12. q. 3. Pulchrè diuus Bernar. Epistol. 42. col. 3. Clamant, inquit, pauperes nostrum est quod effunditis: nobis crudeliter subtrahitur, quod inaniter expèditis. Huic opinioni accedunt Abb. in. c. cum secundum. de præb. i. colū. & Arch. & Domi. in summa. 44. dist. Feli. in. c. postulasti. nu. 6. de rescript. idem in cap. de quarta. nu. 33. de præscrip. Anto. Burg. in. c. 1. nu. 28. de emptio. Sed hæc atq; alia à dictis docto. adducta, eotendunt frequentius, vt sit illicita hæc ecclesiasticorum reddituum distributio: non tamen, vt sit restitutio necessariò facienda. Præterea redditus ecclesiastici, qui supersunt vltra ministrorum victum, alieni dicuntur non propriè, sed ex quadam metaphora, eò quòd pauperib⁹ essent erogandi: quòd autoritate Hieronymi comprobatur: is etenim scribit, bona ecclesiarū dici bona pauperum, quoad debitū, quia eis debentur, non quoad dominium, nec quoad proprietatem: sicuti refert Cardina. à Turrecremata in capit. videntes. num. 2. 12. q. 1. Canon autem primus. 12. q. 3. id tantum probat, adquisita ex redditibus ecclesiæ, aut beneficij, ad ecclesiam pertinere, quod omnes cõcedunt: nec inde sequitur, prælatum redditus sibi designatos per luxuriam cõsumentem ad restitutionem teneri. Quãobrem, licèt concedat hanc cõsumptionem absq; mortali crimine non fieri, negant tamè restituendi obligationem

Thom.

Caput Cum in officijs.

Thom. & Caieta. 2. 2. q. 185. art. 7. Præpo. in summa. 44. distinctio. colum. 5. Thom. quolibet. 6. articul. 12. Syluest. verb. clericus. 4. q. 20. & verbo, restitutio. 3. q. 5. Adria. in. 4. sentent. capitu. incipienti. Pro clariori. 4. cōclusio. Io. Arbore. in Theosophia. par. 1. c. 25. ad finē. & Ioan. Driedo. de libert. Christ. pagina. 199. quorum sententia benignior est, & nostris hisce temporibus admittenda ex totius Christiani orbis consuetudine, qua plurimum adiuuatur. Nam post factam bonorum diuisionē inter ecclesiam & episcopum, ac sacerdotes ecclesiæ ministros, episcopi, & ministri ecclesiastici verē domini sunt eius fructuū portionis, quæ sibi contigit. Quod latè tractat, & tradit Domini. Soto, lib. 10. de Iust. & iu. q. 4. ar. 3. & 4. Ea verò pars, quæ, vt diximus, episcopis distinctè competit, à quocunq; donata sit, ea lege, nisi fallor, Data censetur, vt episcopi erga pauperes officio patrum, & pastorum in his, quæ supersint vltra sibi necessaria, vti debeant, & teneantur. Si non lege iustitiæ, saltem lege charitatis, quæ peculiari quadam ratione magis episcopos, quàm alios obliget. Quamuis, vt dixi, non ausim constanter asseuerare, eos teneri in prædictis casibus ad restitutionē ratione eius partis, quæ iure, vel alia quacūq; institutione distinctè ministris, etiam prælatis competit. etenim negari non potest, Diuum Thomā, cuius autoritas apud omnes maximi debet esse momēti, huius fuisse sententiæ, atq; itē eos omnes, quorū modo memini, si eorū distinctio iux-

ta seriem, & ordinē ab eis non admodum obscure significatū ad amulsim expēdatur. Nā, & Caiet. ipse, qui restitutionis obligationē probat, vbi reditus sint admodū pingues, eiusdē restitutionis radicē ex natura cōmuniū bonorū deduxit, quo fit, vt si bona episcopo data sint separatim, ac principaliter pro eius ministerio, ea ratio, quæ accessoriè, & vt dici solet, secundario ad largitionē in pauperes spectat, nullo modo videatur ad restitutionē obligare. Ea verò bona specialiter vsui ministrorū apud S. Tho. esse deputata intelligo, quæ distinctè ab his partibus, quæ ex canonū diuisione fabricæ, & pauperibus ad signata fuere, ministris cōpetunt, vel quæ ratione ministerij, vel officij eis donata sunt: Quāuis eius sint quantitatis, quæ necessariū vsum excedāt. Alioqui nulla esset distinctio inter bona cōmunia, & specialiter deputata, quæ vt i vult apertissimè D. Th. cū & ea ratione quæ specialiter deputata appellat. S. Doctor, ea & cōmunia dici possent, & deberēt, quippe quæ, si ea cōtingeret augeri, aut alia ratione excedere necessarium vsum, quæ sic excederēt, essent lege iustitiæ pauperibus distribuenda. quod idē S. Tho. negat. Aliud etenim est, quædā bona esse ministris necessaria habitatione vsus, & hæc in bonis cōmuni- bus ecclesiarū continentur: aliud, esse quædā bona ad vsum ministrorū separatim, ac distinctè deputata: & hæc separatā, ac distinctā à cōmunibus rationem habēt. Atq; hic est genuinus, ac verus. S. Thomæ sensus. *

4 Quinto, ex principali assertiōe colligitur, in quotidianis distributionibus ecclesiastici beneficij, id animaduvertendum esse, vt earum dominium aduersum censeri debeat, habenti beneficium, & eas percipienti. text. in cap. vnico. de cleri. non residen. in. 6. ad finem. vbi Domi. & Franc. hoc sentiunt. Barba. dicens illum text. singul. in. c. fin. col. fi. de pecul. cleri. notat gl. Guiliel. in extrauagā. i. ne sede vacat. inter communes, verb. cōsueuerit. in 1. Decius consil. 280. col. i. quorum opinio communis est, sicuti eam secutus asserit Parisi. consil. 33. volum. 4. colū. 2. Constat enim, has distributiones à canonibus ecclesiæ ministris concedi ob illum ministeriū, quod altari, aut diuino cultui impendunt, idem notat Bolog. in Ananix consil. 87.

5 Sexto, ex his constat ratio decretalis, ad hæc. ist. titul. qua probatur, clericum posse, etiam in ægritudine constitutum, causa donationis inter viuos, redditus ecclesiæ in piam erogare causam, modo in hac donatione moderamine vtatur, si ex ea ægritudine decedat: sed si in bona existens valetudine velit in pios vsus aliquid expendere de bonis mobilibus, id agere poterit liberè: nulla præfinita quantitate: quod etiam probatur in capitu. quia Ioannes. iuncta gloss. 12. quæst. 5. notant Abbas, Ancharra. Imol. & Barb. in. d. capit. ad hæc. Vnde oportet à viuento fieri traditionem horum bonorum, quæ sic donantur. Barba. in. d. c. ad hæc. 2. col. ad hūc saltem effectum, vt fraudis præsumptio, & fictio

nis suspicio euitentur in hac donatione, quæ ab ægroto facta fuerit.

Septimo, clericum beneficiū ecclesiasticum habentem proprio testamento non posse disponere de bonis occasione ecclesiæ acquisitis. text. in hoc cap. cū in officijs. etiam si illa bona adquisierit occasiōe redditus ipsius beneficij. tex. in capit. relatum. in. 2. ist. titul. vbi Abbas. idem Abb. latius in cap. cum esses. eod. titu. in relectione. num. 23. Cuius opinio omnium consensu recepta est, omnes etenim iuris vtriusq; professores hoc verum esse iure fatentur, licet Palud. in. 4. sentēt. distin. 15. q. 3. argu. 6. clericis permittat liberè testari de redditibus beneficij. quod manifestè cōuincitur per dicta iura, & communem sententiam, quæ procedit non tantum in redditibus collectis ex beneficiō, sed etiam in rebus emptis pecunia, quæ ex eisdem redditibus fuerit collecta. Barba. in. c. inquirendum. de pecul. cleri. nu. 7. Stepha. Bertrā. consil. 259. vol. 2. quod probatur in. d. c. relatum. & in hoc cap. & id passim sentire videntur doctores.

6 Octauo, potest ex his perpēdi veritas. gl. in. d. c. præfenti. quæ dixit, clericum posse liberè testari de bonis ex simplici beneficio acquisitis, cuius opinionem tenuit Hostien. in cap. fin. de pecu. cleri. ex. c. requisiti. in fine. ist. tit. & inquiunt Anto. & Imol. in. d. c. fin. opinionem hāc in praxi receptam esse. Eam verò falsam esse nos arbitramur per text. in. cap. Episcopus. 14. q. 1. vbi probatur, canonicos, qui simplex beneficium obtinent, non habere bo-

Caput Cum in officijs.

na ecclesiæ, vt propria, sed ad dispensandū, idem etiam constat ex his, quæ in præcedentibus assertionibus adducta fuere. Nam iura prohibentia clericum testari de rebus beneficij, absque aliqua distinctione loquuntur. Nec oberit tex. in cap. requisiti. vbi id tantum probatur, relictum canonico alicuius ecclesiæ, ipsi canonico adquisiri, nec præsumi debere, causa ecclesiæ ei legatū factum fuisse, ex quibus opinio iure non procedit. & ita eā reprobant Abb. in dict. c. cum esses. nu. 23. idem hic. idem in. c. 2. de deci. & in cap. si. de pecu. cleri. Archi. in cap. statutum. §. assessorem. de rescript. in. 6. Innocen. in cap. indecorum. de ætat. & quali. Domi. & Fran. in. d. c. præsentati. col. 5. Barba. in tracta. de præst. Cardi. par. 1. q. 3. num. 80. idem in. d. c. requisiti. ist. tit. nu. 34. idem in cap. si. nu. 14. de pecu. cleri. eandem opinionem dicunt esse veriore[m] Imol. in. d. c. fin. Bertran. in. d. conf. 258. vol. 2. & communem Ias. conf. 75. vol. 3. & Albert. Trotius de vero & perfect. cleri. lib. 2. cap. 51. num. 7. id tamen concedi poterit, pensionarium posse proprio testamento disponere de rebus ex pensione ecclesiastica perceptis, & eo intestato eosdem rebus ad legitimos successores pertinere: sicuti de iure id probat Hiero. Gigas in tracta. de pensionibus. q. 52.

7 Ultimo, hinc potest deduci, an Romanus Pontifex valeat permittere propria dispensatione clericis testamentū facere, & in eo bona illa distribuere, quæ ex rebus beneficij adquisie-

runt: qua in quaestione Abb. in relect. c. cum esses. ist. tit. num. 30. scribit, non posse Romanum Pontificem sine maxima causa hanc testamenti libertatē concedere Barb. hic. §. col. idem. Frac. in rubri. ist. titul. in. 6. colū. 32. Quin & Barba. scribit in tracta. de præst. Cardi. 1. par. q. 4. licentiam hanc testandi à Romano Pontifice concessam clericis de rebus beneficiorum, esse intelligendam ad pios vsus, non alias. Ipse verò considero bonorum ecclesiasticorum administrationem ipsi Romano Pontifici, & eius canonicis constitutionibus commissam esse. c. videntes. c. præcipimus. 12. q. 1. quibus quidem canonibus separatim ab ecclesiæ aërio conceditur episcopis, & clericis ecclesiarum ministris certa ex rebus ecclesiasticis portio. c. de rebus. c. cognouimus. c. mos est. c. sancimus. 12. q. 2. Thom. 2. 2. q. 185. arti. 7. & quòd lib. 6. arti. 12. ad hæc accedat etiā quod prohibitio testandi clericis inducta est iure humano: quòd constat ex hoc. c. & alijs, quæ in præcedentibus conclusionibus adduximus: alioqui si iure diuino esset prædicta prohibitio inducta, non posset permitti vllò pacto dispensatio Romani Pontificis, quam Abb. Franc. & alij passim concedunt: sicuti probavi in epitome de spon. 2. par. c. 7. §. 9. num. 4. Quod si Papa dispensare potest hanc testandi licentiam, valet dispensatio sine causa, quanuis iniquè concedatur, vt in eadem epitome tradidi. d. §. 9. nu. 8. Consequitur ergo ex his, posse Romanum Pontificem facultatem testandi de rebus, & bonis ecclesiæ

ecclesie occasione adquisitis, episcopis & clericis concedere. Nam & monachis id concedi posse à Papa, diximus in. c. 2. ad fi. ist. titu. vbi plures auctores huius assertionis retuli qui & hanc opinionem, quam modo asserui, expresse profitentur, eamq; vsus Christiani orbis recipit, & asserit communem esse Deci. consi. 512. col. 2.

8 Erit tamē isthac licentia testandi ita restringenda, vt in primo testamento intelligatur, non in secundo. arg. l. boves. §. hoc sermone. ff. de verbor. sig. l. dotis promissio. ff. de iure doti. c. non potest. §. 1. de præb. in. 6. notat in hac specie eleganter Philip. Deci. cōsi. 512. cui subscribit Soci. Iunior in consi. 89. 1. vol. consi. dicens sic respondisse insignes Iuriconsultos, dum hac quaestio in lite tractaretur, & idem potest comprobari ex pluribus, quæ Alciat. congerit in. d. §. hoc sermone. & Hippoli. in rubri. ff. de fideiuss. nu. 97. las. in. l. diuortio. §. quod in anno. ff. solut. matri. & insigni compendio Mart. ab Azpilcueta in. c. placuit. de pœnitent. dist. 6. nu. 166. in his etenim quæ odiosa sunt, simplex concessio primū actū tantum respicit, & idem in onerosis. d. c. non potest. & in. d. l. dotis promissio. notat in. l. placet. ff. de libe. & post. hu. Cald. consil. 16. de iure patro. Feli. in. c. 2. de treg. & pace. Quæ ratione idē Soci. Iuni. d. consi. 89. conatur probare, licentiam testandi à Romano Pontifice præstitā Episcopis, morte Romani Pōtificis re integra cessare: quia hic actus odiosus est, & ideo extinguitur morte ipsius auctoris. gl. in. c. à no-

bis. in. 1. de senten. excommu. communitate ibi recepta. l. fin. ff. de pœnis. notant Abb. & Feli. in. c. ex literis. de cōsti. & Mart. ab Azpilcueta in. d. c. placuit. nu. 161. qui pulchrè aliquot explicuit, quæ minus diligenter tractauerat Feli. in. c. licet vndiq;. de offi. deleg. Sed & Decij opinionem in dict. consi. 512. post huius operis primam & secundam editionem vidi probatam esse à Tiraq. in dict. §. hoc sermone. nu. 128. quæ tamen modo mihi dubia videtur ex his, quæ ab eodem Tiraq. illic traduntur limit. 17. autoritate Bald. in. c. 1. in princip. col. penul. versi. deinde quæ ro pone, quod princeps. titu. de pace constantia. * & præsertim autoritate Ioan. Andre. & Dominici in capitul. non potest. §. illud. de præb. in. 6. ex quibus ipse censeo Decij opinionem neque iure defendi posse, nec in praxi debere admitti. Nam & post huius operis vnam, & alteram ac fortassis tertiam editionem legi eam iure improbatam Hieronymum Albanum in tracta. de Cardinalibus. quæstio. 48. Sed & Socini Iunioris responsum hodie admitti non debet: cum ea licentia magis ad principis, cui præiudicat, beneficium, quam ad actum aliquem odiosum accedat, quæquidem, & alijs rationibus, quæ Socino refragantur, non auderem eius opinionem in consulendo, nec in iudicando sequi. *

Verū moribus receptum est, vt solis episcopis hæc testandi licentia sit necessaria, siquidē clerici omnes liberè testantur, & in vltima voluntate distribuunt

Caput Cum in officijs.

tribuūt bona, quæ ex reditibus eccle-
 liarum adepti sunt, atq; in eisdē inte-
 stati decedentes successores habēt pa-
 rentes, fratres, cæterosq; cognatos.
 Hanc tamen consuetudinem dānant
 pleriq; ex eo quod in. c. relatum. in. 2.
 ist. titu. approbetur consuetudo, quæ
 permittit clericis testari in pios vsus,
 aut in præmiū alicuius ministerij ip-
 siviuentibus clericis à famulis impensi:
 generalis ergo cōsuetudo non recipi-
 tur, quem tex. dixit esse singu. Rochus
 Curti. in. c. fi. de consue. fol. paruo. 49.
 colū. 4. hunc abulum reprobans. Cui
 opinioni assentiuntur omnes doctor.
 hic, & in. d. c. relatum. & in. c. fin. de pe-
 cul. cleri. Abb. in. d. c. cum esses. in tele-
 cti. 14. col. Fran. in rub. hoc tit. in. 6. co-
 lum. 3. Barb. in tract. de præst. Cardi.
 1. part. q. 4. Ioan. Mai. in. 4. sent. d. 2. 4.
 q. 20. Angel. verb. clericus. 2. §. 13. Syl-
 ue. verb. clericus. 4. q. 2. Alua. Peia. de
 plac. eccle. 2. par. art. 28. col. 3. Archi. in
 summa. 12. q. 5. quorum opinio magis
 communis est, vt ex præmissis aperte
 constat. Sed quoties animaduerto re-
 ditus hos ecclesiasticos, de quibus agi-
 tur, à canonibus ministris ecclesiarū
 assignati separatim ab alijs bonis quæ
 ecclesijs conceduntur ad ædificia ve-
 stes, aliaq; necessaria: quoties video,
 ac memoria repeto, hanc testādi pro-
 hibitionē iure humano statutam fuisse:
 non possum consuetudinem præ-
 missam damnare, quippe qui certo
 sciam Romanum Pontificem, eccle-
 siæ Principes, totiusq; orbis Christia-
 ni consensum, vel applausum eam
 probare, saltem tacitè, vt inde conie-

eter sapissimè rem istam summum
 præsulē, ac Cardinales, Episcopos,
 Cæsarem, & Reges cogitasse, & huic
 vsui consensum præstitisse: cum nul-
 la possit causa proponi, cur mores
 istos tot annis iam conualescentes in-
 tactos dimiserint, ni eos proprio con-
 sensu probassent. Sic sanè Carolus
 Cæsar Hispaniarum rex anno mille-
 simo quingentesimo vicesimo tertio,
 comitijs totius regni Pintia habitis. c.
 47. iussit, hanc consuetudinem vti le-
 gitimè inductam seruari. Et licet ea
 constitutio possit referri, ac deduci
 ad consuetudinem succedendi cleri-
 cis solum ex testamento: tamen vbi
 moribus obtētum fuerit idem quoad
 successionem ab intestato: eisdem ra-
 tionibus hanc consuetudinem admit-
 tendā esse opinor, consuetudo autem
 ista siue ad successionem ex testamen-
 to, siue ad successionem ab intestato,
 testibus erit legitimè probanda, vel
 alijs modis, quibus iure probanda est,
 vt secundum illam pronuntietur.

* Cæterum, Regiam constitutionem
 permissione vtī approbante, non so-
 lū cōniunte, ex eo euidenter cōstat
 quòd secundum eam iudex, qui de ea
 re sententiam dicturus est, non tantū
 absoluit hæredem clerici à petitione
 ecclesiæ fabricæ, vel pauperum: sed &
 ipsam hæreditatem, hæredi non pos-
 sidenti adiudicabit, & tradet. Quod
 alienum est à sola permissione con-
 niunte, ac tandem proprium permis-
 sionis eam cōsuetudinem approban-
 tis. Alioqui is iudex grauitè peccaret,
 neq; esset eius sententia in Christiana

Repu-

republica exequutioni mandandum. Sed & quantum attinet ad successio- nem istam, vel ex testamento, vel ab intestato, vt clerici hæredes habeant in rebus adquisitis ex rebus eccle- siarum, idem apud Gallos communi vsu obseruatum est, vt præter alios te- statur glo. in pragma. sanctione. titu. de annatis. §. itē quod. verbo, adquisi- tos. Neque defunt doctissimi viri, quibus hæc sententia placuerit: nem- pè Hostien. in cap. fina. colu. 2. de pec- cul. clerico. vers. & hoc seruat consue- tudo. Faber in. §. his vero. institur. de rerum diuisio. Palud. in. 4. sententia. distin. 15. quæst. 3. articu. 6. Florenti. 3. par. tit. 10. c. 3. §. 14. Guido Papæ decisi. 115. Guiliel. Bened. in. c. Rainun. ist. tit. verb. & vxorē. nu. 264. Ioan. Andr. in reg. nemo plus. de reg. iur. Ioan. Gal- lus. quæst. 139. ad fin. in. 6. & alij, quos refert & sequitur Philip. Probus in ca- pit. præsent. de offi. ordi. in. 6. quibus ad stipulatur text. in. cap. cum tibi. de verbo. signifi. vbi Abb. ex illo text. idē probat. est & egregius tex. in extraua- gan. Ioan. 22. suscepti. de elect. dicens valere cōsuetudinem, qua inductum sit fructus beneficij vacantis per ali- quod tempus ad defunctū pertinere. Ergo de illis ex consuetudine potuit testari, vel illos fructus cōsanguineis, alijsque hæredibus relinquere, nec sol- uit hanc rationem exactē Panor. hic scribens in hac specie, præiudicium in ferri futuro successorī, non ecclesiæ. Nam & illa bona, quæ clerici defun- cti ex rebus ecclesiæ adquisierint, fu- turo successorī reseruantur. c. præsen-

ti. de offi. ordin. in. 6. cap. relatum. in. 2. ist. titu. igitur eadem ratione in eis cō- suetudo poterit procedere: siquidem & hæc consuetudo, cuius initij me- moria hominum nō est, idem efficit, quod principis licentia, & priuilegiū. l. 3. §. ductus aquæ. ff. de aqua quot. & æst. capi. 1. de præscript. in. 6. cap. su- per quibusdam. de verbo. signi. quem text. dicit sing. Abb. in. c. per venerabi- lem, qui filij sint legi. 3. col. Roma. sin- gu. 289. Cōmendat. Ias. in. l. is qui pu- tat. ff. de acqui. hæredit. Abb. in capit. cum nobis. de præscrip. Feli. in. c. acce- dentes, & idē post Abb. in. c. causam. eo. tit. Francif. Balb. de præscri. 5. part. princip. q. 7. & 2. part. 3. partis princi. q. 6. Hippo. singu. 80. Probus in capit. 2. nu. 7. de præben. in. 6. sed Papa pri- uilegio potest hanc licentiam exhibe- re: igitur consuetudo ista totius orbis poterit idem efficere: cum & cōsuetu- do legi humanæ deroget. c. fi. de con- sue. l. de quibus. ff. de legi. l. venditor. §. si constat. ff. comm. præd. Abb. in di- cto cap. fin. 2. colum. Nec me in con- trariam sententiam inducet tex. in. d. capitul. relatum. Cum ibi approbans Romanus Pontifex illam consuetudi- nem tunc vigentem, non reprobat hanc, quæ modo frequentissimo vsu seruatur*. Hæc verò me scripsisse le- ctorē admoneo his rationibus, quib⁹ vsus sum ad eorum probationē, & ea præsertim, quod non video, cōmunio- nem bonorum ecclesiasticorū, cuius à sacris canonibus mentio fit, eo iure inductam esse, quod non subsit. S. Se- dis Apostolicæ, & iuris Pontificij cō-

Caput Cum in officijs.

stitutionibus: vt tandē existime, diuisionem eorum, etiam quo ad dominiū, fieri potuisse, cenſeo tamē diſputationē iſtam eo animo fore recipiendam, ac recipi debere ab his præſertim, qui non ſolum chriſtiani, & cōmuni chriſtianorū legi addicti eſſe debent, ſed ob ſpeciale munus, in quod diuina inſtitutione, ſacris ordinibus ſuſceptis electi fuere, eaq; ratione inter catholicos, vt lucernę ardentē lucere teneantur, vt in expendendis eccleſiaſticis redditibus, quos etiam vt miniſtri ſeparatim percipiunt, ſit illis ſatis, culpa mortalis criminis eos eſſe infectos, ſi malè præter uſum neceſſariū, & pias largitiones illos diſtribuere nō vereātur, à mortali ſiquidē culpa, imò ab omni ſpecie mali præceteris omnino abſtinere debēt. * Glo. Bernardi ex primis huius capit. verbis illud ſatis vulgare adnotauit, donatariū obligari naturali quadā honeſtate ad beneficij accepti remunerationē. l. ſed ſi lege. §. conſuluit. ff. de peti. hæredi. l. ſi pater. §. vlti. ff. de donati. l. metū autē. §. ſed licet. ff. quod met. cauſ. Nec enim donatio remuneratoria poteſt propriè donatio dici. l. Aquilius Regulus. ff. de dona. Bart. ibi. & idem in procmio. ff. 4. col. Abb. in rubr. de donat. Iaſ. in. §. ſed ſi quis. nu. 8. de actio. idē in. l. ex hoc iure. ff. de iuſti. & iure. huius remunerationis aliquod effectus cōmemorans, quod diligentius Agit Andr. Tiraq. in. l. ſi vnquā. C. de reuo. dona. verbo, donatione largitus. nu. 11. vbi Rip. q. 14. eandē opinionem probat, ex quibus cōmunē eſſe con-

ſtat, licet Deci. in. l. donari. ff. de regulis iuris. poſt gloſ. in dicto. §. conſuluit. teneat, remunerationem veram & propriam donationem eſſe: cum nullo iure cogēte fiat. Cui ipſe reſpōdeo, obligationem illam, quæ ex ratione naturali ineſt hominibus: vt grati ſint beneficiētibus, inducere ad remunerationem. Nam, vt ſcribit Seneca. lib. 2. de benef. c. 18. & quidem diligentius quærendus eſt beneficij, quam pecuniæ creditor: huic enim reddēdum eſt quantum accepi, & ſi red didi ſolutus ſum, ac liber: at illi plus ſoluēdum eſt: & nihilominus relata gratia coharemus. Vnde, hāc remunerationem ex ratiōe naturali procedere, deducit eleganter Fortu. in. l. 1. §. ius naturale. ff. de iuſti. & iur. illat. 10. Quin & ingratitude peccatum eſſe cōſtat, quādoq; mortale, ſi contingat contēptus beneficij accepti. Tho. & Caiet. 2. 2. q. 107. ar. 3. quāuis qui beneficium intulit, ius exactionis non habeat: cum animo liberali id egerit, & ideo remuneratio non eſt debita ex legali obligatione, ſed ex honeſta, & morali, vt idē Thom. probat. 2. 2. q. 106. arti. 4. 5. & 6. Adeo, vt nulla actio in republica detur aduerſus ingratos, qui mortali etiam crimine ingratitude committunt, ne tot lites oriantur. His enim actionibus nō ſufficerēt omnia fora: atq; ita vtile fuit reipublicæ nullam actionem ex hoc dari, autore Seneca. lib. 3. de benef. c. 7. ex quo conſtat, apud Macedonas actionem aduerſus ingratos lege datam fuiſſe, & idem apud Athenienſes ſtatutū fuiſſe,

se, testatur se legisse Ludouic. Cæli lib. 4. election. Antiq. c. 28. quod ex Valerio Maximo constat. lib. 5. c. 3. §. Phocion. Eandem actionem aduersus ingratos apud Persas datam fuisse scripsere Xenophon lib. 1. de Pædia Cyridoâ. Stobæ. serm. 42. & Themistius in commentario de Amicitia. Vnde quidam censent, nō Macedonas, sed Persas, legendum apud Senecā, quod ipse minime probauerim. Tametsi ex Xenophonto lib. 1. commératorum, appareat, Athenis parentibus aduersus filios actionem hanc dari: non aduersus alios, vt tandem possit de hac actione intelligi Valerij Maximi locus, & item Luciani alter in Abdicato. Sic etiā licet ex pacto nudo oriatur naturalis obligatio. l. 1. ff. de pact. l. iuris gētium. §. prætor ait. ff. eod. tit. idq; pactū violare, peccatū mortale sit regulariter. glo. communiter recepta in c. 1. de pactis. tamē ad euitāda totin re publica cōtentiones, expensas, iurgia, & lites, nulla datur ex pacto nudo actio iure ciuili. d. l. iuris gētium. §. sed cum nulla. Tametsi æquitatem illam naturalem sacri Canones secuti actionē ex pacto nudo dederint in c. 1. de pact. & p̄ x̄ ac sanctissimē huius regni sanctiones. l. 3. tit. 8. lib. 3. in or. reg. obiter enim his & si paucissimis verbis, arbitror veram sensisse rationē illius hactenus indefessæ disputationis, an ex pacto nudo actio iure ciuili pontificio, & Regio oriatur: & potuissē, ni præsens tractatus impediret, eā rationem comprobare, ostēdens sapissime aliquid illicitum fieri, & mortali

commisso crimine: non tamen à iure ciuili, nec Canonico, pœna exteriori puniri, aut actione iudiciali rescindi.

Habet tamen hæc ipsa remuneratio alium effectum, vt repetitionē impediat eius, quod solutum fuit errore iuris. Nam qui gratificatur alteri, à quo beneficium accepit, credens sese ad id teneri errore iuris, iam animo consentit naturaliter, vt remuneretur amicum: nec errat in naturæ vinculo, & cōsensu naturali, licet errauerit in iure. Igitur non repetit. l. cū quis. C. de iuris & facti ignorā. Ad idem cōducit tex. in d. §. cōsuluit: quo decisum est, eum qui donauit, si antidota accepit, esse factum locupletiorē: ergo ab eo repetitū non potest, nō enim diceretur factus locupletioris, si ab eo repeti datum posset. Eandem sententiam probat. l. idemq; §. si. ff. mand. ex quibus & alijs hæc opinionē defendunt Fortin. in dicta illat. 10. & Zasius lib. 1. singular. respon. c. 3. num. 22. licet glo. communiter ibi recepta, ac noua ratione per las. munita contrarium teneat in l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iure. glos. in dicto. §. cōsuluit. Barto. & Docto. in dicta. l. cum quis. Barto. in. l. si testamento. §. 1. ff. de fideiuf. & Docto. in. l. si non sortem. §. libertus. ff. de condic. indeb. per text. ibi, qui probat, libertū repetere non posse operas officiales, & obsequiales, quas patrono præstitit, credens ipsum ad id teneri: posse tamen repetere fabriles operas eodem errore præstitas. Ille vero text. potius probat primam opinionem: quia operæ officiales & obsequiales renuntia-

Caput Cum in officijs.

tionem præ se ferunt, attēto iure ciuili: non sic fabriles. *De donat. diuisi*
ib. Sunt etiam qui alium huiusce remunerationis effectum comminiscantur præmissa Regia lege, quæ permittit parentibus tertiam & quintam bonorum partem cui velint ex filijs donare, aut relinquere, præter eam partem, quæ ei iure æqualis diuisionis inter filios faciendæ, competit: existimant enim donationem remuneratorem à patre filio factam, vt æs alienum ante alia deducendam esse, nec imputandam fore in tertiam & quintam bonorum partem. Ioan. Lupi. in rubr. de donatio. inter virum & vxor. §. 50. nu. 12. Didacus à Segura in l. cohæredi. §. cum filia. ff. de vulg. fallen. 16. Didacus à Castel. in procemio Taurinæ sanctionis, verbo, gratia. quibus ad stipulari videtur. l. viuus. ff. si quid in fraud. patro. dicens, viuus libertus bene merentibus amicis donare potest, legare vero nõ potest, quo patroni partem minuat. Ergo ex donatione remuneratoria sicut potest minui patroni portio legitima, ita & filiorum: cum hæ portiones sint similes. l. vltima. C. de inofficio. testamēt. & ibi Doct. Ias. in authen. nouissima. eodem ti. col. 2. Huic vero effectui minime cõsentio, quippe qui satis competentum habeat: donationē remuneratorem à patre filio factam, aliorum filiorum legitimam portionē minime posse diminuere, neq; vt æs alienū deducendam esse, sed in legitimam donatarij portionem imputandam, atq; in his regnis in tertiam, & quintam bo-

norum partem. ex glo. quam expressim approbat præter alios Paul. & Ias. col. fi. in auth. vnde si parens. C. de inoffi. testa. Pulchre Aymon Sauil. cõs. 165. col. 2. alioqui possent facillime filij portione legitima priuari. Nec oberit d. l. viuus. quia loquitur quoad portionem legitimam patrono debitam. Bal. in l. 2. oppo. 4. C. de inoffi. donato. est enim minori prædita priuilegio, quam portio filij ex lege cõpetens: sicuti adnotauit Ias. in l. eum qui. C. de inoffi. testa. vbi argumentationem à legitima portione patroni, ad portionem filiorum non omnino procedere, optime asserit. Id vero quod Iuriscõsultus in d. l. viuus. de legatis dixit, vt ea minime patroni partem diminuant, etiam benemeritis relicta: ideo procedit, quod legata ab hæredibus præstata sunt, ad quos isthæc obligatio remunerationis, vt æs alienum non transit. Bar. in l. ambitiosa. col. 2. ff. de decretis ab ord. faci. Posset tamē hic effectus admitti, quando ministeria, opera, beneficia, ob quæ remuneratoria donatio fit, eius esset cõditionis, vt in iudicio pater conueniri posset ad remunerationē, quod in specie Aymon in dicto consilio respondet. Eadem remunerandi obligatione perpensa, potest dari intellectus ad Regiam. l. 4. titu. 4. lib. 5. ordi. qua cauetur, donationem ab extraneo alteri coniugum factam, ex iure Regio non esse vtrique cõiugi communem vt locum habeat in simplici donatione, non tamen in remuneratoria: ea etenim inter virū & vxorem diuiden-

da erit. Rodericus Suarez in lege prima, titulo de adquisitis, libro tertio Fori. limitatio. 3. quia hæc non est proprie donatio. Nec tamen hic tractamus de donatione, quæ castrensis est, aut quasi Castrensis: siquidem in hac manifestè distinguit d. Regia lex.

EX CAPITULO
Ad hæc.

Vera, & communis ratio huius decisionis.

CAPUT AD HÆC.



ACTENVS in precedenti capitulo interpretatione satis hunc text. explicuimus, & ideo nihil immorabimur: obijcit tamen glo. aduersus eius decisionem illud in iure manifestum.

Quod vna via prohibetur, alia permitti non debet. Cur igitur permittitur clericis titulo eleemosynæ, in ægritudine ad mortem moderatè donare redditus ecclesiæ, cum eis sit prohibitum testamenti iure idem facere? Est tamè præcedens regula iuris intelligenda, quando quid prohibetur attentò effectu, nam si vno modo vetitum est, alio permitti non debet. Hæc vero decisio est intelligenda, vbi aliquid prohibetur attentò modo agendi. Non enim oportet, nec decet concedi clerico à iure licentiam testandi de redditibus, quos ab ecclesia perceperat: quia disponeret, ac distribueret bona illa in tempus, quo nec verè, nec fictè eorundem dominus futurus est, nec etiam dispensator, quippe qui bona illa non possi-

deat, vt propria, sed tanquam aliena, iure per eius obitum extinguendo, nec ad eius hæredem transituro. ita Ancharra. Abb. Imol. & Doctores hic. Et licet in ægritudine facta horum bonorum distributio possit videri in fraudem ecclesiæ. ex capitulo. 2. de renuntiatio. in. 6. glos. in capitulo. de his. de sepulto. & in capitulo. Rainuntius. verbo, deducendas. ist. titulo. & reg. 18. Cancel. tamen attentò huius constitutionis moderamine, his & alijs cautelis occurritur. * Quid autem Regia Partitarum lex in huius capituli intellectu explicuerit constat ex. l. vlti. titulo. 21. part. prima. *

EX CAPITULO
Quia nos.

- 1 Peculium, quod in ceteris filij familias est aduentitium, in clericis filij familias erit castrense, vel quasi castrense.
- 2 Vsufructus bonorum, quæ filij familias clerico adquiruntur, patri non competit.
- 3 Clerici in minoribus ordinibus constituti eodem iure censentur.
- 4 Prima tonsura an sit ordo.
- 5 Filius familias an fiat liber à patris potestate per sacerdotium, aut Episcopalem dignitatem.
- 6 Testamentum clerici, an possit rumpi ex causa præteritionis, vel ex heredationis.
- 7 Militis testamentum, an sit liberum à querela, & in re dicendi nullum.

CAPUT QUIA NOS.



In hac decisione colligitur, clericum proprio testamento posse distribuere, & cui voluerit relinquere bona, quæ vel à consanguineis, vel ex propria industria adquisiuit.

Caput Quia nos.

1 quod tractamus in c. huius titu. nu. ii. Subdit tamē hic Bernar. clericum in his bonis, quæ ex redivibus ecclesiæ adquisiuit parē esse filiofamilias qui testari non potest, nisi de castrensi, & quasi castrensī peculio, quasi velit bona ista cēseri aduēticia, aut profectitia; ea verò, quæ aliūde quā ex ecclesia habuerit esse castrensia, vel quasi castrensia, quā similitudinem aptat elegāter Cardi. consi. 79. col. i. Peculiū ergo, q̄ in alijs filijsfamilias est aduentitium, est in clericis filijsfamilias castrense, vel quasi castrensē, vñdecunq̄, clericis filijsfamilias bona aduenerint. Inno. Hostien. Cardi. Anto. Imol. Anchar. Abb. & Barb. hic col. 2. tex. in. l. sacrosanctæ. & in authē. presbyteros. C. de episco. & cleri. Paul. Castre. post alios in. d. l. sacrosanctę. Regia. l. 3. ti. 22. par. 1. quæ idem dicit de bonis, quæ pater donauit filio existēti in patria potestate, clerico tamen, q̄ ipse intelligerem in donatione facta prætēxtu militiæ clericalis. Poterit ergo clericus de hisce bonis testari, sicuti docto. idem fatentur.

2 Neq; horum bonorum omnium vsusfructus patri quæritur, sed integer proprietati adhæret, siue sint bona quæ sita occasione militiæ clericalis, siue ex alio titulo, quicquid dixerit Iaco. Butr. in. d. l. sacrosanctæ. contrarium asserens in his vltimis bonis, huius tamē opinio aduersus communē est, & apertissimē reprobatur per tex. in. d. auth. presbyteros. quem ad id dixit singul. esse Rode. Suarez in quæst. Maioratus. fol. vlt. col. i. post Paul. Ca.

stren. in. d. l. sacrosanctæ. & Ioan. Lupi. in rubri. de donatio. §. 42. num. 7. In his verò bonis, quæ antequā fieret clericus filius habuit, pater vsusfructū habet, neq; per testamētum filij fit in tali vsusfructu patri præiudiciū. Deci. in. c. in præsentia. nu. 64. de proba. Saly. & Faber. in authent. ingressi. C. de sacrosan. Roderi. Suarez. d. fol. vlt. & Ioan. Lupi. in. d. §. 42. nu. 13. Abb. in. c. cōstitut°. de in integ. resti. licet ipse in d. c. in præsentia. nu. 56. dubius tamen contrarium asserat.

3 Id autem, quod modo diximus bona à clericis etiam filijsfamilias ad quita quocunq; iure post ordinē assumptum cēseri castrensia, vel quasi, locū habet etiam in clericis minoribus præditis ordinibus, quod hic fatētur omnes. Ioānes Lupi. Decius & Suarez, paulo ante citati. Quin idem erit in prima tantum tonsura insignitis: sicuti in hac specie adnotauit Barb. hic, & Roderi. Suarez dict. fol. vlti. col. 2. Cœpola caute. 113. ex his quæ notat Abb. in rubri. de vita & honesta. cler. licet Imola hic dubitet. Prima enim tonsura ordo non est glo. in authent. de monach. §. sancimus. verbo, tonsura. Turrecrema. in cap. clericos. artic. 5. 21. distin. Thom. in. 4. sentē. distin. 24. quæst. 3. artic. 1. & ideo iustam dubitandi rationem habet ipse Ioannes de Imola. Cuius dubiam opinionem, vt certam asserit Viglius in. §. qui alieno. insti. quib. non est permis. facere testament. numero. 18. à quibus nos recedimus, vulgo receptam sententiam secuti. ex dicta authent. presbyteros. &

Regia.

4 Regia. l. 3. Nam primam tōsuram ordinem esse, probat tex. in cap. cū contingat, de ætat. & qualita. vbi Anto. & alij id concedunt, cōmuniter Barba. in capitu. quanto. de consuetudi. col. 2. & 3. dum defendit, nouem esse ordines ecclesiasticos. idem Ioan. Maior. dict. distin. 24. q. 1. Saltem negari non potest, esse primam tōsuram initium quoddam sacri ministerij, & officium ecclesiasticum. ex cap. primo 69. dist. & canone. 14. Synodi septime. cap. vlt. de tēp. ordi. in. 6. tamen si Barbat. Maioris, & aliorum opinio quod ad propriam, & veram Sacrae ordinationis consecrationem vera non sit. * His accedit: quod clerici in minoribus degradantur. c. 2. de poenis. in. 6. & ibi Docto. communiter. Antonius in cap. at si clerici. de iudi. Barba. in cap. cum non ab homine. 2. colum. eo. titu. Ioan. Bernard. insignis Præsul Callagurritanus in praxi criminali. cap. 13. 2. nec refragatur tex. in capitu. clericus. in. 2. de vita & honesta. cleri. dicens clericos in minoribus ordinibus constitutos esse sine gradu: nam intelligitur sine gradu sacro. gl. cōmuniter recepta ibi. quam sequitur Cors. in singul. verbo, accusatio. vbi addit gloss. singu. in summa. 32. distin. quæ asserit, clericos minoribus ordinibus præditos dici large constitutos in sacris. notat Abb. in. d. cap. clericos. Fateor tamen hanc degradationem actualem minime moribus receptam esse in his, qui minoribus receptam esse in his, qui minoribus ordinibus sunt insigniti. * Hæc vero degradationem

memini me legisse apud Diuum Hieronymum in Epist. ad Pammachiū, regradationem dici. idem Hierony. lib. 2. ad Iouinianum, & in Ioannem Hierosolymitanum eadem dictione vtitur, regradationē vbiq; appellans, vbi quis ab altiori gradu suo vitio ad inferiorem deuoluitur. * *MISSUS 20131*

5 Sacer autem ordo non liberat filiū à patria potestate. auth. presbyteros. C. de epis. & cleri. Abb. in. c. indecorū de ætat. & qualita. & in. c. constitutus. de in integr. resti. idem Abb. in. c. cū desideres. & in. c. cum voluntate. §. si de senten. ex cōm. contra glo. ibi. & in d. c. indecorum. Tamen si Episcopalis dignitas filium eximat à patria potestate. auth. Episcopalis dignitas. C. de epis. & cleri. c. per venerabilem. quifilij sint legitimi. Franc. in rubr. huius tituli. col. 17. idē operatur religionis professio. glo. in. l. si ex causa. §. Papinianus. ff. de minor. quam dicit sing. Barba. in tractat. de præst. Cardin. part. 1. nu. 69. Sic filius familias creatus Cardinalis Romanæ ecclesie, immunitus est à patria potestate. glo. in extrauagan. Execrabilis. de præst. inter cōmunes. verb. sublimitatem. Barba. in. d. nu. 69. quæ quidem locum habent in his tantum, in quibus vtile est ipsi filio à patria potestate liberam censerit nō in his, in quibus hæc libertas esset ei damnosa & grauis. Bart. in. l. itē in potestate. ff. de his qui sunt sui. Alexā. in. l. sub cōditione. ff. de libe. & posth. Barba. in. d. q. 1. col. penul. dicens hæc opinionem cōmunem esse. opinionē Careli. Cotta dictione, Episcopalis. l.

De testa. I 4 Probat

Caput Quia nos.

6 Probat præterea in dictione, libere, hic text. clericū testari posse de his bonis quæ præter ecclesiæ reditus adquisiuit ita liberè, vt nec ex causa exheredationis subiaceat querelæ, nec ex præteritione dici possit nullū hoc testamentū. gl. vlt. in. d. auth. presbyteros. quam existimat singul. esse præceteris Roderic. Sua. in. l. quoniam in prioribus. C. de inoffi. testamen. fol. 3. colū. 4. idem notat Abb. hic, deducta argumentatione à milite, qui hoc priuilegium habet. l. vltima. C. de inoffi. testamen. l. Papinianus. §. Papinianus. ff. de inoffic. testamē. l. si instituta. §. de inofficio. ff. eodem titulo. Quin etiā iure nouissimo testamentum militis filios prætereūtis, aut sine causa exheredatis, nec rumpi posse, nec subiaceere querelæ. notat i. mol. in. l. filio præterito. nume. 35. ff. de iniust. rupt. Roma. & Ias. col. pe. in. l. sicut. C. de testamen. milit. Viglius in. §. sed si. insti. de exhered. liber. nō enim est correctio antiqui iuris concedenda, ni expressa ad id decisio noui iuris accedat. Ergo hæc testamēta rata omnino erunt, nō irrita ex causa præteritionis, aut exheredationis, licet portio legitima peti possit à præteritis liberis, aut inique exheredatis, sed quāuis isthæc de testamēto militis opinio subtili disputatione à Viglio, & Ias. tractetur, nondum à cæteris recepta est, imò frequentiori consensu diffinitur, testamētum militis, etiam in castris, peculio, filii prætereūtis, vel inique exheredantis, aut parentes etiam excludentis querelæ subiectum esse, aut rumpi posse.

Barba. hic col. pen. gloss. in. l. vlt. C. de inoffi. testa. Bart. in authent. ex causa. C. de libe. præterit. quem ibi cæteri sequuntur. idem Bartol. in dicta. l. filio præterito. numer. 22. quorum opinio communis est, vt fatentur Alexan. in dicta authent. ex causa. col. 4. Ias. in. d. l. vlti. colu. penul. & idem in. d. l. sicut. num. 8. quæ etiam probatur in authē. vt cum de appe. cognos. §. aliud quoque. & in. §. & hæc quiem. idem notat glo. in. l. Papinianus. §. Papinianus. verbo, contra veterani. ff. de inoffi. testa. & esse hæc sententiā communem asserit Pau. in. l. i. eiusdem titul. Vides igitur qua ratione Abb. argumētatio subsistere nequeat. Alia verò consideratione eadē Abb. sententiā potest admittere: nempe ex. l. filiam tuā. C. de inoffi. testamen. vbi Bal. notat, liberum testamentum dici, quod nō admittit querelā: ergo testamētum clerici non potest rescindi ex causa præteritionis, nec iniustum censerī ex ratione exheredatiōis iniquæ: cū in hoc capite liberum esse dicatur, atq; ita Abb. opinio nem etiam tenuerūt Iaco. Butrica. & ibi Bald. in dicta authent. presbyteros. idem Bald. in dict. l. sacrosanctæ. Angel. Pauli, & Iacobi in. l. i. colum. 2. ff. de inoffic. testament. Angel. in dicta authentic. ex causa. vbi Corne. num. 33. eandem sequitur, & nume. 46. dicit eam esse communem sententiā. Licet ab ea discedant Barba. hic. & Salycet. in dicta authent. presbyteros. & in dicta authent. ex causa. numer. 18. quibus ipse non admodum inuitus accederem. Permissum tamen est, etiam

etiam admissa communi opinione, filijs, & parentibus legitimam portionem ex bonis clerici petere, licet rumpere non possint eius testamentum, quod omnes fatentur. Ego equidem eo libentius ab his, quæ creberrima omnium sententia clericis testatibus liberrimè conceduntur, recederem, quòd videam id permitti habentibus primam tonsuram, in tanta eorum multitudine, vt passim iura filiorum ac parèntium hac ratione omnino corruat.

CAPVT CVM ESSES.



D perfectam, nec tamè prolixam huius capituli interpretationem pro præuia istius decisionis ratione dubitandi,

præmitto, Testamētum, quod in scriptis fit, exigere septem testium subscriptionem, & sigilla, testatoris etiā subscriptionem. l. hac cōsultissima. C. instit. §. sed cum paulatim. inst. eo. l. ad testium. §. si quis. eo. ti. Regia. l. 1. & 2. tit. 1. par. 6. Quin & ultra præmissa Taurina. l. 3. requirit tabellionem, qui subscribat testamento proprio nomine, & signo: in testibus autè sigilla remittit. Nuncupatiuum verò testamētum fieri debet coram septè testibus. d. l. hac cōsultissima. §. per nuncupationem. in re Regio oportet, vt testamētum nuncupatiuum fiat coram tabellione, & tribus testibus, si tabellionis copia adsit, alioqui coram quinque testibus. Quòd si nec tot testes facillimè adesse possint, erit satis coram tribus hunc actum fieri. l. 1. titu. 2. lib. 5. ordi. atque eadem solennitas seruanda est in testamento facto inter liberos, & in codicillis. Regia. l. 3. Tauri.

Sed & illud notandum est, cōdito testamento per nūcupationem, cui præsens fuit tabellio vt notarius, & publica persona, nō oportere fieri testium depositionem iudicalem, seu illam examinationem testium, qui actui interfuerunt. gloss. communiter recepta in l. 2. C. quemadmo. test. àperi. Bart. in l. 2. ff. hoc tit. la. latè in l. 2. C. de bo-

De testa. I s no.

EX CAPITE
Cum esses.

- 1 Quor testes iure civili & Regio sint in testamentis necessarij.
- 2 Regia. l. 1. titul. 5. ordi. explicatur.
- 3 An sit aduersus legem diuinam exigere plures quàm duos testes in aliquo actu.
- 4 Legata in minus solenni testamento relicta, an in iudicio animæ debeantur.
- 5 Ex minus solenni testamento naturalis obligatio oritur, ac rursus non oritur, vt in responsione probatur.
- 6 Lex civilis inducens solennitatem testamentariam, iusta est.
- 7 Sententia à iudice lata veritate comperta, auctoritatem habet in iudicio interiori.
- 8 Testes in testamento an sint de solennitate substantiali formali, an probatoria.
- 9 Quando ratione cessante cesset lex.
- 10 An ex minus solenni testamento sit permissa retentio, sit ne peccatum eo vti, aut contra id agere: ac demq; an sit locus denuntiationi Evangelicæ.
- 11 Substitutio pupillaris expressa matrè excludit, etiā in foro animæ.
- 12 Verus & communis huius cap. intellectus.
- 13 Quatuor testes sufficiunt iure Canonico in testamētis, absq; presbytero parochiali.
- 14 Forma an possit iure Canonico esse testis in testamento.
- 15 Huius Canonis excommunicatio non latæ sententiæ, sed ferendæ censetur.

Caput Cum esses.

no. pos. secūd. tab. colum. 3. siquidem absq; hoc publico examine fidē adhibere testamento iure necessarium est. Si verò tabellio, vti testis actui intersit, iudicialis hæc contestatio, & examinatio accedere debet. Bal. in rubri. C. de fide instru. num. 19.

2 Illud etiam præmissa Regia lege est considerandum, sat esse testamētum nuncupatiuum fieri coram duobus testibus, & notario publicum munus exercente, si in eo loco plures testes facillimè nō possint haberi. Nam tabellio supplere poterit defectum illiustestis, qui deest, & præterea publicam auctoritatem habebit. Constat enim ex eadem Regia lege tabellionē supplere numerū duorum testium: mirū ergo nō erit, si habeat locum vnus & auctoritatem tabellionis, vbi non possunt actui plures testes interesse. Sæpè tamen vidi controuersum, an lege Regia necessaria sit subscriptio ipsius testatoris in codicillis, & in testamento nuncupatiuo. Quidam etenim censent, id necessarium esse in protocollo notarij: quia Regia pragmatica constitutione, contrahentis subscriptio in contractibus requiratur. Alij verò contrarium tenēt in hac specie, ex eo, quòd in testamētis lex non requirat hanc solennitatem. Et hæc quidē posterior sententia magis probari videtur ex ratione legis Tertiæ Tauri, cuius paulo ante meminimus, vbi in codicillis non alia requiritur solennitas, quam quæ ex. l. i. tit. de testamētis. libro. 5. Regiarum ordinatio. in testamento nuncupatiuo erat necessaria.

At ex lege Regia non requiritur pro solennitate subscriptio testatoris in testamento nuncupatiuo, nec etiā iure cōmuni: iuxta quòd licet testamētum in scriptis habere debeat subscriptionē testatoris, non tamē testamētum nuncupatiuum: quanuis id fiat coram tabellione, & per scripturam, secūdum communem omnium adnotationem in. l. hac consultissima. §. per nuncupationem. C. de testam. & in. §. sed cum paulatim. eadē lege. l. i. & 2. tit. i. parti. 6. Nec obstat pragmatica constitutio Regum catholicorum anni millesimi quingentesimi tertij, qua statutū est, quod in omnibus scripturis & contractibus ipse qui cōtrahit, vel scripturam corā tabellione conficit, subscribat eiusdē tabellionis protocollo. Nā & si iure cōmuni hoc necessarium nō sit, sicuti colligitur ex Abb. Feli. & alijs in. c. i. de fide instru. Regia constitutio nō tractat de testamentis, quæ peculiarem habent à iure statutam solennitatem, præterquam nihil aliud est necessario exigendum, adhuc tamē hæc opinio dubia quidem est, & fortassis Regia pragmatica etiam in hoc casu obtinet: atq; ideo prior sententia verior videtur Gregorio Lopez in. l. 2. tit. i. parti. 6. nec mihi displicet.

Admonitus tamē à viro quodam iuris vtriusq; peritissimo, dictā legem primam. tit. 2. li. 5. ordi. vitio scriptorū corruptam fuisse, ea qua potui diligentia codicem vetustissimum legi, qui in huius maximi Saluatoris collegij bibliotheca seruatur: atque ex eo sensus Regiæ constitutionis hic est, vt testamen-

stamentum nūcupatiuū fieri debeat coram notario, & tribus testibus. Si verò corā notario non fiat, adesse debere quinque testes, si in eo loco horū sit copia: alioqui sufficere tres testes ipsi testamento præsentes esse. Hactenus Regia cōstitutio: ex qua apparet maximè mutatū eius intellectum esse his verbis, quę modo in vulgatis codicibus adscripta fuerunt: ex his etenim non admodum sibi cōstat distinctio in ea sanctione expressim facta: quod lectoris iudicio discerni poterit. * ex eo præsertim, q̄ anno. M. D. LXVII. Regia Philippi Secūdi, Regis Catholici, ac Dñi nostri autoritate & decreto edita fuerint Regiæ ordinationes in quarum libr. 5. titu. 4. l. i. litera constitutionis antiquæ in pristinum statum est restituta, sic sanè, vt ipse existimem, testamentum nūcupatiuum coram quinque oppidanis testibus factum absq; tabellione validum esse, etiam si tabellio ex eodem oppido facile vocari ad eum actum posset. Quòd si neque quinque oppidani testes, nec tabellio haberi possit, sit factis, coram tribus oppidanis testibus testamentum fieri. Addit Regia Maiestas veteri constitutioni, nūcupatiuum fieri posse coram septem testibus, etiam exteris, etiam absq; tabellione, & vt par est, ex ipsius legis contextu, etiam si in eo oppido potuerint facile tabellio, & oppidani testes vocari. *

Quibus omnibus refragatur hæc constitutio, qua cauetur, testamentum factum coram parochio, & duobus

testibus, validum esse. Vnde oportet has iuris vtriusq; decisiones ad concordiam reducere, aliquot explicitis huius cap. intellectibus.

Primus nāq; intellectus dicitur hūc textum procedere in his testamētis, quæ pietatis causa fiunt. gloss. hic. & in. §. i. 2. q. 4. quæ quidem interpretatio manifestè refellitur ex. c. sequenti. quòd testamentis in pias causas condendis aliam peculiarem solennitatē speciatim aptat.

Secundo, hic tex. intelligitur ad eopie, vt eius decisio vbique locum sibi vendicet, etiam in foro seculari, & profanis legatis, explosis iuris ciuilibus solennitatibus, quasi legi diuinæ aduersis: cum ex ea cuiusque rei veritas duobus testibus committatur: atque huic interpretationi accedunt Brixie sis in additione ad gloss. §. i. 2. quæst. 4. Hostien. Vincent. Anto. & Abb. hic in lectio. & relectio. colū. 3. & id vbiq; seruare scripsit Alciat. in. l. i. C. de sacrosanct. eccles. Hoc tamē omnium fere iudicio reijcitur, nec admittendum est ab his, qui veram huius responsi rationē adsequi cupiant. Quis enim ferat, totum fere ciuile ius de ordinandis testamētis, à tot Cæsaribus, ac viris sapiētissimis comprobatum, iniquitatis causa euerti?

Ea verò ratio nobis negotium facessit, quòd lex diuina duorum tantū testimonium in qualibet re sufficiens esse diffinierit: qua in re animaduertē dum cēseo, legem diuinam duorum testimonium probare, quasi velit iniquum esse regulariter vnius testimonio

Caput Cum esses.

nio quenquam damnari: non tamen
vetat eadem lex, quin quandoque ex
negotij qualitate plurium fides sit ne-
cessaria, aut saltem Reipublicæ cōueni-
ens. Quòd ex ea constat lege, dum
dixit, in ore duorum, vel trium stat
omne verbū: non enim temere distin-
xit duorū vel triū testimoniū, sed ad
hūc effectū, vt ostenderet, omne ver-
bū stare in ore duorū, vel triū, vel plu-
rium, si hoc legū conditoribus ad rei-
publicæ regimen vtile visum fuerit,
perpensa cuiusq; negotij qualitate: &
hoc ipsum est, quòd insigniter docet
text. in capit. licet vniuersis. de testib.
dicens. Quia licet quædam sint causæ
quæ plures quam duos exigāt testes,
nulla tamen est causa, quæ vnus testi-
monio, quāuis legitimo, terminetur.
vbi Abb. illum text. ad hoc notauit.
idem probat text. in c. nullā. & c. præ-
sul. 2. q. 4. optimè Tho. 2. 2. q. 70. arti. 2.
Alio qui quid (obsecro) diceret, tot le-
gibus, præuia deliberatione statutis,
quæ plures quā duos testes requirūt?
auderes ne asserere eas omnes, diuinę
legi aduersari: si quidem eadem ratio-
ne posses mille in discrimina satis an-
xios cōijcere eos, qui hisce legib⁹ obe-
dire coguntur. Rursus apertissimè con-
staret, constitutionē istam quam mo-
do interpretamur, à lege diuina di-
scessisse: cū necessario exigat præter
duos testes, parochialis presbyteri fi-
dē & testimoniū: sicuti aduertit egre-
gie Fortū. in tract. de vlti. sine. illat. 15.
hunc secundum intellectum repro-
bans. Nec oberit his quæ diximus,
text. hic damnans Hostiensis ecclesiæ

consuetudinem, veluti alienam à le-
ge diuina generali ecclesiæ consuetu-
dine, & Sanctorū institutis: quia non
reprobat Romanus Pontifex hic con-
suetudinem hanc, ex eo quod contra-
ria sit legi diuinæ, sed quod illis diui-
næ legis verbis, in ore duorum stat
omne verbum, generali totius eccle-
siæ catholicæ consuetudine ad testa-
menta deductis, addito presbytero
parœciali, omnino esset aduersa: cum
tamen teneretur ecclesiæ catholicæ
consuetudinem sequi. c. cum non li-
ceat. de præscrip. c. 1. c. de his. 12. distin.
ex quibus constat, hunc secundum
intellectum falsum esse, quòd Fortū.
euidenter demonstrat.

4 Sed est quæstio, & ea nec facilis, nec
admodum expedita, vtrum legata in
minus solenni testamento relicta, in
animæ iudicio sint soluenda ab hære-
de, qui certo scit eam fuisse volunta-
tem defuncti, vt prædicta legata sol-
uerentur? Et in summa, an iuris ciui-
lis solennitas sit in interiori diuino iu-
dicio seruanda? Cuius controuersię
prima est sententia, vt in prædicto fo-
ro minimè consideretur defectus so-
lennitatis ciuilibis: sed manifesta testan-
tis voluntas, & ideo legata soluenda
esse, ac hæreditatem restituendam ei,
qui in minus solenni testamento hæ-
res fuerit nominatus. Cui opinioni
primo suffragatur ratio illa, quòd so-
lennitas iuris ciuilibis in testamētis ideo
requiritur, vt euitentur falsitates, quæ
in eis committi solebant. l. fina. C. de
fideicommiss. §. primo. institut. de te-
stamentis. sed si constat absque ali-
qua

qua suspicione volūtas testantis, cessat hæc ratio: igitur & iuris ciuiliis decisio. c. cū cessante. de appellatio. c. & si Christus. de iureiuran. Præterea & secundò, lex ciuiliis habet fundamentū à præsumptione falsitatis. Lex verò, quæ præsumptionē præ se fert, in animæ iudicio locum sibi non vendicat, quia in eò cōstat veritas; & cessat præsumptio. c. tua nos. capit. is qui fidem. de spons. Bald. in. l. cum quis. 7. col. C. de iuris & fact. ignor. Abb. & alij in. c. s. quæ in ecclesiarum, de cōstitū. Igitur prædicta lex ciuiliis nō erit in foro animæ obseruanda. Tertio, ex minus solenni testamento oritur obligatio naturalis. l. vlti. vbi Bald. C. ad. l. Falci. d. in testamēto. ff. de fideicom. liber. l. fideicommissum. C. de condict. indeb. gloss. Bart. & doctor. in. d. l. cum quis. glo. in. l. i. ff. de condic. indeb. Imol. in. c. vlti. de solut. Regia. l. 31. part. 5. titul. 14. & est communis opinio secundum Ias. in. d. l. cum quis. num. 13. Id verò, quod naturaliter debetur, in iudicio animæ soluendum est necessario. Bart. in consti. ad reprimendam. verb. denūtiationem. Abb. in. c. quia plerique. de immunit. eccle. col. pen. Ancha. in reg. possessor. de regu. iu. in. 6. q. 1. nec id indiget probatione: cū sit manifestum apud omnes. Postremo, extant pulchra verba Plinij libr. 5. Epistolarū ad Caluissium. Hoc, inquit, si ius aspicias, irritum, si defuncti voluntatem, ratum & firmum est: mihi autem defuncti voluntas, vereor quam in partem Iurisconsulti quod dicturus sum accipiant, antiquior iure est. idem Pli-

nus manifestius lib. 2. epistola ad Annianum, his equidem verbis. Tu quidem pro cetera tua diligentia admones me, codicillos Attiliani, qui me ex parte instituit heredem pro non scriptis habendos, quia non sint confirmati testamento: quod ius nec mihi quidem ignotum est; cum sit ijs etiam notum; qui nihil aliud sciunt. Sed ego propriam quandam legem mihi dixi; vt defunctorum voluntates, etiam si iura deficerent, quasi perfectas tuerer. Cōstat enim codicillos istos Attiliani manu scriptos: licet ergo non sint confirmati testamento, à me tamen vt confirmati obseruabuntur: quibus verbis Doctissimus ille vir hanc opinionem veram esse profiteretur: quam sequuntur Abb. in. d. c. quia pleriq; col. pe. idē in. c. 1. de in integ. resti. ad finem. idem in huius. c. relectione. num. 10. & 15. Anchar. in. d. regu. possessor. q. 1. Anton. in. d. c. quia pleriq;. Innocent. in. c. quod sicut. de electio. Bart. in tract. minorit. c. 3. Ias. in. l. si non sortem. in principi. ff. de condic. in debi. Hadri. quodlib. 6. conclus. 2. illat. 2. Florent. quem refert & sequitur Syluest. verb. hæreditas. 3. §. 7. & verb. testamentum. 2. q. 5. & verbo, alienatio. §. 13. & Alciat. de quinq; pedum præscrip. folio. 4. Alber. Brunus in tracta. de potētia, & effecti. formæ. fol. 57. col. 3. & fol. 60. col. 1. & sequentibus. Tiraquel. post leges cōnubiales. gloss. 2. num. 21. ex quibus hæc opinio apparet magis communis.

6 Ego verò his non obstantibus contrariam sententiā veriore esse arbitror,

Caput Cum esses.

ror, pluribus rationibus, sed potissime vtar sequentibus ad comprobationem huius opinionis. Lex enim civilis, quæ testium solemnitatem induxit testamenti iusta est, quod constat ex reprobatione secūdi intellectus: & probatur, quia hic testandi actus grauis est, & mille obnoxius fraudibus potuit erga lex quo tutius & fidelius ageretur, hanc solemnitatem statuere ad totius reipublicæ utilitatem. Quod si hoc publicum est commodum, iusta erit prædicta lex. Absurdum præterea existimarem has leges iniquas censerem. Lex verò iusta in animæ iudicio est admittenda, glo. communitè recepta in d. c. que in ecclesiarum. Abb. Feli. & Deci. num. 8. in cap. 1. de consti. l. si in. l. nemo potest. 2. lectio. num. 106. ff. de legat. 1. Thom. in. 1. 2. q. 96. articu. 4. Innocen. & Abb. in cap. quia plarig. de immuni. eccl. optim. tex. in. c. quo iure. 8. distin. Proverb. c. 8. & ad Romanos c. 13. Igitur & hæc civilis lex in foro interiori, & iudicio uiuo locum habet.

7 Secūdo, eadem sententiā coadiuuatur ex eo quod iudicialis definitio veritate comperta lata nec falsa suspicio ne iudice decepto, vt valet in foro exteriori, ita valet in foro interiori, quia autoritate diuina iudicat ipse iudex. d. c. 8. Proverb. c. 13. ad Roma. notatur in. c. omnis anima. de cēsib. c. 2. de maior. & obe. & in. l. Iulianus. ff. de cōdi. inde. Fort. in. l. veluti. col. 5. ff. de iust. & iure. Sed iudex veritate comperta, & certo sciens testatorem minus solenni testamēto instituisse hæredem Sen

pronium, nec vllam fraudem in ea institutione cōmissam fuisse, ab eo auferret hæreditatem, & lata sententiā eam hæredibus intestati adiudicauit, ex eo quod illud testamētum nullum sit. l. si vn. l. ex imperfecto. & l. hac cōsultissima. C. ist. tit. glof. & omnes in. l. 2. C. de bono. pos. secūd. tab. ergo hoc iudicium in foro animæ autoritatē habet. Nec possum mihi persuadere, iudicē exactissime veritate iuris mei ad rem aliquā comperta, mihi præfatam rem propria sententiā tradere posse, & iustissime, me verò minime tutū, quoad diuinū iudicium esse, nec posse eandem rem possidere. Sequeretur etenim ex hoc leges, quibus subijcimur, incertas esse quoad animarū tutelam, nullamque iustitiæ ministrum tutē à re publica nobis exhiberi.

8 Tertio, his accedit, quod omnis actus consistit in voluntate & potentia. c. cū super. de offi. de leg. l. nemo potest. ff. de lega. 1. adnotauit ex Boetio Bald. in repe. l. 1. C. de sacrosan. eccles. num. 55. Per leges autē civiles non potest quis sine solēnitate iuris testari, cum ab eo potentia auferatur. Colligitur ergo, parum eius voluntatem prodesse, quantumcūq; ea manifesta sit.

8 Quarto, licet proprie substantia à solēnitate differat, vt docet Alciat. lib. 1. parad. c. 16. & ipsa testamenti substantia sit hæredis institutio, iuxta notata per Areu. in. l. 1. ff. isto titu. nos etiam aliquid ad hæc tradidimus in prima parte huius rub. Tamen assumendo substantialem formam alicuius actus pro ea, sine qua actus ipse non valet,

nec

nec effectū habere potest, testium solennitas, & numerus in testamentis erit forma substantialis: non tantum probatoria. Bartol. in. l. nemo potest. ff. de legat. 1. vbi Ias. 1. lectio. nume. 17. & 2. lectio. numero. 21. Bald. in. l. cum quis. C. de iuris & fact. igno. 2. colum. Alexan. in. l. 1. ff. de condi. indeb. col. 2. & ibi Ias. nume. 17. Deci. in. l. 2. C. de bono. pos. secundum tab. col. 3. Aret. in. d. l. nemo potest. col. 2. Alber. Brut. in tracta. quotuplex sit forma. fol. 13. col. 2. dicens hanc opinionem cōmunem esse. quod etiā fatetur Rip. in. d. l. nemo potest. num. 35. licet velit defendere contrariam, quam asserunt Bar. in. d. l. 1. dicens, numerum testium in testamentis de solēnitate probatoria esse. idē Crot. in. d. l. nemo potest. col. 6. alios autores allegans eandem opinionem probātes. Si verò hęc solennitas substantialis est, nihil refert voluntatem testatoris ex alio exteriori testimonio probari. Ergo nec in foro animæ erit ista minus solennis voluntas recipienda: quod expressim asserunt Bal. in repe. l. 1. C. de sacros. eccle. num. 55. Fortu. in tracta. de vlt. si. illat. 15. & asserit hęc opinionem esse communem Ias. in. l. post diuisionē. 2. col. C. de iu. & fac. igno. quorū opinio eo magis placet, q̄ testamētum factum corā duobus testibus iure Pontificio, quod legi diuinæ proprius accedit, & animarum saluti diligenter consulit, absq; presbytero parochiali nō tenet: nec ex eo iustē potest quis hereditatē aut legatum possidere, vt est hic egregia & insignis decisio; & tamen iure

diuino & naturali hęc solēnitas vltra duorum testium fidem, non est necessaria. Ad eādem opinionem plurimū conducit optima Innoc. decisio. in. c. quia pleriq; de immu. eccles.

Non obstat prima ratio, non enim fat est cessare rationem legis in particulari actū, vt cesset ipsa lex, quæ data non est ad aliquem particularem finem: imò eius ratio continua est, non momētanea. Quam ob rem huius legis decisio non cessat, licet eius ratio particulari casu cesset: sed est necessarium cessare rationem legis in cōmuni, & vniuersaliter. text. in clemen. ad nostram. de hæret. c. & si Christus. de iureiurā. Fortuni. in dict. illat. 15. & 16. quod & nos scripsimus in Epitome quarti libri decretalium. 2. parte. c. 6. §. 9. numer. 8. Cum ergo ratio legis in præsentī quæstione non cesset vniuersaliter, non perit ipsa legis virtus.

Secunda ratio tollitur ex eo, quod lex habens fundamentum à præsumptione, in animæ iudicio locum sibi non vendicat, quando lex illa præsumit propter defectum probationis legitime: tunc enim in foro interiori datur certitudo legitima ipsius actus: & ideo legi locus non est, sicuti nos diximus in intellectu cap. is qui fidem. de sponsa. Prima Epitomes parte. c. 4. §. 1. num. 5. & 6. Hęc verò lex civilis non præsumit fraudem ex defectu probationum, sed ex defectu solennitatis. Vel dici potest huius legis conditionem habuisse præsumptionem falsitatis, & fraudis suspicionem in testamētis omnibus, & ea ratione impellente

Caput Cum esses.

lente præmissam solēnitatem statuif-
se, vt hic testandi actus in republica
frequentissimus tutius fieret, atq; ef-
set à fraudibus & falsitatibus immu-
nis. Vnde prima ratio impulsua fuit,
& ideo ea cessante non perit lex. text.
in. l. i. §. sexum. ff. de postul. Vltima ve-
rò ratio fuit præcipua & principalis,
quæ non cessat ex eo quod quandoq;
contingat, coram duobus testibus fieri
testamentum liberè, & nulla præce-
dente fraude. Et ita in effectu redimus
ad primæ rationis solutionem.

Tertium, quod ad primam opinio-
nem adduximus, minimè obstat, quia
id falsum est: nullibi etenim probatur
ex minus solēni testamento naturalē
oriri obligationem: vt expresse notat
Bald. in. l. cum quis. C. de iuris & facti
ignorant. col. 4. Cinus, & Fulgo. quos
Ias. sequitur in. d. l. i. nu. 16. ff. de condi-
indeb. idem Ias. in. l. si creditoris. per
text. ibi. & in. l. si veritas. C. de fideicō.
quibus constat, non oriri naturalem
obligationem ex testamēto minus so-
lenni, idem nouissimè probat Petrus
Loriotus de iuris arte. tracta. ii. cap. 22.
Fateor tamen oriri ex testamento mi-
nus solēni quandam obligationē na-
turalē, quæ insurgit ex honestate, &
debito morali: non tamē eam natura-
lem obligationē, quæ ex legis vincu-
lo oriatur. autoritate Bal. in. d. l. i. C. de
sacro sanct. ecclesi. num. 55. & in simili
specie Sanct. Thom. docet. 2. 2. q. 107.
q. 106. articu. 4. Cuius & nos memini-
mus in. c. cum in officijs. hoc tit. ad fin.
Hæc verò naturalis obligatio ab hone-
state morali deducta repetitionē im-

pedit, quod Fort. tradit in. l. i. §. ius na-
turale. ff. de iust. & iure. illat. 10. quan-
uis nō operetur effectū exceptionis,
nec retentionis: sicuti operaretur vera
naturalis obligatio ex lege naturali
producta. qualis est illa, quæ ex pacto
nudo deducitur. Constat igitur ex mi-
nus solēni testamento, obligationem
naturalē, quæ ad moralē honestatem
pertinet, oriri, & hanc impedire repetitio-
nem: quod probant iura pro commu-
ni sententia inducta, non tamen oriri
obligationem naturalem, quæ reten-
tionem aut exceptionē inducat, & sic
illam, quæ legis naturæ vinculo inni-
titur. quo fit, vt tertia ratio ex præmis-
sis refellenda penitus sit.

Ex hac verò disputatione sequuntur
plurima, & primū, errasse Panor.
in huius. c. relectione. notabi. 9. dum
dicit, agentem contra testamētū ex
ea sola ratione, quod id careat solēni-
tate iuris ciuilibus, mortaliter peccare.
Cōstat enim id falsum esse, nec venia-
le crimen cōmitti, ipsumq; agentem
non teneri ad restitutionē eius, quod
ex dicta actione fuerit cōsecutus: quæ
omnia Ias. concedit, refragante Panor-
mi. in. l. nemo potest. ff. de lega. 1. 2. le-
ctio. num. 102. & consil. 67. volu. 3. pe-
nult. colū. & esse verissima ego existi-
mo, etiam si agens certo sciat illam
fuisse voluntatem testatoris, aduersus
Ripam in dicta. l. nemo potest. num.
100. Sic & Domi. Soto. libr. 4. de Iusti.
& Iure. q. 5. ar. 3. hanc primam illatio-
nem multis rationibus defendit, licet
sequentem improbet.

Secūdo infertur, eū qui possideat
bona

bona testatoris ex titulo minus solēnis volūtatisteneri, etiā in diuino animæ iudicio legitimis intestati hæredibus illa restituere, quanuis non dubitet de libera & spontanea testātis voluntate. Qua in re grauissime errant Alexan. & alij, quos Ripa sequitur in dicta. l. nemo potest nume. 97.

Tertio ex hoc deducitur, possidētem rem legatam sibi in minus solenni testamento, nec in iudicio exteriori, rectissime vti posse iure retētionis, atq; exceptione proposita se aduersus legitimum hæredem defendere. Hæc enim defensio, aut retentio, nulla ratione probari potest, imo improbatur a. l. si creditoris. C. de fideicom. Tametsi contrarium teneant Alexā. Imol. & Ias. post Barto. in. d. l. nemo potest. vbi Iaso in. i. lect. nume. 70. & in. 2. nume. 94. dicit eorum sentētiā communem esse.

Quarto sequitur, vanā esse, omniq; ratione destitui Docto. differentiam quā Alexā. tradit in. d. l. nemo potest. & fatentur cōmunem esse Ias. ibi in. i. lect. nume. 75. & Ripa num. 102. dum negant, hæredem scriptum in minus solenni voluntate posse in iudicio exteriori vti retētionē, quanuis eam legatario permittant. Nam si id legatario permissum esset, nō video qua ratione hæredi idem ius negetur.

Quinto, multo minus placet Iaso. sentētia, qui in. d. l. nemo. i. lect. nu. 75 dixit aduersus communem, hæredē scriptum in minus solenni testamento vti posse retentione. & idem notat Ripa ibi. nume. 102. hi enim Docto.

optime aduertunt, nullum debere cōstitui discrimen inter hæredem, & legatarium: falso tamē ad hæredem extendunt, quod legatario communis sententia concesserat.

Sexto, non possum non mirari quorundam allucinationem, qui asserūt, hæredem scriptum in testamento minus solēnitutum esse in foro animæ, si possideat hæreditatem: rursus legitimum hæredem ab intestato non teneri in eodem animæ iudicio restituere hæredibus, nec legatarijs scriptis in testamento minus solenni, legatū, vel hæreditatem. ita Alex. numer. 23. Ripa. nu. 99. dicens hanc opinionem communi omniū consensu receptā esse in dicta. l. nemo potest. idem notat Ias. in. l. si post diuisionem. colu. fi. C. de iuris & fact. ignoran. & Tiracquel. post leges connubiales. gl. 2. nu. 24. Hæc enim parum inter se cōstāt, siquidem is, qui verum ius habet, tutē hæreditatem possidet. Is vero, qui nullam causam dominij, aut iuris ex legitima legū sanctione cōsequitur, restituere omnino tenet id, quod possidet.

Septimo, ex his manifestè conuincitur Bal. errasse in. l. i. col. 2. C. isto titu. & Ias. in. l. cum quis. C. de iur. & fact. igno. dicentes, legatarium, qui rem legatam in minus solenni testamento consequi non potest, iuste posse eam furto subtrahere: id em falsissimū est.

Octauo, constat eadem ratione, legatarium minime posse adsequi rem legatam in testamento imperfecto per denuntiationem Euāgelicam, quod

De testa. K Bald.

Caput Cum esses.

Bald. optime asserit in. d. l. cum quis. col. 5. licet Abb. in huius capit. relect. colu. 4. Ias. in dicta. l. cum quis. & Ripa in. d. l. nemo potest. nume. 98. contrarium velint: quibus consentire videt Alci. in. c. nouit. de iudic. nu. 47.

11 Nono ex hac opinione, quam verissimam esse arbitror, infero intellectū ad tex. in l. Papinianus. §. 1. ff. de inoffi. test. & in. c. si pater hoc ti. in. 6. & de niq; ad omnia iura, quibus sancitum est, per expressam pupillarem substitutionem matrem excludi etiā à portione legitima in bonis pupilli, vt tandem in foro, quod conscientię vulgo appellamus, id locū obtineat. Franc. in. d. c. si pater. fi. col. Soci. in. l. 2. num. 21. ff. de vulg. Corn. 2. col. Lancel. Dec. & Curti. Iunior in. l. precibus. nu. 14. C. de impu. & alijs. Crott. in. ca. 2. de const. in. 6. notab. 1. Galiaula in. l. Centurio. colu. 70. ff. de vulg. Alciat. in. c. nouit. de iudic. nume. 41. quorum opinionem sequuntur dicentes eam cōmunem esse Anton. Rube. consi. 69. Ripa in. d. l. 2. nume. 45. Zasius in tracta. de substit. titu. de pupilla. substit. num. 22. licet contrariam sententiam asserant Archi. & Domi. in dicto. c. si pater. quibus adhærent Philip. Deci. in. l. precibus. colu. 4. & ibi Corasius nume. 29. Gomeci. in. d. c. 2. nume. 19. & Alciat. de quinq; ped. præscrip. in princip. nec opinor Archi. opinionē esse magis communem, quanuis id Gomeci crediderit. Imo nec placet, quod Lancel. Politus notauit tracta. de substit. rubri. de pupillari. §. effectu dicens, Archi. opinionem procedere

in bonis, quæ pupillus aliunde quam à patre habuerit: hoc enim falsum est & à frequentissima omnium sentētia alienum, sicuti aduertit Zasius in. d. nu. 22. Verū si mater pupilli sit inops, & pauper, poterit alimenta petere à substituto. ex. l. si quis à liberis. §. idē rescriptum. ff. de libe. agnoscen. secundum Ripam, & Zasium.

12 Tertio, & principaliter caput hoc cū esses. ita intelligit, vt procedat iure canonico, & in p̄uincijs ecclesiæ Romanæ subiectis quoad temporalē iurisdictionē: in his etenim casibus testamentū solenne est, si factum fuerit corā duobus testibus, & parœciali presbytero, quāuis ad pias causas factum non sit. glo. Ioan. And. Anch. Cardi. Henri. & Imol. hic. Fortu. in. d. illa. 15. Corne. conf. 77. vol. 1. Domi. cōf. 49. Frederi. conf. 217. vbi post Ioā. And. hic asserit, hanc opinionē moribus receptam esse. & eā esse cōmunem fateatur Nicol. Boeri. deci. 93. Corne. cōf. 261. col. fi. vol. 4. & Carol. Rui. cōf. 14. nu. 4. vol. 2. & conf. 51. nume. 11. vol. 1. ex qua communi sentētia secundum eos, est necessarium vltra duos testes presbyterū parochialem testamento adesse. quod fateatur Abb. in repet. col. 4. Card. & ceteri Doct. communiter: quemadmodū profitentur Imol. col. 4. & Barb. hic col. 6. Corn. d. conf. 77. Albert. Bru. de potēt. & effec. formæ. 30. fallētia. Domi. idem probat dicto conf. 49. Fortu. in illat. 15. de vlti. fine iur. nec in hoc dubitādum est: siquidē hic est ipse verus, ac proprius huius c. sensus, à quo discedere nō licet. Ex quo

quo apparet deceptum fuisse in intellectu huius canonis And. Alciat. virum alioqui & doctissimum, atq; eloquentissimum, qui in. c. nouit de iudi. col. pen. scripsit, hanc decisionem in foro cōscientiæ procedere, non in iudiciali: cōstat etenim iniudiciali canonico iustissimè seruandam esse.

13 Cæterum, hæc interpretatio quam communem esse diximus, procedit etiã si hic presbyter, vt notarius huic testamento accesserit, ac præsens fuerit, nam cum duobus testibus valebit hoc testamētū ex ratione huius textus, quē in hac specie intellexit Pau. Parisius cons. 50. volu. 3. Quod si presbyter huic actui non adsit, loco tamen eius sint præsentēs duo testes, validū erit hoc testamētum: quia duo testes satis gerunt vices vnius quantuncumque maximè autoritatis. c. licet. cap. cum à nobis. de testibus. ita Anto. & Abb. hic in lectio. & relect. nume. 12. Specu. titu. de instru. edit. §. compendiose. nume. 12. Domi. consi. 49. Roma. in auth. si mulier. C. ad. l. Falc. 34. speciali. Corne. cōsi. 261. vol. 4. fi. col. Deci. consi. 284. in. 2. dub. dicens hanc opinionem communem. post Alex. consi. 103. colū. 4. vol. 4. quam sequitur Boeri. decis. 39. colum. 2. & Carol. Rui. consi. 51. numer. 11. volu. 1. quauis idem Corne. contrarium probare nitatur consi. 68. colum. 1. volum. 1. post Imol. in. l. nemo potest. ff. de legatis. 1.

14 Est tamen dubitatio insignis, vtrū fœmina possit esse testis iure Pontificio in hoc testamento? Et iure ciuili

constat fœminā nō posse testem esse in testamento. l. qui testamēto. §. mulier. ff. ist. titu. §. testes. inst. eo. glōf. in c. forus. de verbo. sign. verb. fœmina. etiam si honestissima sit. Regia. l. 17. titu. 16. part. 3. Abb. vero in huius. ca. lectione. 1. colū. & Anch. assertunt sat esse ad solennitatē huius textus. hos testes, vel viros, vel fœminas esse: quorum opinio cōis est, secundum Ioan. Crot. in tract. de testib. par. 1. nu. 10. cū hæc decisio testamēti solēnitatē ad ius gentium reduxerit quo quidem iure non distinguitur testimonium fœminæ à testimonio viri. Quæ quidem ratio non satis applaudet, ex eo quod præter solennitatem iuris gētium exigit hic textus presbyterum. Vnde non omnino sufficiens est iuris gētium solēnitas: nec mulier testis esse poterit. Corn. in auth. quod sine. 2. col. C. ist. ti. Dec. in. c. 3. de testib. colū. pe. & in. l. 2. ff. de reg. iur. nu. 31. Maximè refragatur communi sententiæ textus. hic requierens, non duos quoscunq; testes, sed idoneos. quo fit, vt probabilior sit opinio, quæ etiã iure canonico ab his testamentis fœmineum testimonium excludit. cui subscribunt Alex. consi. 70. col. pe. & cōsi. 77. 2. col. vol. 2. Albert. Brun. in tract. de correc. & relax. solēnita. & formæ. fol. pe. q. 8. & Tiraquel. 9. l. connub. num. 45.

15 Glo. vltima notat verba huius. ca. esse comminatoria ferendæ excommunicationis, non latæ: cui similis est in ca. sicut tuis. de simo. verb. Anathematis. & in. c. 1. de sagit. & in. cap. Salonitanæ. 63. distinct. quas vbi que

Caput Relatum in. I.

docto. approbat, & Feli. in. c. Rodulphus. de rescript. num. 24. latius Andre. Tiraquell. in. l. si vnquam. C. de reuoca. donation. verbo, reuertatur. numero. 16.



Vanuis iure ciuili, ac Pontificio intestamentis certus testium numerus, & ordinatio maior requiratur regulariter: tamē vltima voluntas, quæ pietatis causa fit, duos tantum testes exposcit, quòd in hac decretali decisum est, in fauorem piæ causæ: sicuti plura alia in iure sunt statuta eadem ratione, quæ Roma. tradidit in repe. authen. similiter. C. ad. l. Falcid. Catelli. Cott. in memorabil. dictione absentii. & dictione, anima, & dictione, apices: neq; libet ea omnia hic repetere: cum sit satis, pietatis causa legata coram duobus tantum testibus legitime deberi. Cui assertioni ad stipulatur text. in. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. ist. tit. * Quid verò sit obseruandum, vt vltima voluntas pia, aut pietatis causam continere censeatur, tradidere gloss. & doctor. in. l. si quis Titio. ff. de legat. 2. quo in loco doctissimus Peralta multa diligenter explicat post Rom. in authent. similiter. C. ad l. Falcid. & post primam huius operis editione Andre. Tiraquell. in tracta. de causa pia, & eius priuilegijs. *

EX CAPITE

Relatum in. I.

- 1 *Causa piorum legatorum etiam apud iudicem secularem, tractanda est iuxta canonicas sanctiones.*
- 2 *Testamentum principaliter ad pias causas factum minus solenniter, etiam quoad legata profana validum est.*
- 3 *Legata pia an peti possint ex testamento minus solenni, factò tamen principaliter ad aliam quampiam causam.*
- 4 *Non est necessarium in testamento ad pias causas testes esse rogatos.*
- 5 *Fœmina potest esse testis in testamento causa pietatis factò.*
- 6 *An presumatur nulla premissa probatione in casu huius canonis testes esse legitimos.*
- 7 *Tractatur elegans Angeli opinio, an testes presumantur idonei.*
- 8 *In legatis pijs duo testes sufficiunt eius qualitatis, quam in testibus canones communiter exigunt.*
- 9 *Testamentum imperfectum ratione voluntatis etiã ad pias causas, non valet.*
- 10 *Legata pia debentur ex testamento perfecto, ratione voluntatis, quanuis ad legata profana processum à testatore non sit, impediente morte.*
- 11 *Testamentum à notario scriptum, dictate testatore, & testibus presentibus, an sit iterum legendum ipsi testatori, & testibus.*
- 12 *Vltima voluntas propria defuncti manu scripta pietatis causa, seruanda est, licet non sit coram testibus publicata.*
- 13 *Legata pia possunt ab hærede laico peti, etiam coram iudice ecclesiastico.*

Hæc verò decretalis definitio primo intelligitur, vt non tantum procedat coram iudice ecclesiastico, sed & coram ciuili, & seculari. Nam quoties apud secularem iudicem est controuersia de legatis pijs, iudicium ferendum est iure canonico ad amissim seruato, non iure ciuili licet is iudex non sit quoad temporalia Romanae ecclesie subiectus. Abb. & docto. hic

CAPVT RELATUM in primo.

Doct. hic Bar. in. l. 1. col. 1. & in rep. col. 1. pe. C. de sacros. eccle. vbi Saly. & Ias. l. lectioe. nu. 36. & in. 2. nu. 29. Fortu. de vlti. fi. illa. 15. col. 7. ex tex. & ibi sepissime notatis in c. ecclesi. de cost.

Secundo, hic tex. procedit si testamētum principaliter fiat causa pietatis: tunc enim coram duobus testibus factum valet, etiam quoad reliqua legata in eo relicta laicis nulla ex causa pietatis: alioqui testamētum principaliter factum alio quā pietatis respectu minus solenniter, nullum erit, non tātū quoad principale, sed etiā quoad legata pia in eo contenta. Anto. in. c. quod clericis. de for. comp. col. 6. Saly. in authē. cassa & irrita. C. de sacros. eccle. q. 9. Soci. conf. 5. vol. 3. Alex. cōsi. 177. viso themate mihi diligenter exhibito. col. 3. vol. 2. qui vtranq; Anto. decisionem sequuntur. Ego vero eas distinguam, ne confusione quadā obruantur. Prima etenim ex eo procedit, q̄ principale trahat ad sese accētia, vt in hac ipsa specie probat tex. in authen. quod sine. C. ist. titul. quo probatur, in testamento valido speciali iure, & fauore filiorum legata extraneis relicta etiam valida fore, & ita hanc Antonij opinionem sequuntur Corne. conf. 278. vol. 1. Alex. conf. 41. vers. quinto. 1. vol. & consi. 103. volu. 4. col. 4. Caro. Rui. conf. 1. num. 11. vol. 2. & alij paulo ante citati. Nec ab eo dissentientem aliquem se legisse fatetur Ias. in. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. nu. 10. C. ist. ti. Ipse vero ibi, & in. l. 1. C. de sacros. ecclesi. in. 1. lecti. nu. 22. & in relect. nu. 29. hanc senten-

tiam reprobatur, inducēs tex. in. d. §. ex imperfecto. vbi testamētū minus solenne inter liberos valet: non tamen quoad extraneos in eodē testamento honoratos. Cui inductioni minime satis fecit Salycetus in di. 9. q. & si maxime id efficere tentauerit. Hanc etiā opinionem, quā Ias. tenet, pramittit Pau. conf. 97. vol. 1. & dicit veriore esse Albert. Bru. de potent. & eff. formæ fallentia. 31. addit tamen esse primam opinionem magis cōmunem. Sed nihilomin⁹ ipse opinor nihil Antonio obesse decisionē. §. ex imperfecto. cū in eo quoad extraneos reprobetur minus solennis volūtas: quoad liberos vero admittatur quādo extranei principaliter cū liberis simul fuerūt hēredes instituti, vel admixti ipsis liberis in principali testātis dispositione: ex. l. si. C. fami. hercis. & Constantino Harmenopulo Epitomes lib. 5. ti. 5. c. 3. Vnde si filij essent hēredes instituti in minus solēni testamēto simul cum extraneis, institutio extraneorū esset nulla. In cāteris vero legatis in eodem testamento relictis, dispositio valeret. Regia & celebris. l. 7. ti. 1. parti. 6. quæ verū illius. §. ex imperfecto. expresse intellexit, quanuis plerique expræcitatis refragentur.

Secūda ipsius Anto. decisio expedita est, secundum Ias. in. §. ex imperfecto. nu. 11. vbi ipse eam sequitur, & in d. l. 1. lectione & repet. idem Alex. cōsi. 41. vol. 1. cum caput testamenti deficiat, nec hēreditas ex eo adiri possit. l. si nemo. ff. de regu. iu. Ego puto contrariam sententiam veriore esse fa-

Caput Relatum in. i.

uore piæ causæ, sequorq; in hoc Ana-
ni. consi. 28. col. 3. & Anto. Rube. con-
si. 72. col. 2. Imol. in. c. quæ in ecclesia-
rum. de const. col. pen. Albert. Bru. de
potentia formæ fallētia. 31. quibus ad-
stipulatur Regia. l. 21. titu. 1. part. 6. quæ
expressim probat, legata pia omnino
valere, etiam si testamentum, in quo
fuere relicta, sit inualidum quoad hæ-
redis institutionem. * Quauis lex il-
la peculiarem rationem habeat, quā
tradit iurisconsultus in. l. vlti. ff. de hæ-
redi. inst. ex qua nō solum legata pia,
sed & quæcunq; legata deberi con-
stat, atq; ideo non erit nostra hæc in-
ductio, qua ex Regia lege vtimur, sic
admittenda, vt vitari non possit: ne-
que enim vrget huius opinionis pro-
bationē: & ideo piæ causæ fauori po-
tius innitimur. * Id verò, quòd obij-
citur hereditate non adita pia legata
non esse soluenda, nō est omnino cer-
tum, sicuti nos tractabimus in. c. Rai-
naldus. ad finem. ist. titu. Et maximè
iure Regio vltima hæc opinio aduer-
sus Antonium erit probāda ob. l. 1. tit.
2. lib. 5. ordina. in fine.

4 Tertio, hic text. est intelligendus,
etiam si hi duo testes non sint rogati:
in his enim legatis pijs iurisdictionum
tantum solennitas sufficit, quæ nō exi-
git rogari testes. Ioan. Andre. Anto.
Abb. Imol. & docto. hic. Bartol. in. l. 1.
C. de sacrosan. eccle. num. 76. & Bald.
ibi in fine. Paul. consil. 75. & consi. 327.
volu. 1. Corne. consil. 278. volu. 1. quo-
rum opinio communis est, secūdum
Marcum Anto. in. §. sed hæc quidem.
num. 35. inst. eo. Soci. in reg. ver. testes.

Ludo. Roma. in authent. similiter. C.
ad. l. Falcid. in. 11. speciali. Paul. Parisi.
conf. 24. col. 2. volu. 3. Cui opinioni ac-
cedit gloss. communiter recepta in. l.
fin. §. in omni. verb. excepto. C. de co-
dicil. dicens, testamentum inter libe-
ros coram duobus testibus valere ex.
§. ex imperfecto. etiam si illi testes nō
fuerint rogati. Et quauis Barba. hic
colu. 4. Nicol. Boeri. decisi. 34. & Ro-
ma. in dict. speciali. 11. probare velint,
oportere in casu huius capit. testes es-
se rogatos. per ist. text. ibi requisitos:
eorum tamen sententia refellitur eo,
quòd testes appellet hic canon re-
quisitos necessarios ad testamenti pro-
bationem.

5 Quarto, ex eadē ratione consequi-
tur, in testamento ad piæ causas pos-
se fœminam esse testem. gloss. in auth.
quod sine. C. eo. communiter ibi pro-
bata dicens, in testamento facto inter
liberos fœminam testem legitimum
esse, ac sufficere duos testes, etiam si
masculi non sint, & ita hunc intelle-
ctum ad istius. c. cōclusionem appro-
bant Feli. & Deci. in. c. 3. de testi. idem
Deci. in. l. 2. ff. de reg. iur. num. 28. Pau.
consi. 327. vol. 1. incip. Dubium facit in
supra scripto puncto. Albert. Bru. in
statutis. verb. testamentū. & esse hanc
communem fatentur Barb. hic. 6. nu.
Roma. in. d. authent. similiter. 16. speciali.
Crottus in tract. de testib. part. 1. num.
8. Marcus Anto. in. §. testes autem. nu.
12. inst. eo. eamq; docto. asserunt in. l. 1.
C. de sacrosan. eccles. etiam si refragētur
Frede. cōsi. 217. Roma. Barba. & Crot-
tus. ea ratione, quod hic text. legiti-
mos

mostestes exigat. Sed tamē legitimi hi sunt cēsendi, quibus iure gentiū fides adhibet. Nec est admittēda Marci Ant. concordia, dum opinionem Frederi. intelligit, quando vterque testis esset fœmina, communem vero, quando ex his duobus testibus alter saltem masculus esset: nil etenim refert sint duo hi testes fœminæ, quamdoquidem earum testimonium integrum cēsetur. Ius equidem civile fœminas exclusit à testimonio testamētario, eo quod ad solennia veteres, nec seruum, nec fœminam, nec peregrinum admittebant. l. qui testamento. §. seruus. & §. mulier. ff. ist. titu. l. 2. ff. de reg. iur. l. curen. ff. de testib. non quod imbecillis, & inconstās fœmina sit: cū ex ea ratiōe in nullis actibus esset admittendum eius testimoniū. c. forus. de verbo. signific. Et tamen in cōtractibus, & alijs actibus admittitur. Hinc ergo fit, vt in testamētis, quæ citra solennitatem fiunt, fœmina testis esse possit, quod Viglius adnotauit in §. testes numer. 3. de testamē. addens ex Aulo Gellio. li. 6. c. 7. antiquissimo iure nullius testimonij ius mulieribus fuisse. Quæ sane prohibitio in testamētorum solennibus paucisq; alijs actibus permansit: siquidem & in criminali causa ad testimonium fœmina admittitur. l. 2. de accusat. Regia. l. 17. tit. 16. part. 3. saltem iure. ciuili. gloss. in. d. c. forus. notant Docto. in. c. quoniam. de testi. Deci. in. d. l. 2. nume. 27. Tiraquel. 9. lege cōnubi. nume. 49. vbi nume. 46. communem huius ca. intellectum sequi-

tur. Illud autem hic prætermittendū non est, in quibuscūque testamentis monachos legitimos testes censerī, etiā absque licentia prælati: sicuti responderunt Signorol. conf. 157. Aretti. conf. 159. Baldus cōsi. 22. lib. 1. idem Bald. in. l. 1. C. de sacrosan. eccle. in repet. numero. 43. Ias. in authentic. ingressi. C. de sacrosan. ecclesi. colum. 3. Card. cōf. 97. Laurē. Sylua. in cōsi. 16.

6 Quinto, oportet in huius capituli interpretatione illud tractare, an qui cōtendit testamentum ad pias causas factum coram duobus testibus firmū iure esse, probare debeat eos duos testes idoneos, ac legitimos ab omniq; suspicione alienos prorsus esse, quæ in cōtrouersia Paulus Parisius nouissime conf. 24. volu. 3. colum. 3. opinatur, probandam esse hanc testium qualitatem, nec eam à iure in casu, & specie huius testamenti præsumi. Nam vt ipse argumentatur, quando lex requirit testes idoneos esse, per nomen superlatiuum, non præsumitur hæc qualitas testiū nisi probetur. Angel. in. l. 2. §. idem. ff. quemadmo. testamē. apert. Imol. in. l. 1. §. si quis neget. eo. titu. nume. 10. Deci. conf. 321. colū. pe. Alexan. conf. 82. colum. 2. vol. 1. idem traditur in tracta. de testi. Ioan. Crot. num. 393. quam opinionem sequitur eam esse communem professus Alciat. de præsump. reg. 3. præsump. 2. num. 9. & eam tenet Hippo. sing. 187. & in. l. si quis nec quæstio. ff. de quæstionib. num. 153. Hic vero canon requirit duos testes legitimos. Igitur necessum erit probare, testamētarios

Caput Relatum in. 1.

testes idoneos, optimos, & ab omni suspitione alienos esse.

Veruntamen ego ab hoc intellectu plane discedo, quippe qui sciam ex frequentissima omnium traditione, in testamento ad pias causas iuris gentium probationem sufficere: nec aliam qualitatem in testibus exigere, quam quae ex ipso iure gentium insit. Haec vero praesumitur. c. dudum. de praesum. l. cum pater. §. rogo. ff. de leg. 2. glo. in. c. 1. de scruti. gl. in. l. si. ff. quod me. cau. text. in. l. omnimodo. C. de inoffi. testament. Maxime in testibus qui legitimi praesumuntur, si aduersus eos nil obiectum sit. c. praesentium. de testib. c. testimonium. glo. in. c. 1. eo ritu. l. si quis testibus. & in authent. si dicatur. C. eo. ritu. Vnde etiam si legitimos testes eos hic accipiamus, qui ex lege nullum patiantur defectum, praesumptio adhuc locum sibi vendicat, ut donec contrarium probetur, eos legitimos esse censeamus. Non obstat quod Paulus Parisi. assumit ad probandam eius interpretationem: id enim potest pluribus modis tolli. Sunt sane qui contrariam sententiam sequantur: nempe Ioann. de Ligniano. Franc. a Rampo nibus. & Barb. in c. tertio loco. de proba. pe. fol. Curt. in tracta. de testibus. conclus. 35. idem Curt. conf. 55. col. 4. Feli. in c. cum Ioannes. de fide instru. numer. 44. quorum opinio ex inferius dicendis quandoque constabit.

Secundo respondeo, communem sententiam intelligendam esse in statutis, non autem in iure communi, quod testes requirat optimae opinionis: nam

in statutis praedicta verba sunt accipienda in sensu, quem Ange. & ceteri probant, ut aliquid additum sit legi communi: ita Alciat. dict. nume. 9. & est ex mente omnium, qui hanc quaestionem attingunt.

Tertio, adhuc in statutis opinor non esse communem sententiam seruandam, si utantur ipsa statuta verbis huius. c. quoniam testes legitimi censentur, qui ex lege admittendi sunt ad testimonium. arg. l. legitima. ff. de pac. quilibet autem testis praesumitur a lege idoneus, & legitimus, ut dixi. Ergo non erit necessarium hanc qualitatem probare.

Quarto, ut veram huius quaestionis definitionem semel constituamus, proculdubio existimo Angeli opinionem non ita temere esse accipiendam sed tunc demum, quando lex, cano, vel statutum, ratione illius qualitatis, quam exprimit, illos testes admittit, qui alioqui iure non essent admittendi atque in hac specie ipse Ange. huius assertionis autor loquitur, & plerique alij, qui hactenus eius sententiam defendere sunt conati, nempe Imola, & Hippol. Nec in hoc casu erit satis allegare praesumptionem iuris, nisi qualitas ista probetur ex mente Angeli, & sequacium: cum ius non praesumat hanc qualitatem: licet contrarium notetur in dicto tracta. de testib. num. 396.

Haec vero constitutio non admittit duos tantum testes, alioqui non sufficientes, ex eo, quod habeant hanc qualitatem probatissimae vitae integre famae, & opinionis: sed favore pietatis. cuius

cuius causa testamentū factum fuit: 9
ac deniq; ista qualitas non est præcise
probanda, cum non fuerit causa indu-
cens Romanum Pōtificem ad huius
capitis decisionem. Sic cum Iuriskon-
sultus in. l. Lucius. ff. de testa. milit. re-
quirat in vltima militis voluntate pro-
bationes legitimas, Accursius eas in-
terpretatur, quæ ex duobus testibus
cōstent, & actibus humanis commu-
nes sint. idem Accursi. in. l. milites. C.
de testamen. milit.

8 Ex quo sextus ad id ist. tex. constat
intellectus, vt planè legitimos testes
in testamento ad pias causas exiga-
mus, omiſſa iuris ciuiliſ ſolennitate,
iuriſgentium probationem ſecuti, ad
iunctis ei qualitatibus, quasiura Pon-
tificia communi omnium actuū testi-
monio addiderunt. Hic etenim collig-
itur, hos duos testes ita integræ fidei
eſſe oportere, vt communi probatio-
ni iure Canonico ſufficiant: quòd col-
ligi poterit ex notatis in. c. testimoniū,
de testib. & ex alijs iuris Canonici lo-
cis, quam interpretationem à dict. gl.
l. Lucius. deducere libuit, quia maxi-
mè congrua eſt. quibus addo Corne.
conſil. 166. volu. 3. Quibus & illud ac-
cedit, quòd obiter non ſemel admo-
nuimus, & modo expreſſim adnota-
mus: nempe, ab hac decretali in testa-
mētis ad pias cauſas duos testes requi-
ri non ad ſolennitatem, ſed ad proba-
tionem: ita planè ſcripſit Corne. con-
ſil. 215. col. 2. lib. 2. & conſil. 307. lib. 3. col.
3. & ſequitur poſt primam huius ope-
ris editionem Andre. Tiraq. in tract.
de cauſa pia. 2. priuilegio. *

Septimus huius. c. intellectus erit
vt pietatis cauſa valeat testamentum
imperfectū reſpectu ſolēnitatis, nō ta-
mè imperfectum reſpectu volūtatis.
Cuius rei exēplum præmitto. Testa-
tor graui affect⁹ morbo diſpoſuit plu-
rima circa proprium testamētum, di-
cens ita velle testari, & cum eſſet nota-
rius vocandus & testes, corā quibus il-
la omnia testator rata, & firma cenſe-
ret, vt proprium testamentum iuſſe-
rat enim ipſe, aut animo deſtinuatie-
rat vt notarius, & testes vocarentur,
quo actus ille ſolenniter ageretur: tan-
dem ante hanc ipſius volūtatis perfe-
ctionē, mortē obiit ipſe testator. Re-
ſpōdit Oldra. conſil. 119. etiā quoad le-
gata pia hāc diſpoſitionem effectum
non habere, idem Alberi. in. l. hac cō-
ſultiſſima. §. ſi quis autem. C. iſt. titul.
Barb. hic. nu. 24. Ancha. in. c. 2. nu. 10.
& in. c. præcedenti. q. 9. Imol. conſil. 91.
Anani. conſil. 57. Pau. Caſtr. conſil. 101.
idem conſil. 451. vol. 2. Deci. in. ca. 1. nu-
me. 15. de fide inſtru. Iaſ. in cōſil. 196. lib.
2. Guid. Pap. cōſil. 55. Guiliel. Benedict.
in. cap. Rainucius. verb. testamentum.
1. nu. 71. Paul. Pariſi. conſil. 24. volum. 3.
nu. 11. Roderi. Xuarez in. l. quoniam
in prioribus. C. de inoffi. testa. in vlti-
ma parte. q. 4. quorum opinionē ſe-
quuntur eam dicētes cōmunem eſſe
Areti. in. l. ſi ſis qui colū. 2. ff. iſt. titul. ex-
preſſius Iaſ. conſil. 155. colū. 3. volum. 4.
Deci. conſil. 159. & conſil. 488. idem no-
tat Paul. Caſtr. conſil. 307. vol. 1. Tho-
ma. Grammati. deciſ. 62. & Nicolaus
Boerius Deciſ. 93. colū. vlti. explicat
eandem ſententiā Caro. Ruinus cōſil.

De testa. K § 1. 2. vol.

Caput Relatum in. 1.

1.2. vol. nu. 21. & sequenti. idem Paul. Parisi. consi. 146. vol. 4. nec ab hac opinione est in praxi recedendum, secundum eundem Carol. Ruinum consil. 7. nu. 8. volu. 3. & probatur isthæc opinio in. l. fideicommissa. §. quoties. ff. de lega. 3. Quoties inquit Iurisconsultus, quis exemplum testamenti præparat, & prius decedit, quàm testatur, non valent, quasi ex codicillis, quæ in exemplo scripta sunt, licet verba fideicommissi scripta habeant. Item, ad idem est egregia Pauli iuriscōsulti decisio. Ex ea, inquit, scriptura, quæ ad testamentum faciendum parabatur, si nullo iure testamentum perfectum esset, nec ea quæ fideicommissorum verba haberent, peti posse. l. ex ea. ff. ist. tit. Accedit præterea Azonis sententia, qui existimat, contractum minimè perfectum esse, quando contrahentes ab initio voluerunt per notarium illam conventionem ad publicam scripturam redigendam esse: quod Accursius retulit in. l. contractus. C. de fide instrument. & licet Azonis opinio nõ sit à doct. recepta, eam tamen adducimus, quia expressim probatur Regia. l. 6. tit. 5. par. 5.

10 Octauus intellectus dicitur, hanc cōstitutionem procedere, quādo testamētum esset perfectū ratione voluntatis, quoad legata pia, licet quoad cætera legata volūtas manserit imperfecta: animo siquidē deliberato coram idoneis testibus, nõ cogitās, nec intendēs aliā solennitatē adhibere testator inceptit cōcedere testamētū: & cū pietatis causa aliqua legasset, vellentq; alia di-

sponere, mortuus est: ex hac volūrate deberi pia legata adnotauit Bart. in. l. in testamēto. ff. de fideicō. liber. Abb. in. c. 1. nota. 3. & ibi Barb. de succes. ab in test. Alex. in. l. haccōsultissima. §. ex imperfecto. ist. tit. Imol. in. l. si quis. 2. col. ff. eo. Ias. in. d. cōsi. 155. 4. vol. Deci. dicēs hanc opinionem cōmunem in. d. cōsil. 159. colū. 2. quasi hoc ipsum fauore pietatis sit inductū. Obstat tamē huic opinioni tex. in. d. l. si quis. Si quis, inquit cū testamētū faceret, hæredib⁹ primis nūcupatis pri⁹ quā secūdos hæredes exprimeret, obmutuisset, magis cœpisse eum testamentum facere, quam fecisse, Varus digestorum libro primo Seruium respondiisse scripsit, itaq; primos hæredes ex eo testamento non futuros. Labeo tunc hoc verū esse existimat, si cōstaret, voluisse plures eum, qui testamētum fecisset, hæredes pronuntiare. Ergo nec Seruiū puto aliud sensisse. Hactenus. d. l. vbi gloss. cōmuniter recepta idem esse ait in testamēto facto inter liberos, & esse hanc opinionem cōmunem fatetur Corne. consi. 49. vol. 1. 2. col. & in. d. l. si quis. Areti. dicens idem esse in testamēto ad pias causas. Ego à priori sententia nõ discedo, cum maioris sit priuilegij pia causa, quā inter liberos dispositio, extra portionem legitimam eisi iure debitam. Bar. in. l. 1. C. de sacrosan. eccl. nu. 74. Abb. in. d. c. 1. Alexan. in. l. pactum quod dotali. C. de pac. fi. col. Vnde quanuis sit vera opinio gl. in. d. l. si quis. quam in. d. §. ex imperfecto. sequitur Ias. post alios colū. 2. non erit cōfestim falsus hic octau⁹ intellectus.

ctus. Quinimò eleganter consulendo tractat Paul. Castren. consi. 307. volumi. i. esse perfectum testamentum ratione solennitatis, si testatore dictante scriptum sit & ad finem deductum coram sufficienti testium numero, ad id vocatis ipsis testibus, licet totum testamentum simul non sit lectum coram eisdem. & subdit ipse Paul. hoc testamentum ita repertum in protocollo notarij, à quo, ut à notario scriptum fuit testatore dictante, posse in publicam formam autoritate iudicis redigi, vel presentium testium depositione publicè iudicis etiam autoritate scribi, ut deinde fidem faciat, etiam si ab initio per nuncupationem absque notario factum fuerit hoc testamentum. Poterat enim absque scriptura ultima hæc voluntas probari ex sola nuncupatione testatoris coram testibus facta. Igitur nihil refert, coram ipsis testibus lectum non fuisse id testamentum. Ea namque lectio requiritur, quando absentibus testibus scriptum fuit testamentum: non autem quando ipsis testibus ad id vocatis scripta fuit ultima voluntas, quæ ipse Paulus explicat.

Oportet tamen expendere, an vera sint ea, quæ in præfato responso continentur. Et ex eo manifestè apparet, non esse necessarium, testamentum dictante testatore scriptum coram testibus legitimis iterum ipsi testatori & testibus legi, quando actus ipse testandi à testatore perfectus ita fuit, ut nihil ei addere tunc proposuerit: nec eiusdem actus probatio scriptura fit, sed ipsorum testium depositio-

ne, quod præter Paulum notant Alexand. in dicto. §. ex imperfecto. num. 3. Andre. Pisanus, & Nicol. Neapoli. in dicta. l. fideicommissa. §. quoties. Carol. Rui. consil. i. num. 22. idem consil. 12. num. 15. & sequent. volu. 2. sensu Paul. Castren. in consi. 75. volu. i. in responsione ad. d. l. fideicommissa. §. i. Cuius verba retulimus superius præcedenti intellectu. Nam ille. §. procedit eo casu, quem ibi notauimus. Vel aliter potest intelligi, ut procedat, quando testator ipse rogauit notarium, eumque vocari fecit ad scribendum testamentum: tunc enim donec scriptum testamentum lectum fuerit coram testatore, & testibus, imperfecta est eius voluntas, & ideo nec testibus probari poterit, cum ex lectionis defectu præsumatur voluntatis imperfectio. ex Bal. in auth. quod sine. C. ist. tit. Paul. in. d. l. si quis. quorum sententiam sequitur, dicens communem esse Carol. Rui. consil. i. volu. 3. nu. 21. tex. optimus in l. hac consultissima. §. at cum humana fragilitas. C. qui test. face. poss. idè ipse Carol. notat consil. 11. ad finem. 2. volu. Ego tamen fateor illam esse frequentiore sententiam, qua probatur à docto. publicum notarij instrumentum ut fidem faciat, legi oportere ipsis testibus, & contrahentibus, postquam scriptum sit, etiam eisdem presentibus: & ita præter proximè citatos asserunt Ioan. Andre. in Speculo. tit. de instru. edit. §. ostenso. versi. illud. nu. 15. in additione incipienti. verior est. Anton. num. 12. Abb. num. 3. Felin. num. 17. & Deci. num. 14. in cap. i. de fide instru.

idem

Caput Relatum in. 1.

idem Abb. in. c. cū. P. tabellio. eo. titu. num. 4. Bart. Bald. & alij in. d. l. fidei-
commiffa. §. quoties. Bald. in. l. statu-
tis. C. de sent. ex peri. recit. idem in. l. r.
nume. 21. C. de fide instru. & iure haft.
fil. libr. 10. Lanfran. Orianus in capit.
quoniam contra. §. de interlocutorijs.
num. 14. idem cautum est in pragma-
ticis huius regni sanctionibus. fol. 166.
& idem statuit Maximilianus Cæsar
apud Germanos in quadam constitu-
tione, quæ continetur Tomo primo
artis notariatus. pagina. 116. pro qua
opinione à doct. adducitur text. in. d.
§. quoties. qui minimè id probat, cum
ibidem actus imperfectus fuit, nō ex
defectu lectiōis: sed quia scriptura ad
testamentum parabatur ante eius cō-
testationem, id est priusquam testes
scirent quænam esset voluntas testā-
tis: nec enim ipsis præsentibus testa-
tor scripta dictauerat. Sic etiā eodem
pacto loquitur Imperator in. dict. §. ac
cum humana fragilitas. atq; eadem ra-
tione in. d. l. si quis. testamentum fuit
imperfectum, non ex eo, quod semel
testibus præsentibus, & intelligentibus
scriptum, corā eisdem lectū non fue-
rit: sed quia nondum eius ordinatio-
nem testator perfecit, ut ex eo textu
constat. Nec Accursius in. d. §. quo-
ties. communem opinionem probat:
quippe qui sentiat, satis esse testamen-
tum à tabellione scriptum fuisse præ-
sentibus testibus, & intelligentibus,
quid notarius ex voluntate testantis
scriberet, multo minus coadiuuat eā-
dem cōmunem opinionem text. vbi
Bart. notat in. l. contractus. C. de fide

instrument. nam paulo post dicemus
qualiter id intelligatur. Vnde hac in
controuersia sequor frequētissimam
omnium opinionē, eamq; Regia san-
ctione probatam, non ex eo, quod an-
te scripturæ lectionem actus sit imper-
fectus quoad agentis voluntatem: sed
ob defectum huius solennitatis, quæ
seruanda est ob publicam vtilitatem,
nempè, ut fraudes tabellionum euitē-
tur, ut certior sit eorum publica fides,
& ita communem sententiam intelli-
go quicquid alij pro eius intellectu
scripserint.

Verum, ne quæstio ista, quæ obiter
se huic examini obtulit, ex autorū per-
plexo catalogo, obscurā habere apud
me decisionem videatur, statim asser-
tiones sequentes subijcio.

Prima equidem asserit, testamētū
nequaquam probari per scripturā à
notario dictate testatore, & testibus
præsentibus ordinatā, si post ordina-
tionem lecta nō fuerit testatori, & te-
stibus, quàm conclusionē cōmunem
esse cōstat ex his, quos adduximus su-
perius: & procedit hæc sententia, etiā
in contractibus, cæterisq; actibus, qui
geruntur à tabellionibus: quod prædi-
cti docto. fatentur. Nec quidquam re-
fert, an is actus necessario ac præcise
scripturam exigat: nam utcunque sit
vbi fit alicuius actus instrumentū ad
eius probationem, oportet id legi te-
stibus, & ipsis eundem actum agenti-
bus, ut postmodum fides instrumen-
to adhibeatur, licet is actus non esset
necessario per scripturam conficien-
dus, Decio autore in. d. c. i. de fide in-
strumen.

strumen. nu. 14. & idem sentiunt fere omnes, qui communi opinioni adhærent, tametsi Abb. in. d. c. i. nu. 3. & Felin. ibi. nu. 17. & idem Abb. in. c. cum. P. tabellio. eo. ti. existiment, instrumentum integram fidem habere, quanuis semel coram contrahentibus, & testibus scriptum, minimè fuerit eisdè lectum, si is actus præcise ad eius valorem scripturam non exigat. Quibus apertissimè præter alia obstat Regia constitutio, cuius paulo ante meminimus. Illud verò nõ est omittendum, minimè præsumi, à notario lectum fuisse instrumentum testibus, & contrahentibus, vt notat Felin. in. d. c. i. num. 17. Bal. in. d. l. fideicommissa. §. i. idem in. l. si quis. ff. de testam. l. quæcunq;. §. vlti. ff. de publici. idè præmittunt oēs, qui communem opinionem sequuntur, nisi in instrumento dictum fuerit à notario, Actum coram me, & testibus infra scriptis: tunc enim ex his, vel similibus verbis, ex quibus perfectio actus colligitur, præsumitur lectum fuisse instrumentum illud, ex eodem Bal. in dictis locis. & in authent. quod sine. C. ist. titu. & ibi docto. Barto. in. l. sciendum. colum. vlt. ff. de verb. obli. quem doct. ibi sequuntur. idem Bart. in dict. l. si quis. Ias. in. l. si ita scriptum. colum. 3. ff. de lega. i. dicens idem præsumi ex sigillo tabellionis eidem scripturæ appposito, post Bal. in. l. i. C. de fi. de instrum. & iure hast. fis. libr. 10. nu. 22. Hac ergo prima cõclusionem prænotata manifestum est non esse omnino verum id quod ex Paul. Castrè. adnotauimus in versic. Quinimo.

Secunda conclusio. Testamētum à notario ex voluntate testatoris coram legitimis testibus scriptum, omnino inter liberos, & eorum fauorem per eam scripturam probatur, licet lectum non fuerit ipsi testatori & testibus, argu. §. ex imperfecto. l. hac cõsultissimã. C. ist. titu. vbi Ias. in hac specie. 2. colum. probat hanc conclusionem: hic enim actus perfectus est, nec testator obiit dum ageretur ante perfectionem: tantum igitur deficit solennitas illa lectionis, quæ præcise inter liberos non est exigenda. idem notant Bart. in dicta. l. fideicommissa. §. i. Anani. consi. 57. Ias. consi. 61. volum. i. idem consilio. 155. volumine. 4. quorum opinio ex eo etiam probatur, quod prædictæ scripturæ lectio ad solennitatē pertinet, vt modo dicebam. Sunt tamen qui contrariam conclusionem potius sequuntur, quos Deci. refert & sequitur consil. 488. num. 15. versic. præterea. Ipse tamen eodem num. versic. non obstat. hanc secūdam conclusionem probauerat. In quo est aduertendum, nos id, quod in hac parte asserimus, intelligere eo casu, quo actus ad finē vsq; deductus fuit, nec in futurum à testatore suspensus, item id opinamur verum esse in scriptura à notario scripta ipso testatore dictante, vel ex eius voluntate, ipsis etiam testibus præsentibus, quibus rationibus ab alijs Doctorum assertionibus, quæ in contrariū adduci poterunt, nostra hac omnino distinguitur. Quo fit, vt plarique ex nostris ex confusione allucinentur.

Nec

Caput Relatum in. 1.

Nec illud omittendum est, satis esse constare ex ipsa scriptura & testimonio notarij, id scriptum fuisse ex voluntate testatoris, vt in cæteris contractibus, & actibus similibus præsumitur. Nam quod Ias. in. d. consil. 155. ad finē. ex aduerso allegat, nihil obstat. Id em̄ procedit ad probandam commissio- nem ipsi notario à iudice factā, vt aliquod officium exerceret: tūc enim nō probatur hæc cōmissio ipsiusmet notarij testimonio. Bal. in. l. iurisiurandi. colū. 3. C. de testib. cuius opinio communis est, secundum Ias. in. d. consil. 155. Deci. in. c. quoniam. nume. 45. de- probat. & in consil. 160. col. 4. & in pra- xi seruandā, secūdum Guid. Pap. de- cif. 126. Sed quoad probandum, vel præsumendum tabellionem contra- ctum ex voluntate contrahentiū scri- psisse, ei testimonio fides exhibetur. ex gl. & Bal. ibi in. d. l. iurisiurandi. text. in. l. si quis decurio. C. de fal. & id pas- sim docto. fatentur. Maximè Iasonis obiectio tollitur ex eo quod Bal. opi- nio communis in. d. l. iurisiurandi. lo- cum habet quoad cōmissionē gene- ralem alicuius officij, non quoad cō- missionē actus alicuius particularis: ea etenim probatur eiusdem notarij testimonio, vt scribit Deci. cōf. 42. col. 2. post Aret. consil. 39. col. vlt. & Bar. in l. ex sententia. ff. de testa. tut.

Tertia cōclusio. Nihil refert, non esse lectum testamentū à notario ius- su testatoris scriptum corā testibus, si per legitimos testes testantis nuncu- pata voluntas probetur. Nam si scri- ptura ad probationem nō adducitur,

minimè video cur sit tractandum de eius solennitate. Et ita hanc opinionē veram esse existimant Paul. Castren. Nicol. Neapo. And. Pifa. Alex. & Ca- rol. Rui. quos expressim nuncupau- imus superius versu. quinimo. & versu. oportet. quibus suffragatur gloss. in. l. hac consultissima. C. qui testa. facere pos. §. sed quia. dicens, testamentum à notario iussu testatoris scriptū coram sex testibus, per eam scripturam non probari, cum imperfecta & minus so- lennis sit ex vnus testis defectu: posse tamen probari per eosdē testes, & no- tarium, qui integrum testium nume- rum facit. quam glo. doct. communi- ter sequuntur, vt asserunt nouiores ibi & Carol. Rui. d. consil. 1. vol. 2. nu. 21. ad idē. l. Domitius Labeo. ff. ist. titu. Nec oberit huic tertiæ conclusioni, quod opinantur quidam eam repro- bantes, & maximè ipse Carol. parum sibi constans in. d. consil. 1. vol. 2. nu. 21. & in. d. consil. 12. vol. 2. nempe testatorē qui notarium ad scribēdum testamē- tum vocauerit, eum animum, & eam voluntatē habere, vt nolit ipsum actū perficere, nec perfectū cēfere, donec tabellio eam scripturam ipsi testatori, & testibus legerit: hæc enim ratio fal- sa est ex Cino, Paul. Castren. & alijs in. l. hac consultissima. §. per nuncupa- tionem. C. ist. tit. ex quibus vel admit- tenda non est hæc argumentatio. Te- stator notarium ad testamentum scri- bendum vocauit, ergo necessario scri- pturam ita exigit, vt aliter testari no- luerit, vel procedit vbi ex certis qui- dusdam coniecturis, vel expresse con- stat

stat hanc fuisse volūtatē testatoris, non aliter testari, nec perfectum cense-
re testamētum, quam per scripturā
à notario in forma publica cōfectam
& ordinatam. l. cōtractus. & ibi Bart.
& alij. C. de fide instru.

Nono, ex præmissis deducitur le-
gata pia valida esse, si relicta sint in eo
testamēto, quòd corā duobus testibus
dictatum fuit, & scriptum iussu testa-
toris, qui aliam solēnitatem non præ-
dixerat, tamen lectum corā testibus
nō fuerit, præmoriēte testatore, quòd
erga liberos notauit Anani. consi. 57.
in fin. & Iaso. in dicto. §. ex imperfe-
cto. 2. colum.

12 Decimo, ex ratione huius text. ap-
paret verū esse quod Bart. scribit in. l.
fideicommissa. §. 1. ff. de legat. 3. & in. l.
si is qui testamentum. ff. ist. tit. dicens,
ultimam voluntatem propria ipsius
disponētis manu scriptam, ita vt hoc
dubium non sit, quoad liberos seruā
dā esse, etiam si non sit corā testibus,
aut notario nuncupata. Atq; idē erit
in legatis pijs, sicuti existimant secuti
Bart. opinionem Corne. in authenti.
quod sine. per rex. ibi. C. ist. tit. Deci. &
Ias. in dictis consilijs. Zasius consil. 6.
num. 25. volu. 1. Alex. in. d. §. ex imper-
fecto. idem Alex. consi. 4. col. 3. vol. 7.
Imol. & Areti. dicens hanc opinio-
nem esse cōmunem in. d. l. si quis. co-
lum. 2. optimustex. in. l. si. C. fami. her-
cisc. qua in re præ cæteris vltimā hanc
assertionē à præcedentibus distinxit
elegantè Corne. in. d. authen. quod si
ne. vbi sensit, illam cōstitutionem ha-
bere locū in legatis pijs, vt modo di-

ximus eum, & alios citantes: tamen si
contrarium notauerint Ias. in. d. auth.
quod sine. Areti. consi. 64. col. penul.
Alexan. consi. 76. col. vlti. 3. vol. quo-
rum opinionem sequitur dicens com-
munem esse Socinus Iunior cōsil. 189.
num. 74. volu. 2. quibus maximè suf-
fragatur tex. in authē. de testa. imper-
fe. §. si autem. quo fit, vt malle ipse
huic opinioni, quam præcedenti sub-
scribere, ni fauor piæ causæ à præcipi-
ti iudicio auerteret.

13 Glossa vltima egregie probat, lega-
ta pia posse etiam coram iudice eccle-
siastico peti ab ipso hærede laico, ex
verbis huius capit. quod notant Abb.
Imol. & Barb. hic. 2. col. aduersus An-
char. in qua controuersia non oportet
immorari: cum causa pia sit tra-
ctanda iuxta iuris Pontificij constitu-
tiones, & ideo nimirum si eius cogni-
tio & definitio ecclesiasticis iudicibus
iure competat.

EXCAPITE
Relatum in. 2.

- 1 *Appellatione bonorum, an veniant iura & actio-
nes.*
- 2 *Bona acquisita per clericum ex redditibus ecclesie. an
successori in ecclesia sint restituenda.*
- 3 *Bona quasita per Episcopum occasione ecclesie, cui
competat canonicorum collegio, an successori in di-
gnitate.*
- 4 *Verus huius cap. sensus in versu licet.*

CAPVT RELA-
tum in. 2.

Primo

Caput Relatum in. 2.



Primo colligitur ex hoc capite bonorum appellatione mobilia & immobilia comprehendendi. l. bonorum. in 1. ff. de verbo. signi. Et quanuis iura & actiones non veniant nomine bonorum mobiliū, nec immobilium, sed constituent tertiam bonorū speciem ab his distinctam. l. à Diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iudi. l. quam Tuberonis. §. vlti. ff. de pecul. Abb. in. c. nulli. de reb. eccle. Ias. in. d. §. in venditione. 2. col. idem in. l. stipulatio hoc modo. ad finem. ff. de verbo. obliga. idem in consi. 194. & consi. 65. 1. volum. dubio. 4. Deci. consi. 414. & consi. 653. Andr. Tiraq. in. l. si vnquam. C. de reuo. dona. verbo, bona. nume. 7. tradit multa Arius Pinellus in Rub. C. de bonis mater. 1. parte, tamen appellatione bonorum simpliciter sine illa adiectione mobiliū, aut immobiliū iura: nomina debitorum, & actiones veniūt l. nomē. C. quæ res pig. oblig. pos. d. l. bonorum. §. vltimo. l. 1. C. de vsufruct. l. princeps bona. ff. de verbo. signifi. l. 1. §. vtrum. ff. si quid in frau. patr. l. si legatus. §. si quis bona. ff. ad Trebe. Tiraq. dict. num. 7. & ideo nō tantum bona mobilia, vel immobilia per clericum ex redditibus ecclesie adquisita, sed & nomina atq; actiones ipsi ecclesie competūt. Abb. & doct. hic communiter: quod etiam constat ex hoc cap. dum dicit, bona quæcūq; adiunctis quæ notat Alciat. in. l. inuentium. ff. de verb. signifi. Rom. in. l. ad tempus. §. 1. ff. de vsuca. Hippo. in. l.

vnus. §. cognitorum. ff. de quest. nū. 26. Vnde diffiniri poterit quæstio illa quotidie contingens, an obligatis omnibus bonis mobilibus & immobilibus, iure hypothecæ, obligata etiam censeatur iura, & actiones. Nam sub generali bonorū hypothecæ, iura & actiones continentur. l. nomen. C. quæ res pig. oblig. pos. attamen appellatione bonorum mobilium, & immobilium, etiam in materia hypothecæ, iura & actiones non comprehenduntur. l. a Diuo Pio. §. in venditione. vbi Bar. & Ias. ff. de re iudi. latè Anto. Fanē. de pig. 2. memb. 2. part. numer. 9. quod si omnia bona mobilia, & immobilia fuerint iure pignoris obligata, idem respondendum fore videtur ex Bart. in. l. Centurio. num. 27. ff. de vulgari. & con. 50. Decio in. d. consi. 414. Corneo. cōsi. 6. lib. 4. Contrarium autem quibusdam placet propter dictionē omnia, quam ferè in præsentimateria Bar. considerat in. l. quintus. in. 1. §. argento. ff. de aur. & argen. lega. atq; ita in specie, quam tractamus, respondit Carol. Mol. in Alexand. consi. 45. num. 8. lib. 1. idem colligitur ex Alciat. in dict. l. mouētium. & Rom. in dict. l. ad tempus. §. 1. de vsucap. expressim fere hoc ipsum voluit Guiliel. Bened. in. c. Rainuntius. verbo, cætera bona. num. 8. ist. tit. * Dum appellatione bonorum mobilium, & immobilium iura, & actiones venire censet, si iuxta materiam subiectam ex voluntate disponentis, vel alias id præsumi possit, vel debeat, vtiturq; eleganti inductione. l. 1. §. si ex fundo. ff. de hæred. instit.

qua

qua ratione vti videntur Carol. & alij in quaestione praedicta. quorum opinio etiam si minime placuerit Tiraquello li. 1. de re tract. §. 1. gl. 7. n. 20. qui multa hac in quaestione ad vtriusque partis probationem adducit: mihi sane satis applaudet ob comunem vsus loquedi secundum quem iam fere receptum est, quod haec clausula, omnia bona mea mobilia, & immobilia, ex mente contrahentium ad iura & actiones extendatur: siquidem & Oldrad. consilio. 219. ob vsus comunem existimat appellatione bonorum mobilium & immobilium iura & actiones contineri, vbi is vsus hoc obtinuerit.

2 Item, probat hic tex. secundum Abb. & Docto. hic. adquisita per clericum post eius obitum pertinere ad clericorum collegium, etiam si ex bonis communibus illi canonico defuncto fuerint separatim bona quaedam designata, vnde sumeret sibi necessaria ad victum, vestitum, reliquosque vsus: adquisita vero per alium clericum habentem beneficium extra congregationem, seu collegium, successoribus dantur, vt ea bona dispenset, ac distribuatur: sicuti alia bona ecclesiae. idem probat tex. in. c. praesenti. de offi. ordi. in. 6. extrauagans constitutio Ioan. 22. suscepti. tit. de elect. quae iterum repetitur. tit. ne sede vacat. inter communes: quibus in locis tractatur de consuetudine, quae alijs, quam successoribus bona, & redditus ecclesiae vacantibus concedit.

3 Glo. hac in parte quaerit, quid de adquisitis per Episcopum? & respondet, ea bona cum fructibus vacantis dignitatis

futuro successoribus reseruanda: quod Docto. hic concedunt, & probatur. inc. quia sepe. de elect. lib. 6. & in clem. statutum. de elect. quae constitutio etiam cauetur, emolumentum iurisdictionis, quae clericorum collegio sede vacante competit, nihilominus futuro Episcopo esse seruandum, deductis tamen expensis necessarijs ad exercendam illam iurisdictionem: sicuti in eadem constitutione expressum est, & ibi tradunt Cardina. Imol. & Bonifa. Ex quo inferitur, clericorum collegium teneri ad reddendam rationem nouo Episcopo de redditibus ecclesiae vacantis, & ob id oportere inuentarium ab ipsis clericis fieri. Archi. & Ioan. Andre. in ca. generali. de elect. lib. 6. Franc. Pauinus de potest. c. vacante sede. 2. par. princ. 8. q. Anto. Ruben. conf. 131. col. 2. optimus tex. in cap. charitatem. 12. q. 2.

Eadem glossa tractat de bonis Archidiaconi, quae tamen est ita intelligenda, vt haec bona clericorum collegio competant, si ex bonis communibus congregationis fuerit deducta portio illa bonorum, quae Archidiaconi dignitati diuissim est concessa: alioqui si aliunde quam a collegio clericorum obuenerunt bona huic dignitati, per Archidiaconum quaesita futuro successoribus sunt reddenda. Abb. & ceteri Docto. hic per hunc textum.

4 Praeterea est aduertendum ad huius canonis decisionem, in versu. licet autem nam ex ea apparet, posse clericum titulo vltimae voluntatis, non tantum actus inter viuos ex redditibus ecclesiae, & bonis causa ecclesiae adquisitis, modera-

De testa. L tam

Caput Cum tibi.

ram quantitatem in vsus pios erogare, & elagiri his, qui ei seruitia præstiterunt, si hoc sit consuetudine indutum: id igitur, quod clerico permittitur iure canonico, titulo & ratione actus inter viuos. in. c. ad hæc. ist. tit. potest ei consuetudine concedi vltimæ voluntatis titulo, secundum Barba. hic. tametsi Hostiæ. Cardi. & Imol. existiment nihil in hoc cap. sanciri diuersum ab statutis in. d. c. ad hæc.

Cæterum, de cōsuetudine quæ clericis liberè permittit testari, & disponere de redditibus ecclesiæ, hic dicere super sedemus: cum latè id tractauerimus in. c. cum in officijs. ist. tit. vbi reliqua examinauimus, quæ subseruiunt huius tex. interpretationi.

Gloss. verbo, congruè. est recipienda in parte prima, & intelligenda in dubio: nam si constare possit quid sit cuiusq; ecclesiæ causa adquisitionum, id erit eidem ecclesiæ adiudicandum: nõ autem diuidendum. quod Abb. & docto. hic fatentur communiter. & probatur in cap. i. ist. tit. & ex his, quæ ibi notauimus.

EX CAPITULO

Cum tibi.

- 1 Quæ sit captatoria voluntas, & vnde dicitur, ex cumuni doctorum interpretatione.
- 2 Rursus quæ sit captatoria voluntas, aduersus communem.
- 3 Legatum an possit fieri nutu.
- 4 Hæres an possit nutu institui, & quid si testator respondeat ad alterius interrogationem.
- 5 An possit testamentum referri ad scripturam, quæ tunc coram testibus non legitur.
- 6 Pietatis causis potest hæres institui nutu.

- 7 Testamentum quando possit in voluntatem alterius conferri.
- 8 Intellectus ad. l. Senatus. §. legatum. ff. de leg. 1.
- 9 Intellectus ad. l. fideicommissa. §. sic fideicommissum. ff. de legat. 3.
- 10 Intellectus huius cap. & Tauinæ legis. 32.
- 11 Electio hæredis incerti ex certis cõmuni alteri potest.
- 12 Hæredis institutio pietatis causa, potest in liberam alterius voluntatem conferri.
- 13 Captatoria voluntas, an permittatur pietatis causa, & an possit ex consuetudine, aut statuto induci.
- 14 Pauperum hæredum institutio incerta, an valeat, & qualiter sit intelligenda.
- 15 Legatum dotis potest in alterius voluntatem conferri.

CAPVT CVM TIBI.



SOLET hæc Romani Pontificis responsio difficilis admodum videri, non alia ratione, quã quod iuris ciuili receptissimis principijs aduersetur. Vnde, quo vtilius eam explicemus, ipsam rem ab exordio repetamus. Est sane captatoria voluntas illa quæ in voluntatem alterius confertur, vt instituo hæredem Sempronium si Titius voluerit, aut instituo hæredem eum, quem Titius voluerit. Item illa dicitur captatoria voluntas quæ fit sub spe reciproæ voluntatis: sicuti si quis instituat hæredem Titium, si Titius ipsum hæredem itidem instituerit. glo. in. l. captatorias. C. de testament. milit. quem Docto. ibi approbant communiter, maxime Paul. Castren. & Ias. numer. 5. ex eo quod captare sit, aucupari hereditatem alterius donis, illecebris, aut spe maiorum. l. si maiores. C. de trãfact. l. illę institutiones. ff. de

de hæred. insti. verisimile enim est ita testatorem, alium captare his illecebris vt ipsum hæredem instituat, aut legato remuneretur. Hoc vero hominū 2 genus improbissimum existimatum a veteribus fuit, quod constat ex Plinio Iuniore, Martiali, & Luciano, maxime in dialogo Cnemonis & Damippi. quibus citatis hæc vocis huius deductionem adnotauit Alciat. lib. 2. parerg. c. 31. Et hæc quidem deductio conuenit rationi, quam huius prohibite captatorie voluntatis, tradunt Barto. Paul. Alexand. & Ias. in. l. cum donationis. C. de trāfactio. idem Ias. in dicta. l. captatorias. nume. 9. dicentes à iure ciuili improbari vltimā volūtatē, quæ fiat, vt alter inducatur ad legandum, vel instituendum, spe præmij: cum improbum visum fuerit legūlatorib⁹ ita retia parari ad aliorum adipiscendam hæreditatem, aut legatum, nec libera sit præmissa vltima voluntas, sed coacta ex captione ambitiosa prioris testamenti. Ex quo apparet, non esse captatoriam voluntatem vltimam, in qua duo se inuicē hæredes instituāt simpliciter affectionis potius, quam mutue nūcupationis causa, de quo extat Nouella Valentiniani prima. tit. de testam. in Codice Theodosiano. notauit Alciat. d. c. 31. & idem in. l. licet. C. de pact. probat idem elegāstex. in. l. captatorias. ff. de hæred. insti. vbi inquit Iuriscultus, Captatorias institutiones non eas esse, quæ mutuis affectionibus iudicia prouocauerunt. Ego vero in nominis significatiōe ab Alciato mi-

nime dissentio, ei tamen nec Accursio, & sequacibus in. d. l. captatorias. C. de testamen. milit. nec Panor. Barba. & ceteris hic cōsentio: dū frequētissime opinantur, captatoriam volūtatē esse eam etiam, quæ præuia cōditione in alterius voluntatē, & cōsensum cōferatur. Est etenim captatoria voluntas diuersa ab ea, quæ ex alieno & simplici, ac libero iudicio pendet: siquidem proprie captatoria institutio est illa, quæ fit sub institutionis legatiuæ cōditione, quæ ex alterius, nempe hæredis instituti, aut legatarij testamento pendet, cuius hæc est formula. Quæ ex parte Titius me hæredē instituerit, ex parte mihi hæres esto. d. l. captatorias. l. 1. ff. de his quæ pro non script. hab. Cōstantinus Harmel. lib. 5. epitomes. tit. 8. tēdit siquidē hæc institutio ad captionē alterius, ita vt secuta hæredis institutione ab altero facta, captiosus & fallax testator propria volūtatē omnino mutet: & ideo idē erit si cōditio tēdat ad alicuius extranei institutionē, aut legatū, veluti si ita quis captionē direxerit, Titius si Mæuium hæredem instituerit, meus hæres esto. l. illæ. ff. de hæredi. insti. & Constan. in dict. titu. 8. Vnde illa non est captatoria volūtas, secūdum eum, quæ cōditionem in præteritum conceperit: cū nulla tunc captio proponatur, vt si dixerit, Si Titius me instituit hæredem, meus hæres esto. l. hoc articulo. d. l. illæ. ff. de hæredi. insti. l. mulier. in fine. ff. de cōdit. insti. l. Clemēs. in fine. ff. de hæredi. insti. Atq; ita sunt explicanda verba Papiniani in. d. l. ca

Caput Cum tibi.

ptatorias dicētis, eas esse captatorias institutiones, quarum conditio cōfer tur in secretū alienæ voluntatis, vt in telligamus secretū alienæ volūtatis, non voluntatem liberam & simplicē alicuius, sed testamentū: hoc enim secretū voluntatis appellatur. in. l. 3. C. de codicil. qua in re cauendū est à Carolo Rui. qui consi. 20. volu. 2. colū. 4. contendit: non esse captatoriā volūtatem istam, cui hanc appellationem proprie conuenire diximus. Quod si institutio concepta sit, ita vt in alienū simplex arbitrium cōferatur, hac quidem forma, Instituo Titium heredē, si M. voluerit, aut instituo illum heredem, quem Sempronius voluerit, nō est captatoria institutio, tametsi vitio sa sit ex veterum sententia, qua non licet testatorum iura ab alieno arbitrio pendere. l. illa institutio. ff. de hered. insti. Si enim esset hęc institutio captatoria, Senatusconsulto potius, quā veterū decreto esset reprobata, vt ex dictis Iurisconsultorū locis manifestū est. Est igitur maximum inter hęc discrimen, quod eleganter & diligēter ostendit Anto. Augusti. lib. 4. emendationum. c. 15. nouam esse hanc iuris ciuili interpretationē opinatus, quā tamē ante ipsum Raphael Comens. docuit in. d. l. vtrum. §. cum quidam. col. 4. ff. de reb. dub. idē tradit Coras. lib. Miscellan. 5. cap. 13. Quibus adde quæ Iaco. Cuiatius adnotauit in institutionibus tit. de societate. * His accedat Regia. l. ii. tit. 3. par. 6. quæ has vltimas institutiones ex eo dānat, quod in alienum arbitrium conferantur.

Porro, his pramissis, Bernardi Glossema erit explicandum, quippe quod attingat huiusce capituli difficultates satis in specie. Et in parte prima notat, nutu testātis legari aliquid posse. l. nutu. ff. de lega. 3. quæ hoc intelligit, quando testator loqui posset, nisi superueniens morbus ei fuisset impedimēto. Ex quib⁹ verbis falsa apparet declaratio Saly. qui in. l. & in epistola C. de fideic. intelligit. d. l. nutu. quādo testator potuisset articulate loqui tēpore, quo legatū reliquit. Secus verò si nō posset articulate loqui, nā tūc legatū nō valeret. Hęc enim interpretatio obuiat manifestè Iuriscōsulto, qui legatū factū nutu ab eo, qui morbo impeditur loqui, cēset validū esse. Igitur idē erit si nō impediatur omnino à morbo loq, sed tātū articulatim. & ita recedūt a Saly. Alexā. col. 2. Rimi. & Corn. in. l. iubemus. C. ist. ii. quibus in sensu cōsentit Ias. in. l. si is qui pro emptore. ff. de vsucap. num. 174. licēt opinionē Saly. perperam retulerit.

Hæredis verò institutio nō potest nutu fieri, etiā ab eo, qui cessante morbo posset loqui: debet enim hæres nominari ore testantis. l. iubemus. C. eo. Paul. Cast. per tex. ibi in. l. hæres palā. ff. ist. tit. & est cōmunis opinio docto. in. d. l. iubemus. quę probatur Regi. l. 6. ti. 3. part. 6. Satis tamē erit, si ad interrogationē alicuius nominātis heredē testator respondeat verbis se ita velle. gl. in. d. l. iubem⁹. cōmuniter recepta, vt fatētur Cin. Ange. & Ias. ibi post alios col. pe. Corne. cōsil. 73. vol. 1. col. pen. & consil. 261. col. 8. vol. 4. &

consil. 232. vol. 1. Alber. Brunus de implemen. formæ. col. 2. nec. libet plures autores citare, qui hanc opinionem communem esse fateantur, cum hoc sit expeditum cuilibet hanc dubitationem tractanti, & id omnes frequentissime concedant. Probaturo vero hæc sententia in. l. hac consultissima. §. at cum humana fragilitas. C. qui testam. face. possunt. & l. nemo. ff. de hered. insti. Est tamen intelligenda, modo cesset omnis suspicio fraudis, timoris, & importunæ suggestionis, & constet testatorem deliberate voluisse testari, eademque voluntate animo liberrimo consensisse, ut circa proprii patrimonij dispositionem interrogaretur ab his, qui munus interrogandi assumpserunt. Secus vero dicendum est, quando testator grauius ex morbo laborans, interrogatur à notario, quem ipse non vocauit. Paul. Castr. in. d. §. at cum humana fragilitas. Corne. in. d. cõsi. Soci. cõsi. 20. vol. 3. idem cõsil. 28. col. fi. cod. vol. Alex. Corne. & Ias. in. d. l. iubemus. Bartho. Soci. in. l. 1. §. si quis ita. col. 1. & ibi Ioã Crottus. ff. de verb. obliga. Alexã. cõsi. 12. lib. 1. & ibi optime Caro. Moli. Nico. Boer. deci. 35. Aymõ cõsi. 117. Zasius cõsi. 3. vol. 1. nu. 37. Carol. Rui. cõ. 8. nu. 9. vol. 3. Anto. Imol. 2. col. & Barb. 3. hic dicentes hunc intellectum communem esse, idem notat Rom. cõsi. 306. col. fi. Soci. conf. 229. col. 6. vol. 2. & Suarez in allegat. 1. fol. penulti. Nec quidquam refert, an à tabellione, vel ab alio interrogetur testator: modo ea interrogatio suspecta non sit, quod aduersus Xuares adnotarunt doctissime, & mag

no cum iudicio Gregorius in. dicta l. 6. & Peralta in rub. ff. de hered. insti. post huius operis primam editionem.

Illud præterea non est omittendum: testamentum quoad legata, validum esse, si testator coram testibus adhibitis solennitatibus ad testamentum requisitis, dixerit. Ego testor, sicuti disposui in quadam scriptura mea manu subscripta, quæ est apud Titium: modo constet eas tabulas manu testatoris subscriptas esse. Bart. & ibi Soci. in. l. si ita. ff. de condit. & demonst. quorum opinio communis est, secundum Alexan. in. l. ait prætor. §. si. colum. 1. ff. de re iudi. idem notat Anto. Rub. cõsi. 14. qui eandem decisionem locum habere existimat quoad institutionem hæredis, idque à Bart. colligit, dum is allegat. l. hoc articulo. ff. de hered. insti. idem Paul. in. l. hac consultissima. §. per nuncupationem. C. ist. titu. dum allegat. l. asse toto. ff. de hered. insti. vbi Bal. & Ange. id expressim asserunt, & Pau. in. l. hæres palam. in. principi. ff. ist. tit. & probatur ea ratione, quod forma requisita quoad nominatim aliquid exprimendum, exacte seruetur, si expressio fit per relationem ad certum, & minime dubium actum. l. quoties. §. si quis nomen. ff. de hered. insti. Bald. in. l. in minoribus. C. de his qui. vt. indig. Ang. Arc. in. §. si minus. col. 19. de actio. Franc. in. cap. consuluit. in. 2. de appellat. Sed opinionem Bart. procedere in legatis, non in hæredis institutione dicit illa ratio, quod forma nominatim requisita est ita in specie seruanda, vt per rō

Caput Cum tibi.

lationem ad aliud seruari non possit. Bal.in.l.1.ff.de libe.& posthu. Ange. & Alexā.in.l.vbi autem. §. illud. ff. de verb. oblig. Bald.in.d.l.in minoribus. etiam si certa sit relatio, & ad certam aliquam rem directa. cle. appellanti. de appella. Deci.in.d.cap. consuluit. & ideo hanc differētiā inter legata, & institutionem hæredis, ipse Barto. sen sit in.l.fina. C. de fideicom. ad finem. quem Doct. communiter sequuntur, secūdum Ias.in.l.certū. ff. sicert. peta. col.1. & Alber. Bru. de implemēto formæ. col.12. versic. ad hæc faciūt. qui eā omnino approbant. Satis tamen crederem esse, etiam quoad hæredis institutionem, si res illa, ad quā relatio fit, sit indubitata, nec cōtrouertatur eam esse, cuius testator meminit: quòd Are. visum est in. d.l. hæredes. in principi. col.2. Cui addo ipse oportere ita testatē dicere, Instituo hæredem illū, quem scripsi in quadā schedula, quæ est apud Titium: moueorq; ad id opinandū ex. d.l. nemo. in princ. & l. hoc articulo. & l. asse toto. & l. quoties. §. si quis nomē. ff. de hæredi. inst. quibus exactè seruatis opinionum hic conflictus cessabit, eritq; satisfactū vtriusq; sententiæ rationibus. Nam & si maxime forma seruāda sit, quod nemo negat, tanta tamē potest esse in actu, ad quē relatio fit, certitudo, vt expressio nominatim facta videri possit: neque iuris vtriusq; rationi cōuenit superstitione nimis eius decisiones seruari.

6 Subdit præterea gl. hic singularis, hæredis institutionē pietatis causa factā, etiam nutu, validam esse, & hoc

fauore piæ causæ concedendū esse existimant Abb. & doct. hic cōmuniter Bald. dicens hanc glo. singu. in. l. 1. C. de sacros. eccl. 1. lect. col. 3. qui in repe. nu. 59. eandem probat. dicit & singu. Ias. in. d. l. iubemus. colū. 2. vbi eam sequitur post Ange. Alexan. Corne. & alios. quibus accedit Albertus Brunus in tracta. de forma. fol. 95. colū. 3. & esse hanc opinionem cōmunem fatentur Ias. & Corne. in. d. l. iubemus. col. pe. & Barba. hic col. 4. qui tamen ab ea disputando recedit.

Eadem gl. dum dicit, testamētum posse in voluntatem hæredis committi, est intelligenda, vt ipsa hæredis institutio fieri possit sub cōditione illa, si ipse hæres voluerit. l. hæc verba. ff. de cōditio. & demōstra. Nam legata non possunt in apertam hæredis voluntatem conferri. l. Senatus. §. legatū. ff. de legat. 1. esset enim elusoria isthæc dispositio: cum ipse hæres nunquam vellet legata soluere. Sic & legatū alicui deferri potest sub illa conditione, si ipse legatarius volet. l. si ita legatū. §. illi si volet. ff. de legat. 1.

7 Scribit deinde glo. legatū expresse in arbitriū alterius cōmitti non posse, tacitè verò in arbitriū alterius cōmitti posse: quorū vltimum planè procedit, etiam si in voluntatē alterius legatum velamine quodam cōferatur, vt lego Titio centū, si Caius capitolium ascenderit. l. nōnunquā. ff. de condit. & demonst. Id verò, quod glos. dixit, legatū in alterius arbitriū conferri nō posse, falsum apparet. Nā legata possunt in alterius arbitriū conferri, cum intelli-

intelligatur ist hæc cõmissio facta arbitrio boni viri, nepe si testator dixerit, lego Titio cõtum, si hæres arbitra bitur, si hæredi visum fuerit, si hæres putauerit. l. fideicõmissa. §. quãquam. ff. de lega. 3. l. si sic. in prin. ff. de lega. 1. Barto. per textum ibi in. l. 1. ff. de leg. 2. quem cæteri Docto. Sequuntur ibi. & in. l. captatoria. ff. de legat. 1. & in. l. captatorias. ff. de hære. institu. Abb. cõsi. 4. volu. 2. nume. 9. dicēs hanc opinionem communem esse, cui nõ obstat. l. fideicõmissa. in. 2. §. quanquam ff. de fideicom. liber. dicēs in arbitriũ hæredis non posse conferri legatum, an debeat. Est enim id intelligẽdũ in arbitrio ita liberi, vt voluntati amplissimæ ac liberrimæ æquipolleat. Quin & in eadem lege sentẽtia cõmunis manifeste probatur. §. cæterum.

Ex quibus deducitur receptissima omnium sentẽtia, legatum nõ posse conferri in liberam & apertã alterius cuiusq; voluntatem. glo. hic & in. d. l. 1. communis omnium opinio in. l. captatorias. C. de testa. mili. & erit exemplum. Lego Titio decẽ si Sẽpronius voluerit: quod probatur in. d. l. nonũ quã. vbi dicit Iurisconsu. Nã in alienã voluntatẽ conferri legatũ nõ potest. optimus tex. in. l. captatorie. ff. de leg. 1. quo etiã in legatis captatoria voluntas reprobatur. Verum ab hac cõmuni opinione nouissimẽ discedit Ludou. Lusita. in. l. vtrum. §. cum quidam. ff. de reb. dub. col. 3. 4. & 5. dicēs, legatum posse conferri in voluntatẽ liberam alterius, quã hæredis, tametsi in stitutio hæredis nõ possit in alteri^o vo

luntatem ita liberam conferri, ne pẽdeat testamentũ ab alieno arbitrio aduersus Iuriscõsultos, qui hoc absurdũ existimant. Caput vero testamẽti est hæredis institutio, quæ totũ testamẽtum ratũ reddit, quod non ita in legatis est censendum, cum ab eis non pẽdeat vis testamẽti: nõ erit mirũ ergo si legata in alterius liberã voluntatẽ cõferri possint, cui sententiæ suffragatur Iuriscõsultus in. l. Senatus. §. legatum. ff. de leg. 1. Legatum, inquit, in aliena volũtate poni potest, in hæredis vero non potest. ad idem. l. 1. ff. de legat. 2. In arbitrium alterius conferri legatũ veluti conditio potest. Quid enim interest, si Titius in Capitolium ascẽderit, mihi legetur, an si voluerit? Quod si cõmunis opinio vera foret, nulla esset cõstituenda differẽtia inter legatũ, quod cõfertur in voluntatẽ hæredis, & illud, quod ponitur in extranei volũtate, siquidem legati collatio in liberam vtriusq; voluntatem nõ tenet: at in arbitriũ vtriusque facta tenet, & tãdem. l. fideicõmissa. §. quanquã. videtur specialis fieri prohibitio, ne in hæredis liberã voluntatẽ cõferatur legata: quibus præmissis facillime tollitur ratio, quæ pro cõmuni sit. ex. l. captatoria. quia ibi captatoria legata reprobatũr, propter ambitionẽ, captionẽ, atque animũ aucupãdi bonã alienã: non ergo prohibetur ibi legatũ in alterius liberam voluntatẽ cõferri. Difficilius euitari potest tex. in. l. nonnũquam. sed Lusita. respõdet intelligendum esse Iuriscõsultum de aliena volũtate, quæ hæredis est: in cuius volũ-

Caput Cum tibi.

tate nō potest poni legatum, qui quidem intellectus nequaquā placet: corripit enim sensum, & verba Iuriscōsulti. quo fit, vt facilius meo iudicio defendi possit cōmunis opinio, quā hæc, quæ nouiter, subtiliter tamen à viro alioqui doctissimo cōcepta fuit. Non enim obstat. l. 1. ff. de lega. 2. quæ loquitur, quando legatum nō in liberam voluntatem, sed in arbitrium cōfertur. de quo Iuriscōsultus Vlpianus ibidem loquitur. Item nō oberit. l. Senatus. §. legatū. quippe quæ possit in hoc sensu accipi, vt legatū in hæredis voluntatem cōferri non possit: in alienam verò id est, legatarij, cōferri possit, quòd animaduertit post alios Antoni. August. libr. 4. emendat. c. 15. & quod alibi in hærede prohibitum fuerat, sicuti & in extraneis, in legatario ibi permittitur. Vnde negamus alicubi à Iuriscōsultis hac in controuersia discrimē cōstitui inter liberam voluntatem hæredis, & extranei quoad legata, aut forsā legatum in voluntatem obliquam alterius conferri potest, vt si Titius Capitolium ascenderit, non tamē in voluntatem nec liberā, nec obliquā hæredis. Potest enim §. legatum. intelligi, vt legatum in voluntatem alienam, obliquam quidē conferri possit, quanuis non in liberam. * Nam & Iuriscōsulti responsum in. l. 3. ff. de legat. 2. quod huic opinioni obesse videt, de conditione verbis negatiuis cōcepta plane tractat. *

9 Oportet tamen intelligere, quid si testator dixerit, Lego ceterum Titio, nisi hæres meus noluerit, & Iuriscōsultus

respondet, quasi cōditionale legatum esse, & primam voluntatem exigere. l. fideicommissa. §. sic fideicommissum. ff. de legat. 3. Est enim vt arbitror, legatū purum, nō conditionale ex libera voluntate hæredis, sed ademptum sub conditione, si hæres noluerit, & si hæres semel dixerit se velle, conditio ademptionis cessat, quòd si nō declarat se nolle, debetur legatum. Quia in re differt ab illo legato, si hæres voluerit quia donec hæres velit, non est legatum, nec debetur. In primo etiā legato si hæres decesserit, priusquā de claret se nolle, ius declarandi ad eius hæredē minimè transit, & ideo nō timet legatarius adēptionem. Fieri etiā legatū ita potest, cū hæres voluerit: sic enim substātia legati nec cōfertur in liberā hæredis voluntatem sub cōditione: nec admittitur legatū eo casu, quo hæres noluerit, sed tātum tractus temporis solutioni adijcitur, soluēdū quidem omnino legatum est, & eius dies celsit, sed ad solutionē expectāda est voluntas hæredis: & eo mortuo eius hæres statim soluere tenetur. d. §. sic fideicommissum. quē ita interpretari libuit ex Alberi. ibi. tametsi Zafi. in. d. l. Senatus. §. legatū. scribat, se illius paragraphi rationem non dū intellexisse.

In summa igitur, omnib⁹ casibus, quibus diximus, testamentum in voluntatē, aut arbitriū alterius cōmitti posse, in eisdē verba huius canonis intelligi poterunt, dum dicit Romanus Pōtifex. Qui extremā voluntatē in alterius dispositione committit, non videtur decedere intestatus. Minimè ve

ro satis fit huic decisione, quæ loquitur non tantum quoad legata, sed & quo ad hæredis institutionem: ideo amplius est hic canon intelligendus.

10 Primo quidē, si quis bona sua omnia cōmittat alterius dispositioni, eū instituere hæredē, nudum cēsēdū est, vt in pijs causis eadē bona distribuat. Sic enim decedit testatus. Inno. Abb. & Docto. quorum opinio communis est, secundū Abb. Imol. colū. 4. & Barb. 5. qui post Cardi. verba Inno. alioqui obscura elegāter explicāt Hunc etiam intellectum asserunt cōmunem esse Ias. nu. 12. & Corne. in. d. l. captatorias. col. 3. C. de test. mili. hic tamē intellectus procedit eo casu, quo testator esset vsus verbis significantibus arbitriū boni viri. Secus autē erit dicēdum, si in cōmissione esset vsus testator verbis liberam voluntatē in ducētibus. ita Bart. in. l. 1. C. de sacros. eccles. nu. 64. Alex. nu. 6. Corne. nume. 4. Ias. nume. 12. in. d. l. captatorias. Imo. in. l. captatorias. ff. de hære. insti. nume. 4. Parisi. consil. 38. volu. 3. nu. 21. ex quo apertē non meminit testator piæ causæ: qua ratiōe prædicti Doct. asserūt hunc tex. nō habere locū, si testator fuerit vsus his verbis, Committo omnia mea bona volūtati Sēpronij, quā opinionem cōmunē esse existimo, tametsi Cardi. hic nullū in hoc discrimē admittat & vtrunq; casum parē esse opinetur, attēta ratione communis assertionis, quæ vtroq; casu viget. Vnde post Imol. hic. nu. 13. ipsius Card. sententiā memoriæ cōmendādam esse opinor: cōprobat̄ur etenim

ex his, quæ dicentur in. 3. intellectu.

Regia vero lex. 32. in Taurino conuentu cōdita expressim statuit, cōmissa alicui per defunctū testamēti ordinatione, & dispositione, posse ac debere hūc, cui cōmissio facta est, soluto ære alieno, quintā bonorū partē in opera pia expēdere: reliquā vero bona dare his, qui defūcto intestato succedūt: qua quidē lege decisio Inno. recepta cōmuniter tollitur, nisi dixeris aliud esse, quando quis alterius dispositioni cōmittit propria bona, vt communis cōclusio præmittit: aliud quando quis alteri cōmittit, vt eius nomine testetur: tūc enim nō potest hic se ipsum nec aliū hæredē instituere, nec videtur à cōmittente factus hæres, & in hac specie loquitur Taurina lex. Nec tamē huic interpretationi temere subscribo, sed cādidi lectoris iudicio eam censendam igenue cōmitto.

Secūdo, potest hic tex. intelligi, quādo in alterius voluntatem non cōferatur principalis testamenti dispositio: sed tātū alteri cōmittitur electio heredis incerti ex certis: quod iure optimo fieri potest. l. fidei cōmissaria. in. 2. §. ff. de fidei cōmiss. liber. l. vtrum. §. cum quidā. & ibi Doct. ff. de reb. dub. Barto. in. l. illa institutio. ff. de hære. insti. idem in. l. captatoria. ff. de lega. 1. Cin. Bart. Alex. Deci. & Ias. col. 2. in. l. captatorias. ff. de test. mili. Imol. hic nu. 14. Paul. Paris. consil. 38. nu. 32. volu. 3. & Roderi. Sua. in tracta. de capta. volunta. col. 2. & 3. exemplum enim erit Instituo hæredē vnū ex seruis meis, quem Titius elegerit. Hoc tamē pro

Detesta. L 5 cediq

Caput Cum tibi.

cedit, nisi genus, ex quo esset eligēdū, esset ita amplū, vt si oēs venirent non facta electione, res esset elusoria & vana, ita Paul. Castrē. in. d. l. captatorias. & Paul. Paris. d. cōsi. 38. nu. 33. & 49. Ex hoc intellectu quotidie filiorū, aut ne potū melioratio à parentibus fit hoc modo, Melior vnū de filiis meis, quē mea vxor elegerit. nā & his dictionibus vtar, quippe quibus huius regni leges sapissimè vtātur in hisce questionibus, atq; hoc ipsum in l. 31. Tauri ad finē probatur. Tertius huius. c. intellectus ex eo cōstat, q̄ favore pietatis testamētum, saltē quoad legata, potest in alterius cōferrivolūtate: quā interpretationē magis cōmuniter doct. hic approbant, & in. d. l. captatorias, vt cōstat ex Corn. Alexā. & Ias. ibi. qui col. pe. & Deci. dicunt hāc opinionē communē. & idem asserit Ias. cōsi. 110. col. 3. vol. 1. notat Bart. in. l. 1. C. de sac. eccles. 3. q. quintæ. q. principi. nu. 64. idē in l. captatoria. ff. de leg. 1. idē cōsi. 5. & 6. & plures alij, quos refert & sequitur Pau. Paris. d. cōsi. 38. nu. 24. idē cōsi. 83. col. pe. volu. 2. cuius contētionis disputatio est apud Soci. d. l. vtrum. §. cum quidam. & Lusitan. ibi Rimi. & Ias. in d. l. captatorias. quo in loco Deci. hāc cōmunem sententiam tutatur. Et licet præfatam opinionem frequētius quoad legata doct. admiserint, vt constat ex Parisio. dict. cōsi. 83. idem tamen erit dicendum quoad institutionē hæredis favore piæ causæ, quæ iuris civilis subtilitatibus minimè subiacet. Ius verò ciuile, quod verat, vltimam dispositionem in alterius volū-

tatem conferri, nimio forsan rigori innititur: & ideo hisce testamentis ad pias causas ordinatis non est omnino seruandum, vt passim prædicti iuris vtriusq; professores asserūt: quorum ratio, cum hæc sit, etiam in hæredis institutione maximā vim habet: atq; ita in hac specie hunc canonem intelligunt Bar. in. l. captatorias. ff. de hæredi. instit. & ibi expressim Imol. nu. 10. Alex. num. 6. & Corne. num. 4. in. d. l. captatorias. C. de testa. milit. quorum opinio, licet sint qui refragentur, mihi verior videtur: ex qua sic potuit testator dicere, Instituo hæredem ecclesiam sancti Iacobi, si Titius voluerit: ac simili forma potest hæc conclusio ad praxim deduci.

Nō obstat huic sententiæ. l. fideicommissa. nu. 2. vers. quod si ita. ff. de fideicom. liber. quæ in legato libertatis ita loquitur. Quod si ita scriptum sit, si hæres voluerit, non valebit, sed ita demum, si totum in volūtate fecit hæredis si ei libuerit. Quia illa Iurisconsulti sententiā procedit, vbi constat, testatorē dispositionē in liberam voluntatem hæredis contulisse. Secus sanè in dubio, est enim tunc interpretatio illa assumenda favore piæ causæ, vt volūtas, in quam confertur dispositio, non libera omnino accipiatur, sed subiecta boni viri iudicio, sicuti idē Iuriscōsultus in initio illius. l. sensit scribēs. Fideicommissa libertas ita dari potest. Hæres si volueris fidei tuæ cōmitto, vt Stichū manumittas, quanuis nihil aliud in testamēto potest valere ex nutu hæredis. Ex quib⁹ verbis planè cōstat id esse

esse libertatis, & sic piæ causæ priuilegiū. Quicquid alij in intellectu illius legis aliter sentiāt. Cōstat verò ex his, volūtatem pro arbitrio accipi fauore piæ causæ: q̄ in eadē Iuriscōsulti decisione probatur, dum dixit, legatum libertatis collatū in alterius volūtate, validum esse: nam si volūtate eo casu libera omnino intelligeretur, non valeret legatum, vt superius diximus. Ex proposita siquidem, ac subiecta materia, volūtatem pro arbitrio possumus interpretari. l. i. ff. de legat. 2. quo sanè fit, vt quoties dixerim, ob fauore piæ causæ posse vltimā cuiusq; dispositionem in voluntatē alterius conferri, intelligam planè atq; assumam volūtate pro arbitrio boni viri: hic igitur est verus sensus Iuriscōsulti in. d. l. fideicommissa, cui plures aptari solēt intellectus, quos explicāt Ias. & Deci. in. d. l. captatorias. & Lusit. in. d. §. cum quidam. è quibus ille fere omniū cōsensu recipitur, vt prima pars per vltimam corrigatur, ac tandem legatū libertatis non possit in hæredis voluntatem conferri, qui sensus maximè à Iuriscōsulto alienus est. Quòd si cōmunis interpretatio admodum placuerit, poterit distingui legatum pium, quòd hoc in canone tractatur à legato libertatis. hoc enim licet piū cēseri possit, nō tamè ratione eius pietatis, quæ animarū saluti conducit, sicuti docet Deci. in. d. l. captatorias. col. vlt. quòd modo lati⁹ disputare nō libet, ne vltra septa trāsfilire videar. Illud tamè ex his cōsequitur, legatū ad pias causas posse non tantū in volūtate extranei, sed

& hæredis cōferri: quod Barto. notat in dicta. l. i. num. 64. C. de sacrosanct. eccles. quem post alios sequitur Corne. in dict. l. captatorias. num. 5. qui legatum profanum à pio in hoc distinguunt: quòd illud non potest in voluntatem hæredis conferri: licet bene in arbitriū. Hoc verò potest, cuius assertionis partim meminimus superius num. 7. & 8. Nos sanè ita distinguimus, vt legatum nō pium in alterius voluntatem collatum, inualidum sit: propter liberam voluntatem, quàm ex his verbis colligimus, legatum autem piū eodem modo factū, validū esse cēsemus, eo quod fauore piæ causæ volūtate pro arbitrio accipiamus. Vnde forsā illud adnotandum erit, vltimam cuiusq; dispositionem in alterius, & maximè hæredis omnino liberam, & absolutam voluntatem collatam non valere: & hoc pacto defendi poterit opinio satis controuersa in dicta. l. captatorias. C. de testa. milit. in cuius examine plures existimarunt vltimam dispositionem testātis, in alterius voluntatem conferri non posse, etiam ad pias causas.

Verū quoad hanc decretalem mihi sane, si licet libere propriam sententiam promere, primus Innoc. intellectus potius placet, què & Panor. hic sequitur, dicens communem esse.

13 Cæterum, illud omittendum non est, passim à iuris vtriusq; doctoribus ex hoc capite adnotari, captatoriā voluntatem fauore piæ causæ permitti: quòd hic minimè probatur, si cōsideretur, quæ sit verè captatoria volun-

tas.

Caput Cum tibi.

tas. Nec omnino id iuris rationi congruit, si quidem militibus non est permissa captatoria dispositio. l. captatorias. C. de testa. mili. quavis eorum testamēta à iure civili maximis & specialibus privilegijs sint ornata, & munita. Præterea si captatoria voluntas bonis moribus aduersatur, & ideo nec cōsuetudine permitti potest, vt existimant Aret. & Ias. in. l. 2. in prin. ff. de vulga. idem Ias. in. d. l. captatorias. cū & captiosa sit, & dolosa isthæc dispositio. notatur in. l. cū donationis. C. de transact. nō video cur ratione pietatis permitti possit. c. super eo. de vsur. in hac tamen dubitatione primum ipse opinor nullibi probari, ob piam causam captatoriā voluntatem permitti, licet fatear eam permissam esse, quæ in alterius arbitrium aut voluntatem cōferatur. Vnde nō omnino cōmuni opinioni accedo. Secūdo quidē ab Areti. & Ias. libentissimè dissentio, qui dū confusa doctrina vtuntur, asserūt cōsuetudine fieri non posse, vt cuiquam permissum sit, vt imā eius volūtatem in alterius liberam dispositionē, aut cōsensum conferre: hoc enim, vt ipsis placet, contra bonos mores est. fallūtur equidē: nam si id cōtra bonos mores esset, non permetteretur hoc canone, etiam fauore piæ causæ: in quo sequor Angel. in. d. l. captatorias. ff. de hæred. insti. Alex. in. l. captatorias. C. de test. mili. eundē Soci. & Ripā in. d. l. 2. de vulga. in prin. qui probare conātur, cōsuetudine induci posse, vt extranea cuiusq; voluntas alterius dispositioni cōmitti possit, etiam libere. His

etiam doctoribus placet idem esse incaptatoria volūtate, aduersus Aretin. & Ias. Ego verò perpēdēs captatoriæ voluntati captionem, ac dolum quēdā inesse, reprobamq; alienæ hæreditatis ambitionē. l. illæ. ff. de hæred. insti. l. si maiores. C. de transacti. l. 1. ff. si quis aliq. testam. prohi. §. manet. insti. de societ. autor enim captatoriæ volūtatis captionem in id dirigit, vt facta hæredis institutione per aliū ipse propriam voluntatem mutet, nollem admittere, statuto, aut consuetudine induci posse captatorias voluntates ac subindē potius in hoc Areti. & Ias. ac cederem, quàm Angel. Socin. Alexandro, & Ripæ.

Ex quibus in discrimen, ac disputationem adducere libet Carol. Rui. responsū: is, inquam, consi. 20. volu. 2. probare conatur, hanc institutionem validam esse, nec captatoriam cēseri: instituo Titium hæredē meum, dum modo ipse Titius me hæredē instituat, atq; ibidē censet, institutionem istam sub modo cōceptā validam esse, modumq; ipsum reiiciēdum fore, nec necessario seruādum, quippe qui turpis sit: adducit verò ad probationem glo. à Barto. Alexan. ceterisq; frequēiori calculo receptā. in. l. cum donationis. C. de transa. quæ asserit, liberationem à Titio Sempronio cōcessam sub modo, vt Sempronius eūdem Titium hæredem instituat, validam esse, cū etiā non secuta institutione in pari causa turpitudinis potior sit conditio possidentis, & sic debitoris quanuis liberatio omnino nulla esset, si sub conditio

ne concepta fuisset ex autoritate Accursij, quæ Bar. & docto. communius sequuntur. Addit & ipse Carol. num. 8. institutionē ita factam, Instituo Sēpronium hēredem, si ipse me hēredē instituerit, non esse captatoriam, sed ex eo dānari, quòd contra bonos mores hēredi instituto auferat liberam testādi facultatē, & ob id validam esse, reiecta conditione illa de iure impossibili. l. i. ff. de condi. instit.

Hæc tamē à viro doctissimo utcū que instructa censura indigent. Et in primis vltima hæc cōclusio refellitur ex his, quæ de captatoria volūtate hoc capitulo diximus: cōstat etenim esse hanc captatoriā voluntatē, atq; ideo nullo pacto valere, nec seruādā fore. Id verò, quòd Carol. dicebat, reiecta cōditione iure impossibili validā esse hanc institutionē, iuris rationi aduersatur: cū hæc conditio, si me hēredem instituas, nō sit nec impossibilis de iure, nec turpis: nullibi enim, ni fallor, à iure prohibetur hāres hic institutus, testatorē hēredē instituere, nec id turpe cēsetur, si qua nāq; captio, aut turpitudine, hac in re dari cōtingit, ea in priori adest institutione: quo fit, ut dispositio ipsa captatoria turpis sit cēsenda, non autē cōditio in ea dispositione apposta. Et licet ob illam conditionem id, quòd disponitur captionē & deceptionem præ se ferat, ipsa tamen, etiam si euenerit, secutaue fuerit, nullam deceptionem, aut captionem inducit. Igitur si prædicta institutio captatoria est, & ex eo reprobatur, quòd captionem, & deceptionem in

ducat, non video cur magis reprobanda sit, expressa conditionis, quā modi forma, cum vtroque casu idē dolus eadem captio prælumatur: at que ideo eadem ratione perpenſa, erit & illa institutio reprobanda, quæ his verbis facta fuerit, Instituo Titium, modo ipse me hēredem instituat, vel ut ipse me hēredem scribat, contra Caroli responsum. Nec obicit glossa illa communiter recepta, quia Accursius ibi in eo cōtractu sub modo concepto, existimat vtriusque contrahentis turpitudinem adesse, & addit in pari casu turpitudinis, esse potiore possidentem, quæ quidem ratio manifeste in testamento cessat, in quo vtriusque turpitudine, nec datur, nec possessionis ratio locum habere potest ita facile, sicuti in contractu attempto exemplo Accursij, imo ex mente gl. & Doc. qui eam sequuntur, modus turpis contractum vitiat quoad ea, quæ nondū sunt tradita, & sic quo ad actionē. quod notat in specie Corne. consi. 255. vol. 4. & comprobatur ex his, quæ notauit in Epitome de spō fa. 2. par. c. 3. §. 1. num. 8. & 18. quid quid dicant Angel. & Areti. in l. impossibilis. ff. de verbo. obliga.

Nec illud hac in re prætermittendū est, quibusdam placuisse, liberationē à Titio Sēpronio concessam, hac conditione, si Sempronius Titium hēredē fecerit, validam esse, & hi sunt Placent. Iacob. Butri. Petrus à Bellaperitica, Cinus, Bald. Saly. Alberi. Fulgo. Ias. Alci. in d. l. cum donationis. ea ratione, quod nō minor libertas in matrimonio;

Caput Cum tibi.

trimonio exigitur, quam in testamento, vt constat, & diximus superius. 2. par. rubri. & tamen ad coniugium potest quis inuitari spe lucri. l. Titio centum. §. i. ff. de cond. & demonstra. igitur & ad heredis institutionem. Vnde secuta heredis institutione valida erit prædicta liberatio. Nec obstat ratio, qua prohibetur captatoria voluntas: nã ea institutione, aut legato, vltimæ voluntate procedit, nõ in hisce contractibus, in quibus illa deceptio contingere nequit, ex proximè dictis, quæ latius explicat Alciat. in. d. l. cum donationis.

Nec item oberit. d. l. cū donationis. quia ibi & similibus iuris locis prohibetur, ne quis pacto disponente adstringatur ad heredem certum instituendum: non tamen impedit in conditione id poni, quod in dispositione positum minimè arctaret. l. vxorem. §. hæres. ff. de lega. 3. Et quãuis opinio gløf. probetur à Bart. Paul. Angel. Alexan. Riminaldo, & alijs, eaq; sit magis cõmunis, autore Alciat. ibi, & Carol. & dicto consil. 20. 2. colum. Hæc tamen posterior nec rationibus, nec autoritatibus destituitur.

14 Postremo, gløf. asserit, posse in genere pauperes hæredes institui: quod expressim probatur in. l. si quis ad declinandam. C. de Episc. & cleri. Regia l. 20. tit. 3. part. 6. quibus constitutionibus exponitur, esse hæc institutionem intelligendam in pauperibus illius ciuitatis, vbi conditum est testamentum. quod ego intelligerẽ, si testamentum sit conditum in loco domicilij testan-

tis: alioqui pauperes domicilij testantis sunt admittendi. ex gl. in. c. si pater. verbo. pauperes. ist. tit. in. 6. quæ dixit, legatum relictum à testatore, vt inter pauperes distribueretur, esse distribuendum in pauperes loci, quo domiciliũ habebat testator. & idẽ probatur ex l. nulli. C. de episc. & cleri. l. hæc conditio. §. vlti. ff. de condit. & demonstr. & præter Franc. in dict. c. si pater. dicit. d. gl. singu. Feli. in. c. sicut ruis. de simo. 2. col. notat idem Feli. in. c. si. colũ. 10. de foro compe. Hoc tamen nõ procedit in executore testamentario, cui testator dedit pauperum electionem: is enim non tenetur eligere pauperes domicilij testatoris. Ioã. Andre. Domi. Lopus, & Frac. in. d. c. si pater. Capella Tolosana. 128. pulchrè Collect. in. c. Ioannes. ist. titu. nu. 10. ea ratione, q̃ Episcopus, cui iure deuoluto cõpetit dignitatẽ ecclesiæ cõferre, tenetur eligere aliquẽ ex clericis eiusdẽ ecclesiæ, ad quam fit electio. c. ne pro defectu. de elect. tamen compromissarius ad eligendũ libere potest eligere, etiã ex extraneis clericis, qui nõ sint illius ecclesiæ. c. si cõpromissarius. de elect. in. 6. atq; hæc ipsa opinio probatur in

15 l. cum quidam ita. §. i. ff. de lega. 2. quibus sane standum temere nõ est, cum in hac pauperũ electione ipsius testantis mēs refragari videatur iuraq; ipsa ciuilia pauperibus domicilij testantis patrocinentur, quamobrem caute seruanda est hæc docto. opinio.

Illud præterea omittendum nõ est, posse legatum dotis in voluntatem alterius cõferri, ita vt fauore dotis, sicuti fa-

ti favore piæ causæ, in arbitrium illius collatū cēseatur. Bart. in. l. Theopompus. ff. de dote præ. Imol. in. l. captatorias. colum. penul. ff. de hæredi. instit. Alex. consilio. 54. vol. 2. Rode. Suar. in tracta. de captato. volunta. fol. 3. sic & legatum incertum favore dotis valet. l. si filix. ff. de legat. 3. prædicta tamen non probantur in dicta. l. Theopompus. cum ibi nihil sit collatum in voluntatem alterius, sed mandatum fuit amico testantis eius mentis conscio, vt cum opus fuerit, eius mētis fidem faciat. ita Cama. cons. 117. Alcia. lib. 2. parerg. c. 19. & in. l. i. §. vlt. nu. 18. ff. de verbo. obliga.

Quibustamē addendū est, non esse standū assertioni illius, cui testator cōmisit voluntatis propriæ reuelationē nisi asserat eam fuisse testantis voluntatem, quæ ex cōiecturis apparētibz vero similis est: alioqui facillime in alterius liberā volūtate cōferri posset cuiusq; testatoris vltima dispositio. sic Bart. d. l. Theopompus. ibidem explicat, & post eum Pau. & Imol. in. l. illa institutio. ff. de hære. inst. col. 4. Alex. in. l. captatorias. col. penul. C. de testamen. mili. Matth. Affli. decisi. 371. Carol. Rui. consi. 21. nu. 10. vol. 2.

EX CAPITULO

Officij.

- 1 *Quarta portio ex quibus debeatur Episcopo, & à quibus: vbi etiam intellect. capit. de quarta. de præf. tractatur.*
- 2 *Legatum relictum creditori quando compensetur cum debito conuenionali, vel legali.*
- 3 *Alius canonis ratio, & intellectus.*

- 4 *Intellectus ad l. Regiam, an legatum uxori a marito relictum imputetur in arras.*
- 5 *Ratio ad l. Regiam. 16. Tauri.*
- 6 *Legatum relictum Parochiali ecclesia, an imputetur in quartam eidem ecclesia iure debitam.*
- 7 *Legatum conceptum his verbis, vt nihil exigat legatarius de bonis meis, an inducat cōpensationem.*
- 8 *Discernitur egregia sententia Bar. in. l. & iurisurandi. §. si liberi. ff. de oper. liber.*
- 9 *Donatio inter viuos nō imputatur in debitum legale.*
- 10 *Legatis a patre mille pro maritanda filia, & ea postmodū ab ipso patre nuptui tradita, constituta dote ex quingētis, an reliqua quingenta post int. exigantur.*
- 11 *Quando ex voluntate legantis fiat cōpensatio, & ibi huius canonis intellectus.*
- 12 *Quarta canonica portio, an debeatur Episcopo ex legatis fraternitati alicui.*

CAPVT OFFICII.



Ariæ sunt in canonicis constitutiones de quarta portione, quæ Episcopo solui debet ab ecclesijs, quæ intra

- 1 eius dioccesim fuerūt cōstitutæ. Nam Episcopo debetur quarta portio decimarū a parochiali ecclesia. c. de quarta. de præscrip. c. conquerente. de offi. ordi. vbi Ioan. Andr. Abb. & doct. contra gloss. ibi. quæ hoc non iuri, sed consuetudini tribuendum esse existimauit. Debetur etiam Episcopo quarta pars oblationum. c. concessio. 12. quæst. 2. c. vobis. ead. q. c. de his. c. antiquos. 10. q. 1. d. c. de quarta. notat Soci. de oblationi. lib. 18. ar. 5. licet glo. dubitet in. d. c. de his. & Troilus in tract. de oblationi. col. penul. Quarta deinde portio omnium, quæ ecclesijs pietatis causa legantur, Episcopo debetur. tex. hic. & in. d. c. conquerente. & c. de quarta. & in. c. sequenti. ist. tituli

vbi

Caput Officij.

vbi Inno. Cardi. Anto. & Barb. num. 2. ex his legatis, quartam portionem Episcopo competere, adnotarunt expresse, & Abb. in. c. 2. de sepult. latius Bertachi. tract. de Episco. 4. lib. 4. par. num. 40. exceptis legatis, quæ exprimentur in. c. vlt. ist. titu. Ex quo nunquam mihi placuit opinio Felini, qui in. d. c. de quarta. col. 1. scribit, in præscriptione totius quartæ portionis aduersus Episcopū titulum requiri: quia satis constat ex præsumptione iuriscanonicali portionem aliquam oblationum, legatorum, & decimarum Episcopo debitam esse: secus tamē, si præscriptio id egerit, vt loco quartæ portionis quinta aut sexta solvatur: tunc etenim titulus non est necessarius in hac præscriptione, cum ex iure Pontificio nulla sit circa hanc portionē quartam certitudo: si quidem quandoque maior, quādoq; minor Episcopis soluit. c. certificari. de sepult. Cōstat equidem à canonibus quartam hanc portionem, & canonicam nominari. Vnde cessante cōsuetudine, cuius meminit Romanus Pontifex in. d. c. certificari. erit de iure ordinario isthæ portio quarta. quod probat Regia. l. 5. tit. 13. par. 1. & ideo ad præscriptionē quæ aduersus Episcopū in eius parte, vel in ea tota obijcitur, titulus est necessarius. c. 1. de præscrip. in. 6.

Hæc verò quarta portio, quæ Episcopo ex legatis loco pio factis cōpetit, ab ipsa ecclesia, ab ipso loco pio, non ab hærede testātis debetur. Abb. hic. 2. col. Inno. & Abb. in. c. de his. de sepult. Bal. in. l. si quis ad declinādā.

§. in omnibus. col. 1. C. de Episc. & clerici. & dicens hanc portionē esse ab ecclesijs, non ab hærede exigendam. Solet tamē in plarissq; diocessibus ex antiqua cōsuetudine, ex bonis & rebus à defuncto relictis dari Episcopo, vel parochiali presbytero melior vestis, aut vas aliquod argenteū, seu alia res, quam ipse Episcopus, vel presbyter elegerit: quam consuetudinem propria sentētia & iudicio comprobauit Rotæ prætoriū, teste Cassadoro; decisione vnica. de consue.

2 Porro, ad huius. c. intellectu ex iure ciuili præmitto quantitatem à debitore creditori legatam minimè compensari cum ipsa debita quantitate. l. creditorem. ff. de lega. 2. pulcher text. in. l. vnica. §. sciendum. C. de rei vxor. actio. quibus tamen obstat text. in authen. præterea. C. vnde vir & vxor. ex quo legatum à marito vxori factum imputatur in illā portionē, quæ vxori ex bonis mariti debetur. Regia. l. 7. titu. 13. part. 6. ad idem est. l. si cum dotē. §. si pater. ff. solu. matri. vbi legatū factum filix à patre, qui dotē filix à genere exegerat, cuiusq; causa debitor filix erat, compensatur cum ipsa dote à patre exacta.

Est igitur necessariū hæc iura intelligere, & ob id cōducit plurimū distinguere debitore cōuentionalem, eundemq; volūtarium ab initio, à debitore legali, eodēq; inuito. In primo equidem non est admittenda cōpensatio, si ipse creditori aliquā quātitatem legauerit. Quod constat ex. d. l. creditorem & d. §. sciendum. adiūcta professorum

forū omniū vtriusque iuris interpretatione, quæ adeo procedit, vt si hæres grauatus per fideicommissum Titio restituere aliquam pecuniæ quantitatem, aut aliquam rem, eidem Titio leget rem diuersam, aut quantitatem aliquam, non censetur animo compensandi legasse: quod notat Aymō consi. 131. colum. si. contra Anani. consili. 3. nam hic testator non tenetur ex debito legali, sed ex voluntate primi testatoris, vt cōstat. Quæ quidem cōmunis opinio locū sibi vendicat, quādo testator poterat cogi à iudice debitum illud soluere. Quod si ipse qui leget in iudicio condemnari non poterat, attamen tenebatur id soluere pro exoneranda conscientia, & tunc legerit, in hac dubitatione compensatio admittenda est: sicuti elegāter docet Areti. consil. 92. viso legato. col. 1. cui suscribunt Ias. colū 8. decis. 6. ac ceteri nouiores in. d. authent. præterea.

In secūdo autē debitore, qui quidē inuitus est lege cogente, diuersum cēsemus: legatū enim ab eo creditori relicto, animo compensandi dimissum videtur, & ob id cōpensationi locus est. d. authen. præterea. & d. §. si pater. qui rationē habet ex legis obligatione, qua pater tenetur filiam iterū dotare, vti explicant Deci. & Cur. Iuni. in. d. authen. præterea. vlti. notabi. eāque rationem differentię existimant esse, quod lex inducens obligationē aliquo inuito, eidem beneficiū hoc largiatur, vt legatum ab eo factum in debitam illam quantitatem ex lege imputetur, à simili argumēto. l. omnino

& l. quoniam nouella. C. de inoffi. testamē. quibus in legitimam filiorum portionem legata imputatur: licet ab hac frequētissima distinctione discedat Corasi. lib. miscella. 3. ca. 1. Est igitur iure receptum legatū indebitum legale imputari: quod procedit, etiā facta compensatione speciei cū quantitate, vel quantitatis cū specie. Alex. Deci. & Ias. in. d. authent. præterea. Imola, & Alexan. in. d. §. si pater. à quibus plane dissentio ex eo, quod speciei cū quantitate nulla fit compensatio. l. si. vbi gl. recepta communiter. C. de cōpēsat. l. si cōuenerit. ff. de pigno. acti. optimus fere in specie tex. in. l. 2. §. mulier. ff. de dote præle. l. plane. §. sed sinō corpus. ff. de lega. 1. l. si pater pro filia. ff. de dotis collat. huiusq; opinionis, quam aduersus Imol. Ale. & alios sequor, autor est Bart. in. l. huiusmodi. §. cum pater. ff. de lega. 1. quem Ias. parum sibi constans sequitur in. §. in bonæ fidei. de actio. nume. 67. & omnino Soci. consi. 93. vol. 1. col. pe. dicens non esse ab hac opinione recedendū in iudicādo, nec in cōsulendo, eandē probat Roderi. Sua. in. l. 1. tit. de arris. Foro legum. vers. sed pone quæstionem, idem tenet Bal. in. l. quoniam in prioribus. C. de inoffi. testam. vlt. col. Itē hæc imputatio legati in id, quod ex legis obligatione deberetur, fieri debet, siue legatum fiat ab eo, cui onus ex lege incūbit, siue ab illius hærede, qui successit in eadem obligatiōe legali, ex eadem ratione. Ancha. cōf. 26. col. 2. Paul. Castren. cōf. 35. vol. 2. Aymon consi. 131. col. penu. quauis Phi

Caput Officij.

lip. Corn. in contrariam fuerit sententiam consi. 292. vol. 1.

Illud verò prætermittendū nō est, & si maximè compensatiōnis locus nō sit, quādo aliquid à legante legatario debetur ex spōtanea & voluntaria cōuentione, vt diximus, tamen eadem compensatiō admittenda est, si ex cōiecturis aliquot appareat animo & voluntate compensandi relictum fuisse legatum. Abb. consi. 81. col. 2. vol. 1. Corne. consi. 115. col. penu. vol. 4. nouiores in. d. authen. præterea. Aymon cōsil. 149. duodecim connumerans coniecturas, ex quibus præfatam voluntatem deprehendere possimus.

3 His equidē præmissis, apparet minimè cōuenire inter hunc canonem, & dicta iura ciuilia, imò maximū discrimen esse: siquidē legatum Episcopo factum non imputatur in canonicam portionem, quæ ex lege Pontificia ipsi Episcopo debetur, vt in hoc capite sancitum est. Vnde Abb. & docto. hic communiter iura ciuilia intelligunt, quādo debitum legale ab ipso testatore legatario debet: tūc etenim compensatiō fit. Secus verò quādo debitum legale non debetur à testante, sed ab alio, quanuis ex causa ipsius testatoris: sicuti quarta canonica portio non debetur Episcopo à testatore sed ab ecclesijs, quibus ipse testator legauit. Eundem intellectum sequuntur Saly. Alexand. Ias. nu. 20. Deci. nu. 13. in. d. authen. præterea. & Roderi. Sua. in dicta. l. 1. vers. sed pone quæstionē. dicēs, hanc opinionem communem, contra Barba. hic.

4 Ex quibus plura deducūtur, & primum intellectus ad Regiam. l. 1. tit. de arris. libr. 3. Fori. qua quidem cautū est, soluto matrimonio absq; prole, arras integras vxori competere, eò verò soluto susceptis liberis, quartā arrarum partem vxoris esse, reliquas vero tres portiones filijs eiusdem matrimonij deberi. Nam si maritus vxori legauerit certam quantitatem, hoc legatum imputatur in arras, quas vxori maritus promisit, quia lucrum arrarū à lege vxori defertur, nec maritus est voluntarius debitor, sed necessarius ex legis Regiæ decisione. ita hanc quæstionem definiuit Roderi. Sua. in. d. l. 1. vers. sed pone quæstionem. ad hoc ipsum Bart. citans in. l. si cum dotem. §. si pater. ff. solut. matrimo. qui dixit, legatum factum ab vxore marito, cui ex lege, aut statuto defertur soluto matrimonio tertia pars dotis non imputari in illam partem dotis, quæ marito ex lege competit. Ego planè, si marito arras vxori non tantum promisit, sed & tradidit, ita vt penes vxorem sint, ab hac Roderici opinione dissentio: cum in hoc casu arræ non debeantur à marito, sed sint apud ipsam vxorem. Vnde nō oportet quærere de cōpensatiōne, quod expressim notat Ioā. Lupi. in rubri. de donat. §. 7. ad finem. Quòd si arræ promissæ sint, & non traditæ, adhuc opinor, compensatiōnis locum non esse, non enim eas acquirit vxor ex legis dispositione, sed ex donatione facta à viro vxori in præmiū pudicitæ virginalis, aut vidualis: quo fit, vt à voluntaria mariti promissio-

ne

ne hæc obligatio procedat, quam ta-
men promissionem Regia lex appro-
bat, minime vero lex ipsa lucrum de-
fert: quod manifestius cõstabit ex. l. 1.
& 2. tit. 2. lib. 3. Fori. l. 50. cum sequenti-
bus Tau. & explicat ipse Rode. Sua.
in. d. l. 1. in princip. nec quidquã obe-
rit decisio Bart. in. d. §. si pater. quia lo-
quitur in lucro dotis, quod à lege so-
la defertur, vxor etenim nõ dat dotẽ,
vt ea marito adquirat. Maritus vero
in his regnis arras donatione quadã
lege recepta, & permissa permittit, ea
voluntate, vt vxori matrimonio con-
summato, in pudicitia præmiũ qua-
rantur. Igitur cõpensatio hac in re nõ
est admittenda, autore Alfonso Mõ-
taluo in. d. l. 1. à quo Rodericus disces-
sit non satis iuste, ni ego fallor, atq; ita
existimo Ioan. Lup. in dict. §. 27. hanc
opinionem, quam ipse elegi, veriorẽ
esse iudicasse.

5 Secũdo ex his ratio decidẽdi colligi-
tur ad Regiã. l. 15. Tauri, quæ statuit
legatum factum à marito vxori, non
imputari in illam dimidiam partem,
quæ vxori ex. l. Regia competit, ex ad-
quisitis matrimonio constante, & ta-
mẽ ea pars à lege defertur. Cur igitur
cõpensatio locum nõ habet? nempe
ex eo, quod illa pars ita ipso iure à le-
ge vxori defertur, vt ei statim acqui-
ratur: nec dicitur debita à marito, sed
propria ipsius vxoris: nam & adquisi-
ta matrimonio constãte communia
sunt viro & vxori: non ergo tempo-
re, quo maritus legat vxori, est illius
dimidia partis debitor: & ideo nõ est
tractandum de compositione.

6 Tertio, hinc aperitur illius quæstio-
nis definitio, an legatũ relictũ ecclesie
parochiali, aut eius presbytero, sit im-
putandum in quartã portionẽ legato-
rum quæ testator idem reliquerit mo-
nasterio, aut ecclesie extraneæ, in qua
sepulchrum elegit? & præmissa deci-
sione tex. in. c. certificari. c. primo. c. in
nostra. de sepultu. clemẽ. dudũ. eodẽ
tit. quibus est expressum, quartã por-
tionem eorum, quæ legatur monaste-
rio, aut ecclesie nõ parochiali, ab eo,
qui ibi elegit sepulchrũ: deberi ab ip-
sis legatarijs ecclesie parochiali ipsius
testantis, videtur non admitti cõpen-
sationem, per istum textum, ita Car-
di. in clementi. dudum. de sepult. §. ve-
rum. q. 27. & ibi Ancharan. q. 11. Bar-
ba. hic nume. 12. Regia. l. 5. titu. 13. par-
tit. 1. Contrarium tamen sunt, qui pro-
bare conentur ea ratione, quod hæc
quarta portio debetur nõ tantum ab
ecclesia legataria, sed etiam ab hære-
de defuncti, à quo peti potest. glos. in
dicta clementi. dudum. §. verum. ver-
bo, largiri, quam in hoc approbat ibi
Cardinalis, Anchar. & Imola. Abb.
in capi. de his. de sepultu. colum. 2. Et
est Salmantica Synodica cõstitutio.
26. quæ iniungit hæredibus huius quar-
tæ portionis retentionem subdens,
hæredes eam non retinentes cogendos
esse eãdem soluere parochiali ec-
clesie. Igitur si hæc portio ab hærede
debetur, compensationi locus est, cũ
ex lege portio ista debita sit. Cui opi-
nioni adstipulatur tex. in ca. de his. de
sepul. dicẽs, ecclesie parochiali, cui ni-
hil relictũ est a testatore, deberi quat-

Caput Officij.

tam portionem eorū, quæ relinquuntur ecclesiæ, in qua testator sepulturā elegit: ergo à cōtrario sensu, si aliquid ecclesiæ parochiali relictum est, nō debetur quarta eidem, sed est cum ea cōpensandum legatum: ex quibus compensatio in hac præsentī quæstione locum habet, secundum Abb. colum. 2. & 3. Antoni. & Imola hic numer. 10. Syluest. verbo, Canonica. §. 9. colum. penulti. Frederic. consil 3. Ioan. de Ligni. & Imol. in. d. cle. dudum. fol. 6. colum. si Saly. Alexan. & Corn. in dict. authen. præterea. eundem Alex. in. d. l. si cum dotem. §. si pater. & hanc opinionē opinor magis cōmunem esse, primam tamen veriorem, quā & Deci. probat in. d. authen. præterea. Nec obstat, quòd hæc quarta debeatur ab hærede testatoris, quia id nullibi probatur, non enim sequitur, hæres teneatur eā apud se retinere, & deducere à legatis soluēdis monasterio, vel ecclesiæ, in qua testator sepultus est: igitur & eam ipse hæres debet, siquidē ipse hæres cōueniri à parochialie ecclesiæ potest ad solutionem huius quartæ portionis, ne inter ipsam ecclesiā, & monasteria, aut alias ecclesias oriatur lis, & quia facilius ab hærede exiget, quā ab alijs ecclesijs. Quin & si concedamus, quartam hāc portionem ab hærede deberi, non tamen cōcedemus à testatore debitam fuisse: & sic huius. c. 8 decisio adhuc in ea locū habebit. Itē non obstat tex. in dicto. c. de his. siquidem inductio illa à sensu cōtrario aduersus hanc constitutionem nō est recipienda, maximè, quia ille tex. loqui-

tur in quæstione differenti, vt ex eo & cap. 2. eiusdem tituli constat.

Quarto, quoties compensatio legati cum debito legali admittēda foret, eadem cessaret, si testator in legando hac esset vsus forma. Lego ceterum de bonis meis: non enim habet tunc animum compensandi, cum bona dicatur deducto ære alieno. l. sub signatū. §. bona. ff. de verbo. signifi. Ergo soluto debito legali, soluendum itidem legatum est ex cæteris bonis: quam obrem compensationi nō est locus. Bal. in. d. l. si cum dotē. §. si pater. Alexā. & Ias. nu. 26. & Corne. in. d. authen. præterea. Feli. in. c. quoniam. de præscrip. 4. col. Barb. hic num. 11. Hippo. singu. 162. quibus refragatur ratio illa, quòd appellatione bonorū à testatore prolata, ipsius hæreditas comprehenditur. l. mulier. §. si. & l. sequen. ff. ad Trebel. l. nam quod. & l. cogi eodem titu. notat Barto. in. l. 3. ff. de bono. posse. hæreditas autem etiam æs alienum continet, vt constat. Igitur ex his verbis non censetur testator recedere à compensatione, quæ à iure cōceditur, quæ ratione à Baldo recedunt Cuma. in. d. §. si pater. Arcti. & Deci. in. d. authen. præterea num. 13.

Ex eadē ratione periclitatur sententia Bart. in. l. & iurisiuradi. §. si liberti. ff. de oper. liberto. qui scripsit filiā posse ab hæredibus patris dotē maternā petere, etiā si pater filix ultra portionem legitimam, optimam quātitatē legauerit, & adiecerit se velle, vt filia nihil aliud petat de bonis suis, ipsius in quā patris. Nam si simpliciter dixisset

set

sed pater, Et volo, vt filia mea nihil amplius petat, cēsetur voluisse cōpensationem fieri dotis maternæ cum legato: quia vero dixit, vt nihil aliud petat de bonis meis, nō cēsetur voluisse hāc cōpensationem fieri. idē Bal. in. l. liberti libertæq;. C. de oper. libert. & Corne. consi. 212. colū. fi. volu. 1. sed ex ratione, qua Bal. paulo ante reprobaui, & hęc Barto. opinio non procedit, secundū Ioannem Crot. in. l. sicōstante. 2. lect. col. 7. ff. soluto matri. & Ioann. Campeti. de dote. part. 1. q. 33. Possēt vero habere locū sentētia Barto. etiam si testator dixisset, & volo vt nihil petat, quando dos materna constaret ex rebus mobilibus, aut immobilibus, quarum dominium mortua matre, transierat in filiam, licet possessio penes patrem esset, tunc etenim verba illa testantis non sunt referēda ad actionem realem: argument. text. in. l. Aurelius. §. Mæuia. ff. de liberat. lega. à quo glossa, & Doctores deducunt, liberationem tutori, curatori, administratori legatam, nō comprehendere actionem realem. Bar. in. l. & vno. §. ciuis rei. ff. de acceptillat. Et ad id dicūt prædictam glossam in dicto §. Mæuia. singularē esse. Bal. in. l. cum necessitate. C. de fideicō. notabi. Ias. in prin. de actio. nu. 101. idem in. l. sub prætextu. in. 2. C. de transf. 2. col. notat Bart. in. l. nō solum. §. fi. ff. de liberat. lega. Alex. cōsil. 172. circa primum. 2. vol. col. 3. Soci. consi. 190. col. penul. & fina. volu. 2. Roma. consil. 201. Balb. de præscrip. 2. part. 3. partis principalis. q. 14. col. penul. Felin. in cap. fina.

de præscript. col. 3. tradit Alexan. consi. 102. vol. 2. incipit. super primo. col. 5. Sic ergo clausula ista, Lego filia meæ centum, & volo ipsam nihil amplius petere, non excludit filiam à rei vëdicatione, quæ ei competit pro rebus maternis, quas pater possidebat.

Verū enim uero, licet legatū impetetur in debitum legale, sicuti præmissum ex authē. præterea. C. vnde vir & vxor, nō sic donatio inter viuos. l. etiā. §. si debita. ff. de bonis libert. vers. sed si non mortis. l. si vero. vers. cæterum. ff. eodem titu. notat Soci. consil. 93. volu. 1. col. penul. quanuis Ias. contrariū teneat in dicta authen. præterea. nume. 20. Cuius opinio procederet vbi in certam causam esset legatum directū: & ad eandē causam donatio facta fuisset: cuius rei exēplum est apud Iuriconsultum, & Barto. in. l. Lucius. in. 1. ff. de legat. 2. qui illam elegantē quæstionē tractat. Patre legante filia mille aureos pro ea maritanda, eodēque patre post illud testamentum tradente marito filiam, cōstituta dote quingentorū aureorum, an possit filia mortuo patre reliquos quingētos aureos petere? In quo videt quibusdam petitioni locū nō esse, ea ratione, quod causa ob quam mille fuerunt legata, per ipsum testatē sit minori impendio executioni tradita, & ob id recessum sit à primo legato.

Ex eo etiam, quod legata ad alimentata certa quantitate in testamentis, ab eo legato recessum cēsetur, si minor quantitas ad eandē causam in codicillis legata fuerit. l. libertis. in. 2. in prin.

Caput Officij.

ff. de aliment. & cibar. legat. atque ita in præmissa quæstione respondit Dinius, quem sequuntur Paul. Castren. Cumanus & Imol. in dicta. l. Lucius. idem Imol. in. l. huiusmodi. §. cum pater. ff. de leg. i. idem in. c. filius noster. ist. titu. & Campeti. de dote. part. i. q. 36. Rursus existimant alij opinionem Dini procedere, quando testator legaret pro filia maritanda: secus vero si legasset pro filix dote, nam cōstāte matrimonio dos augeri potest: igitur quod reliquum est ex legato ad dotis augmentum peti poterit. Barto. in dicta. l. Lucius, quem in hūc sensum referunt Paul. in dicta. l. Lucius. Baldus, Angelus, Salyce. & Corne. in. l. filia. C. de legat. Barba. nume. 14. post Ancha. in fine. in dict. cap. filius. Ioā. Lupi. in cap. per vestras. de donatio. 3. notab. §. 12. licet à Bart. discesserint ex his plariq; dum Barto. tamen scripsit, & hoc puto, verba ista ad Dini sententiam referunt. Alij vero quod potius placet, hæc Bartoli verba referunt ad Oldrad. qui asseruit in distincte, filiam admittendam esse ad petendum reliquos quingentos aureos ex legato. Bartolus etenim cum Oldradi sententiam retulisset, & eius rationem, nempe quod legatū certæ quantitatis non minuatur ex adiectione. l. creditor. §. si inter. ff. mand. l. Lucius. ff. de alimē. & ciba. lega. subdit, & hoc puto bene dictū, rationem Oldrad. probans, quādo testator dixisset, pro filia maritanda, quia ea maritata finita est causa. Quādo autem testator dixerat pro dote, non distinguens, sed ean-

dem assertionē approbās vtitur Bart. alia ratione: quod causa legati finita non sit, quia dos augmentū recipere potest. Ecce igitur qualiter Bart. absque distinctione Oldrado cōsentiat. in hunc sane sensum Bart. verba retulere Imol. in dictis locis. Alexan. in. d. l. huiusmodi. §. cum pater. col. penul. Iacob. à sancto Georgio in dicta. l. filia. Decius consil. 81. col. penult. Quin & hæc Oldradi opinio verior est. Nā causam legati contingere potius confirmat legatum, quam id extinguat, aut diminuat. l. si iam facta. l. conditio num. ff. de conditio. & demonstra. & ita Oldra. sequuntur Alexan. in. d. §. cum pater. Baldus, Paul. Angel. Salice. Iacob. & Iaso in dicta. l. filia. Deci. dict. cōsi. 81. Ancha. & Barba. in. d. cap. filius. fina. col. Alberi. in. d. l. Lucius. Soci. consil. 101. col. 2. volu. 3. dicens hanc opinionē communē esse, quod etiam fatetur Iacobi. in dicta. l. filia. Nec obstat. l. libertis. quia ibi secunda dispositio facta fuit in actu vltimæ voluntatis: & ideo tollit primam & præterea esset superflua secunda dispositio, si primam non tolleret, cum in secūda minor esset quātitas quoad menstrua alimenta, quam in prima. quia in re Barto. non exacte sensum illius legis perpendit dicens, ibi in secūdo legato cōtineri plus, quam in primo, quod verum est assumendo legatum ex diuersis rationibus in vltima dispositione factum, sed cōsiderādo legatum secundū relictum ex ea causa, qua primum, minus est secundum legatum quam primum: & ideo à pri-

mo recessum eadē lex expressit. Hinc infero, legata quantitate mille aureorum pro cōstruenda ecclesia, ipso testatore cōsumptis quingentis aureis eandem construente, nihilominus reliquos quingentos aureos peti, & exigi ab hærede. Cui illationi non obstat ea, quæ notauimus in cap. 3. huius tituli. 10. Cum ibi tractetur de quantitate legata ad oratorium, cuius formam testator designauerit.

Glo. verbo, vindicare, duo adducit iuris ciuilibus capita aduersus istud, quorum primum, nempe. l. vlt. ff. de inof. testa. procedit speciali quadam ratione ad excludendā querelā in officio si testamēti, quæ odiosa est, secūdm glo. Bar. & cōmunem opinionem in d. l. vlti. §. vlt. Docto. hic glo. & Docto. in. l. post legatum. §. sunt qui putant. ff. de his qui. vt indig. Secūdm vero, quod est. l. si. debitor. ff. ad. l. Falcid. extollitur, quod testator ipse petierit debitum imputari in Falcidiā, vt ibi explicant glo. & Docto.

Ad intellectum versi. si vero. huius cap. est denique prænotandū, rem legata à debitore creditori, hoc adiecto moderamine, vt ea sit pro satisfactio-
 ne debitæ quantitatis contentus, etiā si sit minoris valoris, debitum ipsum extinguere, si per legatarium legatū ipsum acceptum sit. l. creditorem, iūcta glo. ibi. ff. de lega. 2. Quod si quantitas legetur creditori, cui species debetur à testatore, eadem satisfaciendi voluntate, idem erit. Si vero testator creditori legauerit certam quantitatem, & addiderit se velle debitæ

quantitati ex hoc satisfactum cense-ri, compensatio tantum admittitur concurrentis quantitatis, ita vt residuum quod excesserit à creditore peti poterit, & ei tenentur hæredes soluere. l. Imperator. §. centum. ff. de legatis. 2. Sed & si testator creditori, cui quātitas debetur, speciem legaue-rit simpliciter pro debito, etiā recepto legato, solum fit compēsatio speciei legatae cum quātitate cōcurrente, & residuū petendum erit. tex. egregius in. l. penul. §. qui fratris. ff. de alimē. & cibis. legat. Et idem erit legata quantitate pro specie debita: nō enim sufficit simplex hæc legandi forma, vt locus sit. l. Imperator. §. centū. Sed oportet testatorē addere, vt omnino sit ex hoc legato debito satisfactum: qua forma canon hic vtitur.

Ex quibus poterunt deduci aliquot assertiones, quæ huic capiti necessarię aut vtilis sint. Prima, legatū speciei relictū Episcopo à testatore pro quarta portione episcopali, cōpēsari ad æquiualentem quātitatem cum ipsa quarta portione. Et idē erit si legetur Episcopo quātitas certa pro quarta portione, quæ in specie cōsistat. Quod si dictū à testatore fuerit vtroq; casu, se legatū Episcopo relinquere, vt nihil petat ratione quartę Episcopalis, etiā si dispar sit legatū à quarta portione, fit omnino integra cōpensatio, & cōputatio: nec potest episcopus excessū æstimationis exigere. Secunda conclusio. Legatum certæ quātitatis pro quarta canonica portione Episcopo relictū, vt cunq; conceptis verbis, ad

Caput Officij.

concurrentē vsq; quantitatem impu-
tatur, ita vt excedēs æstimatio ab epi-
scopo peti iure possit.

Erit deniq; exemplum ad versic. Si
vero, quando testator in fraudem, ne
Episcopus quartam portionem lega-
torū, quæ ecclesijs ipse relinquebat,
obtineret, concepit legata omnia in
forma canonis vltimi huius tituli, præ-
ter quoddam modicæ quātitatis lega-
tum, quod ita plane expressit, vt epi-
scopo ex eo quarta portio debeat, &
in huius quartæ portionis compen-
sationē, Episcopo testator legauit cer-
tam quantitatem, qua cōtentus esset,
isthac quidē fraus non impedit, quin
Episcopus possit quartam integramē
reliquis legatis petere. Ioan. Andre.
Anto. & Imol. hic. col. 6.

Vltimo, hic est inquirendū, an de-
12 beatur episcopo quarta canonica por-
tio ex his, quæ legatur fraternitatibus,
quæ congregationem quandam præ-
textu pietatis præ se ferunt. Et quibus
dam placet non deberi Episcopo ex
his legatis quartam portionem: non
enim sūt hæc legata locis pijs, sed per-
sonis. cap. sequēti, & alijs rationibus,
quas cōgerit Abb. hoc approbās. con-
si. 31. volu. 1. Frederi. cōsi. 129. Bald. in. l.
si quis ad declinādā. §. in omnibus.
C. de episco. & cleri. num. 19. Imol. &
Abb. hic. Lauren. Calca. consil. 21. col.
2. quibus refragatur, quod vt canoni-
ca hæc portio debeat, est satis, pia es-
set legata. c. vlt. & c. sequen. ist. tit. Hæc
verō legata pietatis causa sūt, vt con-
stat: igitur ex eis quarta debebitur:
quod Calderi. sensit cōsi. 23. huius titu.

Nec etiam negari iure potest, pias has
fraternitates collegium pietatis causa
cōstituere, ex his, quæ notantur in. l. 1.
C. de sacros. eccl. & in. l. 1. ff. de colleg.
illicit. Vnde quartā hanc Episcopo de-
beri, asserunt hic Ancha. & Barb. nu-
me. 7. Petrus Perus. in tracta. de quar-
ta canon. episcop. 14. q. principali. la-
tè hanc dubitationem expēdens. Ean-
dem opinionem sequitur Barba. cōsi.
1. volu. 4. vbi nume. 8. post diligentem
disputationē hanc esse cōmunem pro-
fiteatur, cui & ipse libenter subscribo.
* Sed & de hac quæstione multa dili-
genter tradit post tertiam huius operis
editionem Iacob. Menochius in. 15. re-
medio. recup. poss. q. 5. Hic verò illud
obiter adnotādum est, autore Budæo
in titu. de officio quæstor. 4. colū. has
quas vulgo dicimus cōfratrias, ex eo
denominari, q̄ Phratriæ apud Arist.
in Politicis dicatur hominū cōuētus,
propria sibi sacra peculiaria q̄; haben-
tiū. Hi enim homines cōmuni puteo
utebātur, q̄ Græcè dicitur φράγ his ac-
cedit q̄ φρατρία apud Græcos dicitur
cōspiratio, coniuratio q̄;: sicuti tradit
text. in. c. coniurationū. 11. q. 1. vtitur q̄;
hac dictione Socrates Græcus autor
lib. 6. Histor. eccle. cap. 4. Dum memi-
nit coniurationis cuiusdam aduersus
Ioānem Chrysostrum. Sed & auto-
re Dionysio Halicarnasseo lib. 2. apud
Athenienses φρατρία dicebantur, quæ
à Romanis curiæ, in quas à Romulo
populus fuit diuisus. Ex Homeri au-
tè interprete Iliad. lib. 9. Phratria pro-
prie dicebatur tertia pars tribus. Ego
quidem non damno diligētem hanc
nominis

nominis & vocis deductionem: opinor tamē in Christiana religione eos qui primum has pias cōgregationes constituerunt, ad profanam hāc consuetudinem minimē aduertisse: imō potius dici confraternitates existimo ex eo, quod à Cypriano, Hieronymo Ambrosio, ac Tertulliano, fraternitas pro Christianorum collegio accipiatur, sicuti Rhenanus adnotauit ex Tertulliano in libro de velādis virginibus, & ex libro ad martyres. De collegijs autem, quæ illicita quandoq; in Republica censentur, & quandoque permittuntur, legito Balduinum in legem sextam. 12. tab. post Iuriscōsultos in rubri. de collegijs illicitis.



Ractat in hoc capite Innocentiustertius, an legatum relictum Episcopo censeatur relictum prætextu ecclesie, & dignitatis: an ratione personæ ipsius Episcopi, vt subinde cōstet, cui competat hoc legatum ecclesie an Episcopi hæredibus. Et quanuis ad cognitionem huius, & similiū quæstionum soleat tradi distinctio illa nominis proprii, & appellatiui: siquidem actus cōceptus expresso nomine proprio ipsi personæ tribuitur: ille verò, qui gestus sit expresso nomine appellatiuo dignitatis, ipsi quidem dignitati cōpetit. text. celebris in. c. quoniam. Abbas. de offi. de lega. & ibi docto. l. si seruus cōmunis. ff. de stip. seruo. Alexā. per tex. ibi in. l. 3. §. filius. 2. col. ff. de libe. & posthu. Bald. in. l. 1. q. 2. C. de liber. præter. Paul. in. l. si à primo. ff. de liber. & posthu. ad finē. Bal. in proce. mio. ff. col. 2. Prius tamen quam hanc regulam attendamus, oportet coniecturas quaslibet perpendere, ex quibus vel erit dispositio iudicanda realis, vel personalis: quod probat elegantetex. adnotate Panormita. Nam & si in legato expressum sit nomen Episcopalis dignitatis cēsetur prætextu personæ relictum, quando testator esset consanguineus Episcopi. notant Abb. Fel. & Deci. in dicto. c. quoniā. Abb. Alcia. expressius regu. 1. de præsump. 28. præsump. pulchrè Soci. con. si. 34. libr. 3. col. 2. ad idem text. singu. & ibi Barto. in. l. penul. ff. de reb. dub. cui conuenit Regia. l. 25. titul. 5. part. 5. De testa. M s dicit

EX CAPITE Requisisti.

- 1 *Distinctio nominis proprii ab appellatiuo vt actus realis, vel personalis iudicetur, cessat omnino ex coniecturis, quibus aliud deprehendi possit.*
- 2 *Iuramentum præstitū alicui an transeat ad successores resurantis, vel eius cui præstat.*
- 3 *Legatum relictum uxori, illi tantum debetur quæ uxor erat tempore testamenti.*
- 4 *Intellectus. l. quod principi. ff. de lega. 2.*
- 5 *Compromissum factum à prælato an transeat ad successorem.*
- 6 *Promittens, vel iurans obedire iudici ipsius nomine proprio expresso, tenetur ex promissione successoribus obtemperare.*
- 7 *Amicitia consanguinitati comparatur.*
- 8 *Huius capitis intellectus.*
- 9 *An distinctio huius tex. procedat in donatione inter viuos facta.*
- 10 *Legatum relictum canonicis, collegio canonicorum acquiritur, non ecclesie.*

CAPUT RE- quisisti.

Caput Requisisti.

dicit illum text. singul. Paul. Castren. ibi. & Bald. in. d. c. quoniã Abbas. unde libet plurima deducere, quò regula ista rectius intelligatur.

Primum hinc cõstat ratio gloss. in c. fin. ad finem. hoc titu. in. 6. vbi in nominatione executoris testamētarij expresso nomine dignitatis facta, sunt attendendæ coniecturæ, ex quibus deprehendi possit, executionem testamenti cõmissam esse personæ potius, quam dignitati: quã gloss. præter docto. ibi dixit singu. Ias. in. §. fin. insti. de stipul. seruo. in additionibus ad Portium. & notabi. Abb. in consil. 93. volum. 2. idem Abb. in dict. cap. quoniã Abbas. col. 3. vbi Felin. & Deci. idem asserunt. idem Decius in capit. ex parte. col. 1. de constitu.

Secundo apparet, Iuramētū præstitū alicui expresso nomine proprio, in re tamen ad dignitatem pertinēti, ad successorē dignitatis trāsire: quòd probatur ex præcedētibus, & ex his, quæ statim subiiciam, maximè ex. c. veritatis. de iureiu. vbi cauetur, iuramētum præstitum in re, quæ ad dignitatē attingit, habenti illam dignitatem, vires etiã habere respectu illius, & successorum in eãdem dignitatem: qua in re, ni fallor, errat glo. ibi cõmuniter recepta, secundū Imol. dicens esse necessarium in iuramēto fieri mentionē successorum, vt illud iuramētum trāseat in successores illius, cui præstat. Eodem pacto errant Anto. Cardi. Abb. & docto. in. d. cap. veritatis. exigentes ipsius saltem dignitatis expressam mentionem vt iuramentum extendatur,

aut potius deducatur ad successores in dignitatem. Quibus ego non assentior, quippe qui ex hoc canone videã frequētissimè colligi, actum aliquem ex coniecturis deprehēdi, ad dignitatem pertinere. At quæ maior huiusce rei coniectura esse poterit, quam quod actus ipse fiat prætextu rei ad dignitatem pertinentis? Vnde repetitio iuramenti quoad successorem necessaria non est, quia adhuc qui iurauit & viuit, iuramenti religione adstringitur, tamen si non inficiet, iuramentum ratione feudi teneri renouare inuestituram à nouo domino, & recognoscere se eius feudatarium esse. cap. longinquitate. 12. q. 2. ca. 1. §. præterea. de prohi. feu. ali. per Fred. notant Bal. Henri. & Card. in. d. c. veritatis. Hinc etiam falsum est, iuramentum ex parte eius, cui præstat, personale esse: licet id asserant Bald. Fulgos. & Roma. in. l. sed si hac. ff. de in ius vocan. quibus accedit, & si dubius, maximè Curtius Iunior in. l. si quis maior. num. 25. C. de transactio.

Tertio, ex his probatur, iuramētū ab aliquo præstitum, ipsius præstantis hæredē, aut successorem minimè ad periurium obligare, etiam si contractus, in quo præstat, ad hæredes, vel successores pertineat. Non enim patitur iuramenti religio, quæ animã adstringit, vt iurantem egrediatur ipsius iuramenti vinculum. Abba. & doct. in. d. c. veritatis. Ioan. Andre. in. c. fi. de sepult. Bal. & Pau. in. l. grege legato. ff. de leg. 1. Bald. in. l. fi. C. de pact. col. 4. Bar. & Bald. in. l. generaliter. C. de reb.

de reb. cred. Thom. & Caie. 2. 2. q. 98. arti. 2. Alcia. in. c. cum cōtingat. de iur. iur. nu. 120. & ibi Imol. num. 18. licet ipse hæres ex illo contractu teneatur: etiã si contractus à iuramenti adiectione vires acceperit, quãuis ab hac tertia illatione aliquãtulũ discesserint Abb. in. d. c. cum contingat. nume. 8. & Soci. consi. 38. col. 1. volu. 3.

3 Quarto, eadẽ præmissa regula defenditur optima opinio Bald. in. l. fi. col. 3. C. de indic. vid. tol. qui dixit, legatum factum vxori sub nomine tãtum appellatiuo, non deberi secundæ vxori, quam post testamentum mortua prima testator accepit: cui sententiæ suffragatur elegans tex. in. l. si quid earum. §. fina. ff. de legat. 3. At quæ prioris, inquit, vxoris causa parata sunt, ita posteriori debentur, si ei assignata sint: quia nõ est ita de posteriori vxore cogitatum, cum pararentur. Ecce igitur qualiter coniectura ducitur Iurisconsultus, vt existimet, sub nomine appellatiuo personã tantum, non dignitatem considerari oportere, ad idem text. in. l. Scio amico. in. principi. ff. de annuis leg. Et Bald. sequitur Deci. in. d. c. quoniam. Abb. num. 16. Ias. in. l. diuortio. §. quod in anno. pen. col. ff. solu. matri. Andre. Tiraquell. in. l. si vnquam. C. de reuo. dona. in. prin. num. 104. facit optimus text. in. l. boues. §. hoc sermone. ff. de verbo. signi. notat Cremenf. in. singula. 8. sed si testator nullam haberet tempore testamenti vxorem, legatum vxori relictum nõ tantum primæ, sed & secundæ, aut tertiæ vxori debetur, cū & actus hic sit

fauorabilis: & ideo ita erit intelligendus, maximè cessante dicta coniectura affectionis eius vxoris, quam tunc habebat testator. Alex. cõsi. 171. vol. 2. Paul. à mote Pico in. l. Titia testamento. §. Titia. ff. de lega. 2. col. 82.

4 Quinto, hæc cõclusio, quã ex hoc Innocetij tertij responso collegimus, comprobatur ex Iurisconsulto, in. l. quod Principi. & in. l. Augustæ. ff. de legat. 2. vbi, quod Augusto relinquatur, dignitati relictum esse censetur: quod vero Augustæ, non dignitati, sed personæ legatur: nulla sanè alia ratione, quam quod expresso vtrobique nomine dignitatis, alijs argumentis coniectamur discrimen maximũ subesse: cum dignitas eo nomine significata propria sit Augusti, non tamen Augustæ, quæ inde hoc nomẽ habet, quod vxor Augusti sit. Et id Bartol. animaduertit in. d. l. quod Principi.

Sexto, ex his manifesta est ratio eius, quod notauit Abb. per text. ibi. in. cap. dilecti. col. 2. de foro compe. dicens, in re ecclesiæ competẽti actum censeri gestum nomine ecclesiæ, siue exprimaturnomẽ proprium, siue appellatiuum. Et addit hanc esse communem opinionẽ, quæ insigniter probatur in hoc. cap. attẽta regula, quam ex eo post Abb. collegimus, idem sentit Barto. in. l. post mortem. §. 1. vbi ad hoc ipsum est expressus tex. ff. quãdo ex facto tuto. Domi. in. capit. si gratiosæ. de rescript. lib. 6.

Septimo, licet cõpromissũ ad successores nõ trãseat, nec ad hæres. c. si. de arbi. l. diẽ proferri. §. 1. l. sed si interpellatũ.

Caput Requisisti.

pellatū. §. si. ff. eo. titu. tamen si cōpromissum factum sit à prælato super re ipsius ecclesie, etiā nō facta successoris mentione, ad successorē transit tex. & ibi Abb. in. c. præsentata. de testi. etiā si factū sit nomine proprio prælati expresso: quòd ibi adnotauit Are. i. col. Quin & ipse illius cap. conclusionem intelligo, etiā si cōpromissum fiat inter ecclesiā, aut prælātū, super re ecclesie, & priuatum aliquē: nam quanuis hoc cōpromissum non transeat ad hæredes illius priuati, transit tamē ad successorē prælati, quia nomine ecclesie censetur factū, quæ morte nō extinguitur. cap. si gratiose. de rescripti. in. 6. r. q. 2. c. liberti. Nec placet Aretini sententia, qui in dict. c. præsentata. scripsit, illū textum procedere in cōpromisso facto inter duas ecclesias, non inter ecclesiā & priuatum, ne cōtractus ipse sit inæqualis. Mouetur etiam ex. d. l. sed si interpellatur. §. fin. vbi Bald. idem in hac quæstione asserit, ex eo tex. qui probat, cōpromissum solui morte cuiusuis ex litigatoribus, quāuis ab altera duntaxat parte mentio hæredis facta sit: non enim cōuenit quoad hæredes inæquale esse cōpromissum. Verū tamen lex illa locum habet, quādo ex conuentione partium datur inæqualitas: nos verò loquimur, quādo ab ipsa lege deducitur hæc inæqualitas. Nec obstat, quòd cōtractus hic sit inæqualis: id etenim non est absurdum, si speciali ratione contingat, vt in hac specie constat: siquidem ecclesia morte non extinguitur, & ideo nec cōpromissum ab ea

factum extinguetur: at is, qui cum ea contendit, ac litem agit, morti subiectus est: & ob id si moriatur ante latā ab arbitro sententiā, cessat, & extinguitur cōpromissum.

Octauo, ab eadē radice infero, verū esse, qd Bal. scribit in. c. i. col. 3. de inuest. in. marit. facta. cui accedit Feli. in. d. c. præsentata. col. i. ex quibus cōstat facto cōpromisso in Hispaniarum regē dignitatis nomine expresso, eo mortuo minimè id munus successori competere: cum ex cōpromittētium voluntate, & consensu electa sit industria, & prudētia ipsius Regis, non dignitatis qualitas. Sic e contrario, si dignitas consideretur, parum refert nomen proprium exprimi. Bal. in. c. i. §. præterea. nu. 23. de prohibit. feudi alienat. per Frederi.

Nono, inde rationē habet sententiā Bar. qui in l. terminato. C. de fruct. & liti. expens. col. 2. dicebat, iudice reseruāte sibi taxationem expensarum siue nomine tantum proprio, siue appellatiuo posse ab eius successore in iudicādi munus expensas taxari, ex dicta reseruāte. idē Bart. in. l. ab executore. in. prin. ff. de appellat. notat nouiores in. l. inter stipulantem. §. i. ff. de verbo. oblig. facit ad id. l. proponebatur. ff. de iudic. Hæc etenim reseruatō fit respectu muneris iudicādi, & non priuata causa: & ob id transit ad futurū iudicem ex successione.

Decimo, ab hac regula & illud procedit, an promittēs obedire iudici, vel eius sententiæ stare, teneatur successori ipsius iudicis obedire, aut sententiæ
à succes-

6 à successore lata omnino parere & stare. & gloss. in cap. i. de his quæ vi metusue causa fiunt. & in. c. ex tenore. de senten. excõmu. asserunt, hunc iuramentum teneri non tantum ipsi iudici obedire, sed etiam successori. notat Abb. in. c. ad hæc. in. 2. de appel. Alberi. Ange. & doct. in. l. cum apud. ff. iudi. solui. quicquid dixerit Franc. in dicto. c. ad hæc. in intellectu dictæ glo. cap. ex tenore. dicēs eam esse ordinariam, & notabilem. Imò idem erit, si iuramentum hoc præstitum sit expresso nomine proprio ipsius iudicis. Abb. in. d. c. i. quod ex omnibus, quæ hastenus adduximus, manifestissimum est. Non obstat. d. l. cum apud. quam Bal. commendat in rubri. de appellat. quæq; probatur stipulationem à Sempronio iudice iudicatum soluēdi, non cõmitti, si non solvatur id, quòd iudex appellationis ab ipso Sempronio propositæ iudicaret. Quia non tam agitur de successore iudicis, quàm de iudice alterius audientia, & prætorij: & præterea ipse Sempronius absolvit, & licet condēnaret, non tamē esset locus stipulationi, nisi tractaretur de ipsius Sempronij sententia executioni mandanda. Barto. Paul. Castren. Angel. & doctor. ibidem. quo fit, vt in hac præfenti quæstione nulla subsit ex illa decisione dubitatio.

Vndecimo, ex hoc tex. Barto. in. l. 2. ff. de reb. dub. infert intellectum ad glo. ibi. quæ dixerat, legatum sacerdoti paræciali censeret relictum ratione ecclesiæ: est enim id verū, si legatum sit ab extraneo, secus verò si ab ipsius

presbyteri cõsanguineo, quòd ibi cæteri docto. concedunt.

7 Duodecimo, eidē rationi accedēs glo. hic. verbo, præsumitur. dixit, legatum relictū prælato, etiam ab extraneo valde tamen amico, prælato ipsi relictum videri & præsumi, occasione ipsius Episcopi, non ecclesiæ. Cui conclusioni consentiunt omnes hic. Nam & amicitia cõsanguinitati similis est, atq; idem affectionis vinculum habet. l. nemo dubitat. ff. de hære. insti. iuncta. l. si pater. C. illo titul. Abba. in capit. final. col. 2. de postu. Abba. & alij in. d. c. quoniam Abbas. Alcia. de præsumpt. regul. 1. præsumpt. 28. Hæc etiam opinionem glo. cõmunem esse fatentur eam secuti Socin. col. penul. & Ludoui. Lusitan. fol. 4. col. 4. in. l. 2. ff. de reb. dubi. quibus addi debet glo. in. l. in testamento. ff. de fideicommiss. libert. quæ singu. est secundum Hippo. in. l. vnica. C. de rap. virgi. numer. 207. latè Andre. Tiraquell. in. l. si vnquam. C. de reuocan. donat. verbo, libertis. numer. 75. Cateli. Cotta in verbo, Amor licitus. Est tamen necessaria amicitia maxima, vt non sufficiat quæuis. gloss. hic. quàm valde cõmendat Barb. in cap. cum. M. de const. nume. 14. notat Alcia. in. l. latè. §. amicos. ff. de verbo. significa.

8 Postremo, ex his deducitur intellectus huius. c. vt legatū relictū Episcopo ab extraneo cõseatur gratia ecclesiæ factū omnino, etiã si expresso tantum nomine proprio Episcopi conceptum sit. glo. hic. verbo, nec est. quam Abb. & alij sequuntur magis commu-

niter,

Caput Requisisti.

niter, tametsi Cardin. eam intelligat, quando vtrunq; nomē fuerit exprefsum: quod non est admittendum. Is etenim, qui cessante affectione amicitia, & consanguinitatis legat Petro, quē scit esse episcopū, censetur ecclesiā ipsam, cui præest, cōsiderasse. Quibus exacte perpēsis, text. hic probat, donationem factam à consanguineo etiā militi, factam cenferi potius ratione sanguinis, quam militia. l. tutor. §. quæ tutoribus. ff. de excusatio. tuto. Nec oberit. l. hæreditate. ff. de castren. pecul. cū in eo casu donatio facta fuerit à cōsanguineo cōmilitone, post cōmilitiū, id est, post initā militiae societate: vnde mirū nō est, si militiae cōtemplatione facta intelligatur, vt explicat Ioan. Corasi. lib. miscell. 2. c. 4.

Glos. in verbo, secus, quærit quare ex legato ecclesiæ relicto quarta portio Episcopo debetur: at ex legato cōtemplatione personæ Episcopo relicto non debetur quarta portio ecclesiæ: qua in re vltima ratio glos. melior est, secundum Abb. col. pe. & idē sentiunt alij docto.

9 Gl. in verbo, nec est, intelligit text. in legato, dicens secus esse in donatione inter viuos, quasi donatio prædicta etiā ab extraneo facta non debeat cēseri facta cōtemplatione ecclesiæ, sed personæ. Et licet hic sit sensus gl. ipse tamen Bernar. inepte mouit quæstionē, quippe qui præmittat magnā amicitiam inter testantem & Episcopum, ac demum dicat aliud esse in legato, quam in donatione, cum præmissa amicitia idē sit in legato, quod

in donatione, vt animaduertit Abb. col. fi. quinimo nec est vera gl. in principali opinione per text. hic ibi donatur: & ideo contrarium probant Hostien Ioan. And. Anto. Imol. numer. 33. & Barb. num. 21. quibus suffragatur cap. sancimus. 12. q. 2. Eadem verò gl. dum opponit contra hunc tex. c. sancimus. & alia iura, est intelligenda, vt dicta iura procedant in dubio, cessantibus argumentis, & coniecturis, ex quibus possit diuersum præsumi, secundum Abb. & communem.

Gl. in verb. a propinquo, dicit quoad decisionem huius. c. cōsanguinitatem ad quartum vsq; gradum considerandam, cuius opinio cōmunis est. vt asserūt Imol. hic num. 38. & Petrus Perusi. in tracta. de quarta canon. episcop. c. 4. q. 3. idē notat glos. in. c. 1. 12. q. 3. & in auth. licentiam. per text. ibi. C. de epif. & cleri. Quis autem non videt si res ista ex cōiecturis tractāda est, fatius esse hoc arbitrio iudicis relinquere? Anto. & Barb. hic num. 24. Sed an ecclesiæ, an prælati hæredibus incumbat probatio affectionis, cōsanguinitatis, & contrariæ qualitatis, tractat Alicia. in. d. præsump. 28. num. 7.

Quæ verò portio ex his legatis quæ ecclesiæ relinquuntur, aut rursus prælato gratia ecclesiæ, cōpetat Episcopo & ecclesiæ, dubium est: sed tamē hæc bona sicuti aliæ res ecclesiæ diuidēda sunt. d. c. sancimus. Abb. hic col. final.

Gl. verbo, quarta, probat presbyterum elicuius ecclesiæ inferioris nō dici de gremio ecclesiæ, quanuis sit ecclesia inferior in ea ciuitate, in qua ad est

est ecclesia superior, & ad hoc ipsum commendat iit. glos. Feli. in. c. sicut. in 2. col. 2. de simo.

10 Ex versiculo ultimo colligitur, legatū relictū canonico alicuius ecclesie, etiam ab extraneo, integre ipsi adquiri, non ecclesie. Aliud tamen dicē dū erit, si legatū relictū sit canonicis alicuius ecclesie, nā id ecclesie adquiri adnotavit Bar. in. l. 2. ff. de reb. dub. ab illo tex. sumēs rationē ex eo q̄ legatum ciuibus ipsi ciuitati relictum censetur. idem Petrus Perusi. in tracta. de quarta canoni. c. 4. vers. Tertio principaliter. hanc etiam opinionem asserit communem esse Barba. cōsi. 1. volu. 4. col. 16. quam defendit Ludo. Lusita. in. l. 2. Sed contrariam sentēciam imo legatum relictū canonicis alicuius ecclesie, ipsi canonicis adquiri, nō ecclesie, probat gl. hic. verbo, nec est. cui similis est in cap. Pontificis. 12. q. 3. quam dicit ordinari. Abb. in. c. 2. col. 3. de decimis. idē in. c. 3. col. 4. de probatio. Et probatur in cap. per exemptionē. de priuil. in. 6. vbi aliud est eximere ecclesiam, aliud eximere canonicos ecclesie. Vnde in hac quæstione legatum relictum canonicis, ipsis competit, non ecclesie, atque hoc ipsum notant Anto. Abb. col. fina. Bar. num. 23. post alios hic. Soci. in. l. 2. qui num. 12. hanc opinionem asserit communem esse: quod etiam fatetur ibi Lusita. col. fin. Nec obstat dicta. l. 2. quia ibidem ab ipsis ciuibus tota ciuitas repræsentatur: à canonicis verò non repræsentatur ecclesia, sed simul & à prælato, & ab alijs clericis.

Hæc tamē opinio cōmunis est ita intelligenda, vt ipsi collegio canonicorū acquiratur hoc legatū, non canonicis, vt singulis. idem sensit Barb. hic, cui adhæret Felin. in. c. auditis. de præscrip. num. 24. Abb. & Cardina. hic. q. 10. licet Soci. in. d. l. 2. col. penult. post alios, quos ipse refert, tenere velit, hoc legatum censeri relictum canonicis, vt singulis: quòd plurimū refert, nam relictum legatū canonicis, vt singulis, inter canonicos ex æquo diuiditur, nulla cōsiderata distinctiōne qualitatū: at legatum collegio canonicorum est diuidendum eo pacto quo cætera ipsius collegij bona diuidi solent, & plus vni canonico quam alteri datur, habito respectu ordinis sacri, antiquitatis, alteriusue qualitatis cuiusque ex statutis ipsius ecclesie considerandæ. Imol. hic nu. 36. Cōuenit deniq; inter Abb. Cardi. & Imol. ex hoc legato deberi quartam canonicam portionem Episcopo.

EX CAPITE
Rainuntius.

- 1 Filius ius præteritus, etiam inserta præteritionis causa, habet ius dicendi nullum testamentum patris.
- 2 Intellectus. l. 3. C. de liber. præterit.
- 3 Filius emancipatus causa inserta præteritus non dicit nullum testamentum patris: sed habet contra id bonorum possessionem contra tabulas.
- 4 Filius emancipatus præteritus nulla inserta causa habet ius dicendi nullum.
- 5 Differentia emancipationis, & suitatis, an hodie duret factò testamento.
- 6 Filius exheredatus nulla causa inserta habet ius dicendi nullum testamentum patris.
- 7 Ingratitudinis causa non repellit filium a successione patris intestati, & ibi quid de fratre.

Caput Rainuntius.

- 8 *Filio præterito inserta causa præteritionis, si causa probetur, vires recipit testamentum.*
- 9 *Filius an possit patriam defendens, patri violētās manus inferre.*
- 10 *Filius uxorem patris percutiens, an possit exheredari.*
- 11 *Filius patrem accusans publico iudicio ex heredari potest.*
- 12 *Filius veneficus exheredari potest.*
- 13 *Insidiari parentum vitā iustam præbet exheredationi causam.*
- 14 *Filius accedens carnaliter ad uxorem, aut patris concubinam exheredari iuste potest.*
- 15 *Filia meretrix à patre exheredari potest.*
- 16 *Filius exheredari potest ex alijs causis, quæ similes sint expressis in iure.*
- 17 *Exheredatio iusta causa facta an tollatur ex amicitia postmodum inter patrem, & filium contracta.*
- 18 *Ingratitudo an remittatur poenitentia filij.*
- 19 *Punitio criminis mixtiformi facta ab ecclesiastico iudice, nō impedit punitionē iudicis secularis.*
- 20 *Ingratitudo an sit remissa religionis professione.*
- 21 *Intellectus ad Regiam legem. 49. Tauri.*
- 22 *Abdicatio quid sit.*
- 23 *Vocoma legis capita, & ibi defensio aliquantulum Theophilus ab Alciati censura.*
- 24 *Fœmina an iuste excludantur à successione parentum, in regnis, atq; primogenijs.*

CAPVT RAINUNTIVS.



NON diffiteor, candide lector, huius constitutionis intellectum ita passim apud iuris civilis interpretes tractari, vt noster hic labor minimè necessarius quibusdam videri possit: & id maximè postquam strenuo conatu, summaq; diligētia Guilielmus Benedictus multæ lectionis, ac in praxi peritissimus vir hoc mun⁹ assumpsit. Verū enim uero cum multa sint, quæ adhuc dubia censeantur, vel saltem cō-

pendio & summa indigeāt, nō potuimus huius respōsi interpretationem omittere, in qua illud conabimur efficere, vt quæ sese obtulerint ad certū, vel ex aliorum iuris vtriusq; doctorū placitis, iudicium, & examen ducantur: sic sanè fiet omnino inutilis nostra hæc capitis celebratissimi relectio.

Primum, Rainuntij testamēto illud opponitur, quòd filias proprias hæredestestamento non instituerit. Iure etenim civili legitima portio filijs debetur in bonis parentum, & est eis titulo institutionis relinquenda, vt probat Nouella Iustiniani. 115. in authentic. vt cum de appella. cognof. §. aliud quoque capitulum. collatio. 8. glo. communiter recepta in authent. nouissima. C. de in officio. testament. vbi omnes in hanc sentētiā conuenire testatur Ias. colum. 4. siquidem filius suus, aut est instituendus, aut exheredandus. in princ. inst. de exhære. libero. l. filius familias. ff. de lib. & posthum. l. maximum vitium. C. de liber. præter. Quòd si filius suus præteritus sit, habet ius dicendi nullum testamētum patris. l. inter cætera. ff. de libe. & posthum. l. 1. & l. filio præterito. ff. de iniust. rup. Regia. l. 1. titul. 8. part. 6. etiā si præteritus sit inserta præteritionis causa. Barto. in authenti. ex causa. nu. 11. C. de libe. præter. glos. in authent. de hæred. & Fal. §. exheredatos. collat. 1. verbo, noluit, quæ singa. est, secundū Alexan. in authent. non licet. C. de lib. præter. col. 4. & Ias. in d. authent. ex causa. num. 8. & eundem in. l. in arenam. col. 2. C. de in offi. testa. dicentem vtrouerbique

bique hanc esse cōmunem opinionē. idem asserunt Soci. Ioan. Crot. fol. 8. colū. 1. & Galiau. num. 45. in. l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de libe. & posthum. cui opinioni & plæriq; alij Docto. accedunt in. d. authē. ex causa. vbi Curti. Iunior. num. 36. dicit eam cōmunē. & probatur ea ratione, quod in prædicto. §. aliud quoq; capitulum. dum filij institutio, aut exhæredatio requiritur, manifeste discrimē fiat inter præteritionem, & exhæredationē causa adiecta facta. idem notat Bart. in. l. 1. in princ. ff. si à paren. quis sue. manumi. idem in. d. l. filio præterito. num. 19. & ibi Imol. nume. 59. quibus omnibus refragatur textus egregius in. l. 3. C. de libe. præte. Si quis, inquit, filium propriū ita exhæredauerit, ille filius meus alienus meæ substantiæ fiat, talis filius ex huiusmodi verborū cōceptione non præteritus, sed exhæredatus intelligatur. Cum enim manifestissimus est sensus testatoris, verborum interpretatio nunquā tantum valet, vt melior sensu existat. Hactenus verba legis. Nec oberit dicere illa verba. Alienus meæ substantiæ fiat, esse propria exhæredationis: nā cur obsecro illa magis exhæredationē inducūt quam hæc, Filium meum nō instituo aut filium meū Sempronium prætereo, quia me verberauit, nōne & ista manifeste, nisi quis ex professo peruerat intellectū, exhæredationē demonstrant: quam obrem cōis opinio corruit, & potissimū euertitur ab ipsa Nouella constitutione, quæ vetat, patrē filios præterire, & exhæredare, nisi cau-

sa legitima adiecta sit. Igitur ex causa expressa facta præteritio admittenda erit. Constat ergo paria esse filium exhæredari, & præteriri inserta causa legitima, quod aduersus cōmunē probant Areti. in. d. §. & quid si tantum. nu. 20. & Crot. ibi. fol. 8. vbi alias rationes adducūt, ex quibus dubia redditur communis opinio, quæ procedet, quando pater nulla facta mētionē institutionis, nec exhæredationis, adiecta causa filiū præterisset per verba exhæredationē minime significanti hac forma, Sēpronio filio meo lego cētum tantum, quia me verberauit: tunc etenim hæc præteritio, non exhæredatio censetur. text. vbi Bart. post glo. ibi. in. l. qui me volebat. ff. de hæred. insti. nec oberit ratio, quā pro Aret. adduximus ex. §. aliud quoque: quia ille tex. est intelligendus in præteritione quæ ita cum causa fiat, vt etiā in patre exhæredationē inducat: qualis est illa, Sempronium filium meū non instituo hæredem, aut prætereo, quia me verberauit, quid enim refert his, an verbis alijs exhæredatio fiat: quod in. d. l. probatur. 3. & ita communem intelligunt Ioan. Igneus in auth. ex causa. C. de libe. præte. num. 74. & Viglius in. §. emancipatos. insti. de exhæred. li. num. 4. nam & institutio hæredis fieri debet nominatim, & tamē constat æquipollentibus verbis posse quē hæredē institui, nempe his verbis, Titius hæreditatis meæ dominus esto. l. his verbis. ff. de hæred. insti. aut Sempronius sit bonorum omnium dominus. §. cæterum. insti. de milit. te

De testa. N stamen.

Caput Rainuntius.

stament. Regia. l. 6. titul. 3. part. 6. Sic etiam exheredatio non est necessario ita superstitiosis verbis concipienda: quin & valeat hac forma concepta, Non instituo filium meum heredem quia me verberavit, aut prætereo filiū meum: quo fit, vt communis opinio non sit omnino tuta.

3 Filius verò emancipatus præteritus inserta causa, nō dicit nullū patris testamētum, sed agit contra id ex bonorum possessione contra tabulas. gloss. in dict. §. exheredatos. Barto. & communiter alij doctor. qui præcedenti opinioni consenserunt. Quod si præteritio causa inserta facta vim exheredationis habet, sicuti conantur Aret. & alij probare, competet huic filio querela inofficiosi testamenti, ex his, quæ in præcedenti quæstione diximus, nō bonorum possessio contra tabulas.

4 Filius tamen emancipatus præteritus nulla adiecta causa ius habet dicendi nullum etiam hodie, in quo à suo non differt: cum pro forma testamenti requiratur expressio causæ. text. in dict. §. aliud quoque capitulum. & licet huius rei sit diligēs disputatio apud Ias. in. l. final. C. vnde legitimi. numer. 8. Ioan. Igneus in dicta authent. ex causa. numer. 60. & ibi Curti. numer. 44. Hæc deniq; est communis sententia secundum Ias. & Curti. idem fatetur Vigli. in. d. §. emancipatos. 2. colum. & idem in princip. de inoffi. testament. 2. col. ab ea tamē dissentiens. Sed eam Bart. asseruit in dict. authen. ex causa. num. 12. & in. d. l. filio præterito. num. 19. post gloss. illam celebrem indicto

§. exheredatos. Ex quibus, si frequentissimo omnium iudicio stādum est, constat intellectus ad gloss. in. l. si emancipati. C. de collat. & in. d. authent. ex causa. quas vbiq; docto. approbant & maxime in. d. §. & quid si tatum. dicentes, ex testamēto adhuc hodie esse discrimen inter suos, & emancipatos, quoad auxilia & remedia aduersus parentum testamēta, licet ab intestato sublata sit differentia hæc. tex. in. §. nullam. in. auth. de hered. ab intest. vt hæc opinio procedat quando fit præteritio inserta causa, nam si ea non fuerit inserta præteritioni, nulla est hodie dāda differentia inter suos, & emancipatos: si quidem vtriusq; cōpetit ius dicendi nullum: ex quo maxime extēditur decisio. l. maximū vitii. C. de lib. præ. §. sancimus. ex qua si singula singulis referantur, ius dicendi nullum conuenit suis præteritis, bonorum possessio contra tabulas emancipatis, aduersus communem. Si verò vtrunq; auxiliū ibidem expressum admixtim intelligatur, communi sententiæ suffragatur. Nec parui momenti est existimanda præcedens resolutio, cum bonorū possessio contra tabulas vno anno expiret. l. i. §. largius. ff. de succe. edic. ius dicēdi nullum triginta annis, vt notatur in. l. licet. C. de iure delib. Querela vero ad quinquennium tantum extendatur. l. si autem. ff. de inoffi. testament.

6 Verum, si filius sit simpliciter exheredatus causa ingratiitudinis non expressa, quæ legitima sit, posse dicere nullum testamentum, plariq; probāt

ex

ex.d.§.aliud quoq; capitulum. quo requiritur ad exhæredationem pro forma expressio causæ legitimæ. Vnde si hæc causæ adiectio deficiat, testamentum erit nullum, non tantum ex præteritione, sed & exhæredatione. idem probatur in authen. non licet. C. de libe. præ. vbi duo necessaria sunt vt testamentum valeat, exhæredatio quidē & expressio causæ. notant Aret. & alij in. d. authē. non licet. Bart. in. d. authē. ex causa. nu. 12. vbi Curti. nu. 42. dicit hæc opinionem esse cōmunem. Barto. in. d. l. filio præterito. nume. 19. Areti. dicens hanc communem in. l. 1. col. 3. ff. ist. titu. ac cæteri Docto. in. d. authen. ex causa. passim idem approbant, & fatentur, idem probātes post Barto. in emancipatis filijs, tamen si in querela differat emācipatus à suo, cū emancipato querela inofficiosi testamenti nō competat, nisi præuia bonorum possessione causa litis agnoscendæ. etiam iure nouissimo. secundum communem in. l. fi. C. vnde legit. & in l. 2. C. de inoffi. testa. vbi fit mentio huius bonorum possessionis, & in. l. Papinianus. §. 1. ff. de inoffi. testa. quam præ cæteris nouiter explicat Viglius in. §. tam autem. institui. de inofficioso testamento. meminit & Alciat. libro 8. parerg. cap. 24. nec mirū hoc discrimē videri debet inter suos, & emancipatos, cū ex testamento causa expressa maneat adhuc dictinctio emācipati à suo, sicuti superius ostendimus.

Displicet tamē quibusdam id quod paulo ante diximus, nempe filium exhæredatū nulla causa expressa, habe-

re ius dicendi nullum, non querelam ea ratione, quod iure antiquo exhæredatis, etiam suis non competeat ius dicēdi nullum, sed querela, vt cōstat: & id ius non corrigitur in Iustiniani Nouella, igitur querela etiam hodie locum habet, non ius dicendi nullū. Nouella etenim constitutio, cui communis opinio innititur, id tantum dicitat nō posse filios à parētibus exhæredari, nisi ex causa ingratitude, intelligi sane potest, vt non possit filius exhæredari, quin habet locum aduersus testamentum querela: vnde ex his verbis, quæ hūc sensum recipere possunt, non est ita facile admittenda correctio. Et ideo maxime quod in eadē Nouella. §. sin autē hæc obseruata nō fuerint, in Græco & Latino Codice sunt verba, quæ ostendunt, testamentum potius esse rescindendum, quam ipso iure nullum. Nec Iustinianus eadem constitutionem sanxit, vt nouiter statuerit præteritum filium, vel exhæredatum sine causa, posse ex ea dicere nullum testamentum patris: sed vt causas ingratitude speciatim exprimeret, ac cætera contenta in testamento resciso, aut irrito ex causa exhæredationis, aut præteritionis, præter ipsam hæredis institutionē, firma esse sanciret. Ergo sicuti iure antiquo filius exhæredatus causa non expressa habebat querelam, ita & hodie eā habet, non ius dicendi nullum, quod aduersus communem asserunt Imol. post glo. ibi. in. l. 1. col. 2. ff. ist. titu. Viglius in princi. insti. de inoffi. testamē. 2. col. & Ioan. Igneus in dicta authen.

De testa. N 2 ex causa

Caput Rainuntius.

ex causa. num. 73. & precedenti, & nume. 24. Sed communi opinioni plurimum suffragantur Regiæ leges, vna quæ. 10. est. tit. 7. altera. 4. tit. 8. parti. 6. nisi dixeris in his legibus tantū id probari, querelæ locū esse omnino facta exhæredatione, & probata causa ingratitude, quæ tamē à testatore nominata nō fuerit: quod Imol. & sequaces minime negant,

7 Cæterum, querela proposita, & ex ea resciso testamento, eo quod causa ingratitude nominata non fuerit à testatore, poterit filius exhæredatus, agens ex intestati causa ad patris hæreditatē, repellere exceptione ingratitude obiecta & ipsa ingratitude probata. Ang. in authent. de nuptijs. §. ingratitude, per illū textum, dicens successores ab intestato repellere ex causa ingratitude aduersus testantem, vel defunctum commissa. ad idē facit l. 3. §. vlti. ff. de adimend. legat. vbi legatum censetur ademptum tacita voluntate testantis, si legatarius post testamentum sit factus inimicus testatori. Angel. opinionem sequuntur Ias. in l. cum mota. num. 17. de trāfact. idem in authent. ex causa. colum. 3. & in authent. non licet. colum. pen. C. de lib. præte. Corse. in singul. verbo, ingratitude. Hæc tamen opinio Ange. falsa est manifeste, ex. d. §. aliud quoq; capitulum, qui ad excludendum filium à patris hæreditate exigit duo simul, causam ingratitude à patre in hæredatione nominari, & eam probari, atque idē Regiæ leges paulo ante adductæ expressim statuerunt: igitur non

erit satis ingratitude à filio commissam esse, nisi pater ob eam in testamento ipsum filium exhæredet, id etiam probatur in. l. fi. C. de reuo. donatio. & c. fin. de dona. quibus conuenit Regia. l. pe. titul. 4. part. 5. donatio etenim ob ingratitude non reuocatur ab hærede donatoris. Est denique aduersus Ange. insigni text. in. l. omni modo. C. de inoffi. test. & in. l. in arenā. C. eo titul. vbi. Ias. ab illo text. Angel. reprobatur in hac assertionem, à qua discedunt Are. in. l. 3. §. filius. 2. colum. ff. de libe. & posthu. Imol. in. l. filio præterito. nume. 31. atq; idem sensit Barto. ibi. num. 18. ff. de iniust. rup. idem Barto. in dict. authent. ex causa. nu. 12. expressius Alex. col. pe. & Curti. Iunior numer. 17. in. d. authent. non licet. & Ripa in. l. fin. q. 47. C. de reuo. dona. Non obstat. l. 3. §. fina. ff. de adimend. leg. quia procedit in ademptione legatorum, quæ tacita voluntate, & præsumpta fit: cum ab eodem testamento, legata ex voluntate, ad mortē vsq; reuocabili, processerint: hic vero agitur de tollenda hæreditate, quæ à lege defertur: quæ quidem solutio locum habet eo magis, quæ legata nuda quadam voluntate adimi possunt, & facilius quam hæreditas. Item non probatur Angeli opinionem tex. in. d. §. ingratitude, ex quo frater ingratitude causa excluditur à fratris successione: sed ille tex. locum sibi vendicat in successione quadam, quæ fratri iure quodam speciali defertur ab illa constitutione, nempe quando frater admittitur ad successione integrā bono-

bonorum, quæ frater defunctus à patre habuit, matre secundo nupta exclusa ab eorum bonorum proprietate, non autem in successione, quæ iure ordinario competit fratri in bonis intestati fratris: à qua non excludit ex ingratitudine, ut ipse Areti. advertit, & notant Bar. & Doct. cõiter in l. fratres. C. de inoffi. testam. atq; ita hanc opinionem cõtra Ange. existimat cõmunẽ esse Ioã. à Garro. in auth. ex testa. C. de secũ. nup. nu. 40. licet sit ipse hac in re dubius. Verũ & hoc ipsum probat tex. optimus in l. cognatis. ff. vnde cognat. ipse Angel. parũ sibi constans hoc idem approbat in l. 1. ff. de test. inoffi. & ibi Iaco. reprobates glos. in d. §. ingratitudinem, quæ cõtrariũ dixerat. sic Imol. in c. vlt. de postulando. gl. ibi improbat, quæ similis est gl. in d. §. ingratitudinem, quavis vtraq; sit digna cõmendatione, leges vero Regiæ Partitarum maxime coadiuvant hanc sententiam, quam aduersus Angel. probamus, atq; eas quidẽ leges paulo superius induximus.

8 Sed & si causa ingratitudinis à parente expressa probetur vera, querela effectum non habebit, ut communi omnium cõsensu concessum est in dicta. l. filio pater. & in dicta. authent. ex causa. Imo filio suo præterito causa inserta ipsius ingratitudinis vires assumit testamentum, si causa illa vere probetur. Angel. in dicta authent. nõ licet. Barto. numer. 12. Paul. Saly. Ias. colum. 3. Curti. Iunior numer. 39. in dicta authent. ex causa, à qua opinio non est recedendum in praxi, secũ

dum Iacobi. in dicta authent. non licet. in fine quam etiam sequitur Galiau. in dicto. §. & quid sit tantum. nume. 46. Nam quavis ob præteritionem testamentum sit nullum, tamen nihilominus causa in præteritione expressa si probetur, operabitur hũc effectum, ut testamẽtum vires accipiat. Sed si vera est illa communis opinio, quæ dicitur, testamentum, in quo filius in potestate sit præteritus, etiam inserta causa, esse nullum ipso iure, quod superius tractauimus, minime arbitrabitur posse opinionem Angel. defendi: & ita eam reprobat Alexan. in d. authent. non licet. colum. pe. & si. parum etenim, prodest probatio causæ ingratitudinis, si nec præteritio inserta etiam causa illa, nõ habet vim exheredationis, cũ ipse filius nec fuerit institutus, nec ut debuit exheredatus: & probatio causæ tunc demum operatur, quãdo exhereditio præcessit. Sic & Corne. in d. authent. ex causa. nu. 28. tenet aduersus Angel. dicẽs esse opinionem Angeli contra communem: quod etiam sensit Curti. Iunior in d. authent. non licet. numer. 15. quinimo Angelo aduersatur Bart. in dicta authent. ex causa. nume. 12. versi. ex prædictis, dũ dicit text. in d. §. aliud quoque capitulum, procedere in præteritione materna, aut paterna, filij tamen emancipati, quasi dicat, in præteritione filij sui parum refer, causam exprimi, & probari. Quod si vera est sententia Are. dicẽtis, præteritionem filij familias expressa causa factam, ceteri exheredationẽ, absque dubio An

Caput Rainuntius.

geli opinio admittenda erit.

Causas vero ingratitude diligētissime expressit Iustinianus in dict. §. aliud quoq; capitulum glo. in. c. quin rauallis. de iureiuran. Regiæ leges. 4. §. 6. & 7. ti. 7. par. 6. Carol. Mol. in consue. Pari. titul. 1. §. 30. q. 37. quarum aliquot breui quadam adnotatione explicabimus: quādoquidem locus hic exposcit iure optimo tractatū de filiis instituendis, & exheredādis, deq; eorum legitima successione.

Prima igitur à Iustiniano exprimitur, quando filius manus violentas intulit parentibus. Dignus etenim est, vt à patre exheredetur. Nam & Exodi. c. 21. scribitur, qui percusserit patrē suum aut matrem, morte moriatur. Erit tamen hoc intelligendum, nisi filius patrē percusserit, seipsum defendens, quia percussor non est qui se defendendo percusserit alium. l. qui percussorem. ff. de sicar. notat in hac specie Ripa in. l. fina. C. de reuo. donat. q. 19. & Gerar. singul. 2. atque idem erit, si filius patrem percusserit defendens ipsam patriā. l. minime. ff. de relig. & sumpt. fune. Abbas in capit. peruenit. de immunita. ecclesi. Ripa in. d. l. fina. q. 23. Deci. in cap. quæ in ecclesiarum. numer. 14. de const. Fortu. in. l. veluti. ff. de iusti. & iure. colum. 9. Si quidem patriæ potius subueniendum est, quā parenti in pari periculo, & necessitate, vti Nostrates tradunt in. d. l. veluti. ff. de iusti. & iu. & potissimum Fortu. ibi col. penul. & si. idem admonet Platon in Critone, cuius & aliorum in hac rem pulchra verba cōgessit Stobæus

sermone. 37. optimustex. in. l. prima. §. & generaliter. ff. de ventre in poss. mitten. dum dixit. Qui & si non tantum parenti, cuius esse dicitur, verum etiam reipublicæ nascitur. Sic & Cicero. libr. 1. officiorum inquit. Non nobis solum nati sumus, ortusq; nostri partē patria vendicat. Ex Platone in Epistola ad Archytam. & Demosthenem in oratione de corona. ad idem insignis text. in. l. postliminiū. §. filius. ff. de capt. & postlimi. reuer. & in. d. §. aliud quoque. versi. si quis parētibus. idem Cice. Philippica. 2. Atrocius, inquit, est patriæ parētem, quam suum occidere. idem Cicero. lib. 3. de officijs scribit in hūc modum. Ad extremū, si ad perniciē patriæ res spectauit, patriæ salutem anteponet filius saluti patris. Meminit & Plutarchus in Parallelis. c. 23. & sequenti. Darij, Bruti, & aliorum, qui ob tutelam patriæ filios proprios occiderunt. Non sic opinor à filio posse patrem bannitum, vt nūc loquimur occidi: quod aduersus Bar. Fortu. in dicta. l. veluti. probat, & nos tradidimus in Epitome. 2. par. cap. 7. §. 7. num. 5.

10 Eadē ingratitude ratio fere deducitur ex eo, quod filius nouercam uxorem patris percusserit, aut saltem ratione grauis iniuriæ, quæ patri à filio infertur ex hoc crimine. l. 1. §. item. & §. vsq; adeo. ff. de iniur. notat eleganter Ripa in. d. l. fin. q. 18.

11 Secūda ingratitude causa apparet ex eo, quod filius patrē accusauerit publico iudicio de crimine quod nō sit cōtra Principē, aut rēp. licet pater ve-

ter vere crimen commiserit. tex. in. d. §. aliud quoque. quod locū habet, si ex ea accusatione pater esset puniendus pœna mortis, exilij, vel infamiae. Regia. l. 4. tit. 7. part. 6. & idem erit in pœna amissionis membri. l. 2. tit. 9. lib. 3. Fori, atque in alia corporali pœna: argumento deducto à. l. 8. Tau. Est igitur hæc causa intelligenda in crimine quo probato, pater aliqua harū pœnarum dignus esset. Imo si in his criminibus filius aduersus patrem sponte, non coactus dixerit testimonium, idem erit ex gloss. in cap. veniens in. 2. de testi. tex. in. l. qui cum maior. §. sed si nō accusauerit. ff. de bonis liber. Barto. post gloss. ibi in. l. post legatum. §. his vero. ff. de his qui. vt indig. Rip. in dicta. l. fina. quæstione octaua. vbi. q. 9. idem asserit, si filius fuerit aduocatus cōtra patrem in hisce criminibus. gloss. in ca. 1. §. item si delator. quæ fuerit prima caus. benef. amit. in feudis. aut si filius iudex in eisdē criminibus per imperitiam iniquam sententiā aduersus parentes tulerit, cum posset peritiores consulere, idem Ripa. q. 10.

12 Tertia causa sufficiens est, si filius cū veneficis vt veneficus cōuersetur. ita docet text. in. §. aliud quoq;. Regia. l. 4. titu. 7. part. 6. intellige vero veneficos non quoscunq;, sed eos, qui incantationes, & magicam artem exercent perniciose. vt docet Carol. Mol. in cōsuetu. Parisien. tit. 1. §. 30. q. 37. Ego vero ex Græca nouellarum litera, non tantum incantatores, qui malefici appellantur, intelligo, sed & veneficos, qui veneficia cōficiunt, eaque artem

exercēt. Cui sensui dicta Regia lex ad stipulatur, quæ incantatores, & veneficos intellexit.

13 Quarta causa ab eadem Nouella hisce verbis exponitur. Si vitæ parentū suorum, vel veneficio, vel alio modo insidiari conatus fuerit: quo in loco illud dubium est, an sit satis, vt locus sit exheredationi, filium venenum passē ad patrē occidendum, non secuto homicidio. Et si venenū patri præbuerit filius, & fecerit quidquid ab eo ad id crimen agendum erat: pater vero deprehenso dolo abstinerit potione, aut ea secuta medicamento venenum abegerit, opinor posse hæredationem procedere, idem etiā arbitror si parato veneno, insidiæ patefiant patrēti, ita vt patris diligentia potius quā pœnitentia filij, mors secuta non sit. l. 1. ff. de parricidi. vbi Barto. singu. secū dum Angel. de maleficijs. §. ex interuallo. Regia. l. 7. titu. 8. & l. 2. titu. 31. parti. 7. l. 50. titu. vlti. & l. 2. titu. 13. libr. 8. ordi. gl. & bald. in. c. 1. verbo ad mortem. de præsump. Abb. in. c. fin. de donatio. Ripa in. d. l. fin. q. 27. l. 3. ff. de sicarijs. Si vero filius parato veneno ante deprehensionem libenter pœnituerit, non poterit vt ingratus exheredari, non enim video hanc pœnitentiā excludi per dicta iura.

14 Quinta causa. Si filius cum vxore patris, aut eius concubina rem habuerit, est intelligenda, quando concubina est vna, & à patre domi retenta, sicuti leges ciuiles accipiūt concubinā. Rip. in. d. l. vlti. q. ii. Regia. l. 4. titu. 7. par. 6. Itē hæc causa locū habet, si filius

Detesta. N4 scienter

Caput Rainuntius.

scienter hoc crimē commiserit. Secus 15
verò si ignorāter, credēs illā fœminā,
cum qua rem habet, non esse nec vxō
rem, nec patris cōcubinam. glos. in. c.
1. quib. mod. feud. ami. per text. ibi. Ge
rar. sing. 2. Nam licet in his, quæ de se
sunt mala & illicita, non sit necesse de
linquentem scire, quæ & qualis pœna
sit pro delicto imposta, vt eidem pœ
næ subijciatur, saltem iure communi
statuta pœna gl. ibi magis communi
ter recepta in. c. á nobis. in. 1. de sentē.
excom. Bart. in. l. 1. col. 8. C. de summa
trinita. vbi Bal. & Ias. 1. lect. col. 5. l. vul
garis. §. si æs. ff. de furt. l. cum. §. pen. ff.
de iniur. tradit Deci. in. c. 2. de constit.
quod alibi tractabimus: tamen igno
rantia qualitatis, quæ aggrauat præ
terius commune ipsum delictum, à
pœna illius qualitatis causa statuta ex
cusat capitul. si vero. in. 2. de sententi.
excommuni. explicat optimè Caro
lus. d. §. 30. q. 41.

Sexto, Filius iuste exhæres à patre
fit, si ex delatione filij pater graue
dispendium in patrimonio sustinue
rit. Quantū verò hoc dispendium esse
debeat, iudicis arbitrio relinquitur. l.
1. §. 1. ff. de iure de lib. c. de causis. de of
fic. de leg. Rip. in. d. l. fi. q. 24.

Septima ingratiudinis causa con
stat, si filius parentem volentem testa
ri omnino impediat, quod in dicto. §.
aliud quoq; longius exponitur. & Re
gia. l. 4. tit. 7. par. 6. Quod si filius pa
tre viuēte paciscatur de hæreditate pa
tris, eo non consentiente, non pote
rit ex hac causa exhæredari. Purpu. in
l. fi. C. de pact. nu. 18.

Octauū, quod causam iustam ex
hæredationi præbet, in filia contingit,
si ea, patre nondū negligente eam ma
rito tradere, cū adhuc viginti quinque
annorum ætatem nō excesserit, luxu
riosam vitam elegerit, ita vt meretrix
fiat. Regia. l. 5. titu. 7. part. 6. quæ sic in
terpretatur Iustiniani verba. Et quan
uis pater viuens luxuriose possit hac
exhæredatione vtī, Fulgo. in authent.
sed si post. & Ias. in. l. in arenam. C. de
inoff. testa. mater tamen meretrix filiā
itidem meretricē exhæredare nō po
terit. Bart. Bal. & docto. communiter
in. d. l. in arenā. De filia vero, quæ abs
que parentum consensu nupsit, an ex
hæredari possit. Item de Regia lege.
49. Tau. hic minimè tractamus: quip
pe qui in Epito. quarti libri Decreta
lium id explicuimus.

16 Alias verò causas missas facimus,
quod in ipsa Iustiniani Nouella, & le
gibus Regijs satis expressim tradan
tur. Potest sanè & exhæredatio permit
ti ex causis non expressis in dictis con
stitutionibus, si tamē maiores, & gra
uiores sint. Angel. in. l. lex Cornelia.
ff. de iniuri. Hippo. sing. 78. Ioā. Lupi.
in rubr. de donatio. §. 16. num. 10. & in
cap. per vestras. 3. notabi. §. 20. numer.
15. & hæc est communis opinio in au
thenti. non licet. C. de libe. præte. Imo
& ex similibus causis Guili. à Cune. in
authenti. ex causa. C. de lib. præte. vbi
Ias. col. 3. & Curti. num. 23. dicūt hanc
opinionem comunē. idem fatetur
Rip. in. d. l. fin. q. 41. eam secutus. idem
notat Feli. in. c. pastoralis. de rescript.
col. 1. & Guiliel. Bene. hic verb. in eo
dem

dem testamento. 2. nu. 19. eandem opinionem communem esse profitetur Emman. à Costa Lusita. in. §. & quid si tantum. 3. par. nu. 175. diligentius ceteris eam defendens.

17 Illud hic notādū est, facto testamēto, & filio ex iusta causa exhæredato, si filius redierit in gratiam patris, & in eius amicitiam fuerit receptus, an sit exhæredatio reuocata, & Bar. per tex. ibi sensit reuocatā esse exhæredationē in. l. 3. §. si. cum. l. seq. ff. de adimē. lega. Ias. in. d. authen. nō licet. ad finē. Quibus obstat. l. filio quē pater. ff. de lib. & posthu. vbi Aret. Bar. reprobat col. 1. Curri. Iunior in. d. auth. nō licet. nu. 8. Gerar. singu. 3. nam si exhæredatio cēseretur extincta, filius maneret præteritus, essetq; testamentū nullū: quod minime conuenit parentis volūtati, vt adnotarunt Pau. Imol. & Alexā. in. d. l. filio. ex quo cessat ratio Barto. nec potest eius opinio procedere: q̄ etiam ostendit Roderi. Sua. in. l. 2. tit. de matrimonijs. lib. Fori. versic. vltorius. vbi late probat, aliud esse, quādo ante exhæredationē redisset filius in amicitia patris: tunc etenim nō potuit sequi exhæredatio, quia iam tacitē pater remisit ingratitude culpā. l. in ipsius. C. fami. hercis. l. Lucius Titius. §. Lucius. iuncta glōf. ff. de legat. 2. idem in hac specie asserunt Lancel. & Purpur. in. l. fina. C. de pact. numi. 145. licet dissentiat ab hac sententia Curtius in dicta authen. non licet. num. 8. posset tamē opinio Bar. procedere in expressa remissione ingratitude facta a patre: sicuti Regia lex probat. 2. titulo. 9.

libr. 3. Fori. Imol. Carol. Moli. in Alexan. consi. 159. libr. 7. conatur Bar. opinionem defendere, intelligēs. l. Filio. in exhæredatione, quæ alias quā ex iniuria patri illata facta fuerit, eū legito.

18 Item, illud est animaduertēdum, ingratitude commissam tolli, nec causam præbere exhæredationi, si filius pœnitentiam illius criminis egerit. ex cap. ferrum. 50. distinctio. notat in specie Antoni. Abb. in cap. quintaualis. colum. 2. de iureiuran. Alexan. in. l. 1. nume. 33. ff. soluto matrimonio. Ias. in dicta. l. in arenam. colum. final. & in dicta authent. non licet. columna. 1. Rodericus Suarez in dicta. l. 2. versic. vltorius. quorum opinio communis est, vt asserit Catelli. Cotta. dictione filiusfamilias. à qua tandem recedit Felinus in capit. Rodolphus. de rescriptis. colum. 3. & Curt. Iunior in dicta authent. non licet. colum. 1. quibus suffragatur ratio illa, quod pœnitentia criminis, tantum in foro animæ operatur delicti remissionem, nō autem tollit exterioris iudicij pœnā, nec ius accusandi illud crimē in foro exteriori. gloss. communiter & merito recepta in capitu. de his. de accusatio. tendunt enim pœnitentia, & criminis pœna ad diuersos effectus. cap. vt famæ. de senten. ex cōmuni. l. licitatio. §. quod illicite. ff. de publica. l. si ita vulneratus. ff. ad legem Aquiliam. etiam si pœnitentia interioris iudicij publica sit. Abb. Mari. Areti. & Felin. in dicto capitul. de his. Antoni. Burg. in capitu. 2. num. 6. de emptio. contra Antoni. & Imol. post Hostien. in cap.

Caput Rainuntius.

tua. de procurat. Anani. in dict. capit. de his. vbi glos. videtur hoc sensisse, & Hippo. singul. 639.

19 Est etiam & alia hac in re consideratio: siquidē pœna in ecclesiastico foro exteriori pro crimine mixti fori imposita, si condigna tanto sceleri non est, minimè impedit, quin ciuilis iudex iterū possit illud crimen punire. tex. in. c. 2. de maledi. & in. cap. foelicis. §. per hoc. de pœnis. in. 6. quem dicit singu. Abb. in dict. capit. de his. commendat idem Abb. in. d. cap. tua. col. penul. Bald. per tex. ibi in. l. placet. C. de sacros. eccle. Ancha. in reg. ea quæ. fol. pe. de reg. iur. in. 6. Aret. & Feli. in dict. c. de his. vlti. col. pulchrè Bal. cō si. 260. volum. 3. Are. consi. 58. dubio. 2. quorum opinio communis est, & in praxi seruanda secundum alciat. in capitu. 1. de offic. ordina. in gloss. vltima. vbi Anto. & Abb. idem tenent Ioan. Andre. Domin. Franc. in dicto. §. per hoc. Igitur non tollit iniuriam patri illatam, eiusq; satisfactionem pœnitentia filij, cū illa fiat in interiori foro respectu iniuriæ, quæ diuinam maiestata læsit. Posset nihilominus prior opinio procedere, quando causa exhæredationis non cōcernit directe iniuriã patris: sicuti vitium arenarij, meretricium, & similia, ex distinctione Bart. in. l. qui ea mēte. ff. de fur. notat in hac specie Ripa in. l. final. C. de reuoca. donatio. q. 67. Regia. l. 7. titul. 7. partit. 6. quod comprobatur ex his, quæ statim subiiciam.

20 Proximæ quæstioni & illa accedit, an causa ingratiitudinis per ingressum

religionis tollatur: ita vt filius monachus ante professionem parēti ingratiissimus nō possit post professionem à patre exhæredari: qua in re Gratianus scripsit, vitiū ingratiitudinis professione religionis omnino excludi, nec posse filiū monachum à patre exhæredari ex causa ingratiitudinis commissæ ante professionē: q̄ probat Nouella cōstitutione satis ad id expressa. 19. q. 3. c. vlt. dixit singul. Roma. singu. 476. Campe. de dote. 1. part. q. 47. cōmendat Feli. in. c. Rodolphus. colū. 3. de rescript. gloss. in. l. Deo nobis. C. de episc. & cleri. Chass. consue. Burg. rubri. 1. §. 5. versic. Archidiaconus. num. 102. Abb. consi. 27. vol. 2. Sed huic sententiæ manifestissimè obstat tex. in. d. l. Deo nobis. §. 1. quo prohibetur, patrē exhæredare filium ex ea sola causa, quod religionem profiteatur: igitur si alia adsit causa, poterit pater filium monachum exhæredare. quod las. concedit in dicta authen. non licet. num. 4. & gloss. in authent. de monachis. in prin. dicens text. in. d. c. vlti. iure canonico procedere. Bald. verò in d. l. Deo nobis. primā opinionem intelligit, in causa & vitio, quod directe ipsum tantum filium concernit: si autem patris personā directe causa spectet, aut læserit, non tollitur, secundum eum, professione religionis. idē Aret. in. l. 3. §. 1. col. pe. ff. de lib. & posthu. Curti. Junior in dict. authen. nō licet. col. 2. atq; hæc distinctio eo magis admittenda erit, quod Nouella per Gratianum adducta non extat, autore Alciato in libro. 4. parerg. cap. 23. ipsiusque

que Gratiani scripta eatenus sunt recipienda, quatenus apud auctores reperitur, quos ipse adducit: sicuti Iunio restradunt in capit. 2. de rescrip. Ceterum Gratianus, vir summe doctus, ac diligentissimus, minimeque mendax, ab hac iniuria vindicandus est: si quidem immerito ab Alciato suspectus in monachorum causa censetur: cum apud Constantinum Harmenopulum. lib. 5. Epit. tit. 9. extet Iustiniiani Nouella. 115. tit. vt eum de appellatione cognoscat, atque in ea constitutione. §. hæc autem disposuimus. apud Constant. hæc verba manifesta sunt, monachi, siue patres, siue filij minime priuantur hæreditate ob ingratitudinis causam, ante professionem commissam, ex quibus Gratiano fides restituenda est. Tamen si in vulgatis authenticorum codicibus, & in ipsis Græcis Holoandri nouellis prædictus. §. omnino desideret. Si nouellam ipsam centesimam decimam quintam tantum inspexerimus: extat tamen paragraphus in Nouella, constitutione. 123. tit. de ecclesiasticis diuersis capitulis, qui ex interpretatione Latina Holoandri eam sententiam probat, quam Gratianus Decretorum libro inseruit, licet in authenticis Latinis, quæ vulgaram editionem habent, idem paragraphus sub tit. de sanctissimis episcopis. collat. vlti. ita Latinè redditus sit, vt germanum sensum minime explicet: ab ea vero constitutione. 123. Constantinus Harmenopulus prædictum §. adsumpsit, transtulitque in eum tractatum quem de exheredatione libe-

rorum exponit. Et hæc quidem adnotare eo libentius duxi, quod & vir diligentissimus Franciscus Balduinus in præfatis de iure ciuili. pagin. 122. huius erroris Gratianum notauerit. Ex hac vero resolutione deducitur intellectus ad Regiam. l. 49. Taur. quæ patri permittit exheredare filiam matrimonium contrahentem absque eius consensu, vt habeat locum, etiam si filia contracto matrimonio ante copulam religionem fuerit professa, hoc ipsum sententia comprobatum fuisse in prætorio Regio, testatur Ioan. Lupi. in. d. l. 49. ad finem.

Postremo, omittendum non est, parentes posse à filiis exheredari ex causis contentis in authentici. vt cum de appellat. cognoscat. §. sancimus. Regia. l. 11. titulo. 7. partit. 6. imò & ex eisdem causis cogendus est pater filium emancipare, vt adnotauit Cumanus consi. 82. & Iaf. in. l. filijs matrem. C. de inoffic. testament.

22 Abdicatio vero, vt & hoc obiter tradam, ab exheredatione plurimum differt: siquidem qui filium habebat olim criminibus, & seortationibus, alijsque vitijs deditum, probata apud iudices causa, ipsum à se alienare poterat: cuius abdicationis extant frequentissima exempla in declamationibus. & apud Valer. Maxi. lib. 5. c. de indulgentia. eamque Romanis legibus reiecit Imperator in. l. abdicatio. C. de patri. potest. cuius meminere Alcia. lib. 2. disp. c. 28. & Ioan. Ferrar. in reg. iura sanguinis. ff. de reg. iur.

Costat igitur ex his, filium esse instituendum

Caput Rainuntius.

tuendum in legitima, ita vt institutio
 nistitulo filius honoretur à patre, nul
 lo sex⁹ admissio discrimine. l. maximū
 vitium. C. de libe. præte. l. lege duode
 cim. C. de legit. hære. §. cæterum. insti.
 de legi. agna. succe. veteres leges ali
 quot reprobans, ex eo quod in succes
 sione differentiam constituerint inter
 mares, & fœminas: iniquum enim id
 visum est, nec admodum naturæ con
 ueniens. * Quibus adde quæ tradit Ia
 co. Cuiatius, li. 8. obseruat. c. 14. * Hinc
 idē ipse Iustinianus Nouella cōstitū
 tione. 21. vti barbarā corrigit Arme
 niorū legē quæ ab hæreditate, & dote
 fœminas excludebat, vt masculis om
 nia bona obuenerēt, atq; ibidē primo
 geniorū bona, γενεάρχικὰ appellat: q̄
 ea olim princeps generis, familiæ ad
 scripserit, interprete Holoandro eadē
 bona dicta fuisse πρωτοτοκεῖα ex autori
 tate septuaginta interpretū probat Ti
 raq. de primog. cap. 1. num. 2. vbi scri
 bit, eadem apud Græcos dici προσβεία.
 Etenim à Græcis dicuntur προσβεία
 bona, quæ iure legitimo debētur filio
 primogenito, & apud Demosthenē
 hoc nomine significatur legatum præ
 cipue maximo filio à patre relictum,
 etiā si Iustinianus in Nouella prima,
 quæcunq; legata προσβεία dixerit, quæ
 verò de filiabus instituendis diximus
 iure Cæsareo Iustiniani, & aliorum
 principum obtinuerunt. Tamen si Vo
 conia lege apud Romanos suadente.
 23 M. Catone, fœmina hæres institui nō
 poterat, etiā si vnica filia esset, ab eo,
 qui centum mille sestertios in bonis
 haberet, quam. l. tulit. Q. Voconius

Saxa tribunus plebis, vt scribitur in
 Liui. Epitom. libro. 41. quo in loco
 mēdose legitur. Q. Volumnius Saxa
 meminit legis Voconiq. Cice. in Ver
 rem actione. 3. & ibidem Asconius Pe
 dianus. Dion. libr. 56. August. de ciui
 tate Dei. libr. 3. capit. 21. Aulus Gellius
 libr. 20. capit. 1. & alibi sæpissime. Ea
 tamen lex oblitterata fuit ciuitatis Ro
 manæ opulentia, sicuti Sextus Cæci
 lius apud Gellium commemorat.
 Quin & ea lege nihil iniqui⁹ cogitari
 posse, Diuus Augustinus fatetur. Est
 & hic obiter facta legis Voconia mē
 tione, defendendus ab Andræ Alcia
 ticensura, Theophilus Græcus insti
 tutionum interpret, is, inquam, in
 princip. insti. de lege Falci. scribit, Vo
 conia lege prohibitum testatori fuis
 se ne cui plus legaret, quam hæres es
 set habiturus. A quo Alciat. recedit
 libr. 5. parerg. capit. 23. mihi sanè com
 pertum est alterum Voconia legis ca
 put prohibuisse, ne quis census, id est,
 qui centum mille sestertios haberet,
 plus legaret, quam esset heres habitu
 rus: idq; deprehendi apud Ciceronē
 actione. 3. in Verrem. Scribis, inquit,
 si quis hæredem fecit, fecerit. Quòd si
 plus legarit, quam ad hæredem, hære
 de sue perueniat, quod per legem Vo
 coniam ei, qui census nō sit, licet. Cur
 hoc cum in eodem genere sit, non ca
 ues? quia nō generis, sed hominis cau
 sam verbis amplecteris, vt facile appa
 reat, te pretio esse commotum. Ha
 ctenus Cicero. Ex quo constat cautū
 fuisse lege Voconia, quòd Theophi
 lus retulit. Dubiū tamen erit, an id le
 gis

gis Voconia caput sit ad legata foemina relicta referendū, an in vniuersum in omnibus legatis, & quibuscunque intelligendum: sicuti Theophilus intellexit. Prior tamē sensus potius verbis Ciceronis applaudet. Et probari videtur ex eodem Cicerone. libr. 2. de finibus. nec ideo dignus Theophilus est, vt absq; vlla distinctione damnetur. Qua in re non omnino assentior his, quae de lege Voconia scribit Corasius in praeludijs ad l. filium. C. fam. hercis. num. 10. * Dio etenim in dict. libr. 56. scribit, foeminā lege Voconia ab eo, qui census sit obtinere non posse titulo haeredis plusquā patrimonij quartā partem: titulo vero legati accipere posse vel quartam, vel semissem, modo plus non obtineret, quā ad haeredes puenisset. Quae & Cicero in Verrem eleganter explicat: & ex Iunioribus diligentissime Balduinus. Erat & lege Voconia sancitum, ne foeminae ad haereditates legitimas vltra confanguineas successiones admitterentur, autore Paulo. lib. 4. sent. tit. 8. *

24 Sic apud Gallos lege Salica foeminae à regni successione excluduntur: quam legē pluribus rationibus vtrinq; adductis tutatur Pyrrhus post Aurelianenses consuetudines, cuius & plures alij meminere. Est & plerisque in locis statutum, quòd stantibus masculis foeminas dotatas à partem successione excludit: quod an aequum sit, traditur ab Alberto Bruno in tractat. de statu. exclud. foemin. articul. 3. praecipueque ea ratione defenditur, quod reipublicae intersit fa-

miliae conseruari. l. 1. §. denuntiare. ff. de ventre inspici. l. super statu. C. de quaestio. Per foeminas vero familia extinguitur potius, quam conseruatur. l. pronuntiatio. §. familiae. & §. vltimo. ff. de verborum signification. l. Iurisconsultus. ff. de gradibus. in principio. & §. 1. inst. de legitim. agnat. successio. quibus mire conueniunt pulchra verba Euripidis.

*Mulier egressa patris adibus.
Non amplius est parentum, sed coniugis.
Masculum vero genus perpetuo manet in adibus.
Deorum paternorum, & sepulchrorum limitem honorat.*

Et rursus idem Euripides alibi.

Filij masculi columna sunt familiarum.

Quae quidem & alia retulit Ioan. Stobaeus sermone. 75. qua deniq; ratione respublica admisit primogeniorum vsu: quo mares foeminis praeferruntur: sicut late tradit Andre. Tiraquel. in tracta. de primogenijs. q. 10. & seq. Iure tamen etiam filia est instituenda, glos. cōmuniter probata in. c. si pater. hoc titu. in. 6. docto. in. d. auth. nouissima. & hic frequētissimo, & vnanimi consensu. Refert ergo scire ad huius. c. intellectum, quare testamentū Rainuntij validum hic fuerit: non institutis filiabus, quam obiectionē sequenti paragrapho dissoluemus.

E X. §. P R I M O.

- 1 *Etiā iure canonico filius est titulo haereditis honorandus.*
- 2 *Filius an sit haeres instituendus: necessario in testamento condito inter liberos.*
- 3 *Intellectus ad §. ex imperfecto. l. hac consultissima. C. de testam.*
- 4 *Clausula codicillaris, an censeatur apposita in testamento*

Caput Rainuntius. §. 1.

- mento inter liberos: & imbi intellectus ad. l. si fra-
ter. C. de fideicom.
- 5 An verbum, relinquo, adiectum certæ rei inducat
heredis institutionem.
- 6 Relictum pro legitima an institutionem præ se ferat.
- 7 Verus & communis huius capitis intellectus.
- 8 Portio legitima à patre filio tradita, recipit augmen-
tum, si patrimonium parentis creuerit.
- 9 Institutus in re certa, an sit verus hæres.
- 10 Institutus in re certa, an deducat Trebellianicam, &
quid in filio testatoris.

P A R A G R A- phus primus.



Primum hic canon in-
telligitur iure Pontifi-
cio, quo satis est, filio
quocunq̄ titulo por-
tionem legitimam re-
linqui, nec est necessarius institutio-
nis honor. Hostien. hic, cuius opinio
communis est, autore Alexand. in. l.
inter cætera. colū. vlt. ff. de lib. & post-
hum. Nullibi tamen iure canonico
id probatur non esse filios instituen-
dos necessario. Et tamē iure civili pas-
sim cautū est eos debere institui. Igit̄
cū cure civili sit manifestū, filios esse
omnino instituendos, non est consti-
tuenda hac in re differētia inter vtrū-
q̄ue ius, nulla iuris canonici sanctione
refragante iuris Cæsarei constitutioni-
bus: vnde etiam iure canonum filius
honorādus est institutionis titulo. gl.
per text. ibi in. c. si pater. hoc titu. in. 6.
verbo, instituit, quam ibi sequuntur
Ioan. Andre. Anchar. & Franc. post
Domi. & esse hanc sententiam com-
munem fatentur Imol. hic. num. 31. &
Ias. in auth. nouissima. C. de inoff. test.

nu. 31. idem Ias. in rub. ff. solu. mat. nu.
32. nec est hic titulus inutilis: siquidem
inter hæres institutos est locus iuri
accrescendi, non inter legatarios. l. si
eam quam. C. de fideicom. Quin &
glo. in hoc. c. verbo, relinquens, com-
munem & vltimam opinionem pro-
bat contra Hostien.

2 Secūdo intelligi potest hic textus,
quando pater testamentum condidit
inter liberos: quo quidem casu nō te-
netur quenquam eorum titulo insti-
tutionis honorare. gl. in auth. nouissi-
ma. C. de inoff. test. vbi Ias. eam sequi-
tur. & Philip. Prob. in cap. si pater. per
tex. istū. & Mathes. notab. 104. quibus
suffragatur ratio illa, q̄ pater testamē-
tū faciens inter liberos, nō tenetur ser-
uare superstitiosum rigore iuris ciui-
lis. l. hac consultissima. §. ex imperfe-
cto. C. ist. ti. Regia. l. 7. tit. 1. par. 6. ergo
non tenetur pater eos instituere hæ-
res, imò satis erit legitimam portionē
vnicuiq̄; eorū relinquere. Præterea,
clausula illa, omnimeliori modo, quo
possit, operatur, vt filius, cui aliquid
relictū fuerit testamēto, videatur hæ-
res institutus. Bald. in. l. quoties. 2. col.
C. de hære. insti. Alex. in. l. nā quod. §.
nō omnis. 2. col. ff. ad Trebel. Ias. in. d.
auth. nouissima. 2. col. Deci. consil. 14.
2. col. & Hipp. sing. 36. Hæc verò clau-
sula apposita censetur in testamēto in-
ter liberos. gl. in. l. cohæredi. §. cū filia.
ff. de vulga. verb. non valuit. vbi Imol.
Alex. Areti. & Ias. nu. 18. dicit eam gl.
sing. Ias. in. l. fina. num. 15. C. de codici.
Idem Ias. in. l. hac cōsultissima. d. §. ex
imperfecto. nu. 8. idem in auth. nouis-
sima.

fima. nu. 21. idem in. l. eam quam. col. 6. C. de fideicom. ex. l. fi. C. fami. herci. & idem probatur argumento assumpto à testamento militis ad testamentum inter liberos: quod admittit Bar. in. d. §. ex imperfecto. In testamento autem militis dicta clausula intelligitur. l. 3. ff. de testa. mili. Igitur factò testamento inter liberos, non opus est, eos institutionis titulo expressim honorari. Verum còtrariam sentètiã maxime probat tex. in. d. auth. vt cù de appella. cogno. §. aliud quoq; capitulum. colla. 8. qui titulum legati, si nìlemue institutionem parentibus iniùxit, nò facta distinctione, an testamèntum esset inter liberos conditū: quam opinionem tenent Cin. & doct. communiter, secundum Saly. & Iaf. nu. 16. in. d. auth. nouissima. idem notat glo. còmuniter recepta in. d. c. si pater. verbo instituit. Guiliel. Benedi. hic, verb. relinquēs. in. 1. nu. 136. asserunt & hanc esse communem Anto. Rube. consil. 72. Philip. Prob. in dicto capit. si pater. & Carol. Moli. in Alexand. consil. 168. libr. 5. Nec isthac decretalis priorẽ opinionem probat, quippe quã præter alios intellectus ita exponi possit, vt filias hic hæredes institutas fuisse potius præmittamus, quam incertis coniecturis diuinemus.

3 - Nò obstat. §. ex imperfecto. quia lo cum sibi vendicat, quando pater testatur inter liberos æqualiter, cum in id tendat liberorum fauor, secus verò si inæqualiter inter liberos etiam testatur pater, tunc etenim non valet hæc vltima voluntas minus solennis, pro-

pter damnum, quòd ex hac inæqualitate quibusdam filiis obueniret, ac discordiæ maxima præberetur occasio. Romanus eleganter consilio. 385. cui subscribit Deci. consilio. 105. idem Deci. in. l. 1. C. vnde liberi. idem Roman. consilio. 179. column. 4. & Tiraquell. de primogenijs. quæstio. 4. numer. 4. optimus tex. in. l. vltim. C. fami. herci. ibi pares esse videntur. quam legem ita intellexit Constantin. Harmenop. Epito. libr. 5. titulu. vt æqualis filijs bonorum diuisio ex ea constitutione contingat. Et licet Paul. & Iaf. in. l. hac còsultissima. colum. 3. C. qui testa. face. poss. idem Paul. Aretin. Riminal. & Corn. in. d. §. ex imperfecto. ab hoc intellectu dissetiãt plane, quibus còmuniter cæteri suffragantur inauthent. quod sine. C. ist. titulu. teste Socino Iuniorẽ consil. 189. volumi. 2. numer. 87. Iure tamen procedit, vbi esset inter liberos maxima, & iniuriosa inæqualitas: qualis est ista, vt vno eorum instituto cæteris ignobili titulo velit pater satisfacere: ex Curtio Iuniorẽ in dicto. §. ex imperfecto. num. 2. Anto. Rubeo consil. 6. 2. col. Socini. consil. 5. in. 3. volum. vltim. col. & eleganter Carolus Moli. in. d. consil. 168. libr. 5. litera. A. quibus accedit Regia lex. 7. titulu. 1. parti. 6. & l. 5. titulu. 8. eadem partit. quarum prior. §. ex imperfecto. còuenit: posterior vero huc secundum intellectum, quem nos impugnamus, approbat sentiens, nò esse necessarium institutionis titulum, quando pater testatur inter liberos, diuidendo inter eos propria bona. Ec-

Caput Rainuntius. §. I.

ce quod lex illa non permittit ex filijs
 vnū institui, alterum verò ex hæreda-
 ri, aut alio ignobili titulo legitimam
 portionem eidem relinquit: vtraq; ve-
 rò lex loquitur, quum pater inter libe-
 ros bona propria partitur. Partitio
 verò in dubio æqualiter est intelligen-
 da, ob partis mentionem. l. nomen fi-
 liarum. §. portionis. ff. de verbo. signi-
 l. 9. titu. 33. parti. 7. vnde vel Regia. l. ita
 est intelligenda, vt partitio æqualis
 sit, vel saltem, vt non probet valde
 inæqualem, & iniuriosam diuisionē,
 nempe vnū ex filijs institui, ceteros
 verò hoc honore priuari. **Quin** &
 gloss. in. l. quoties. C. fami. hercil. scri-
 bit, diuisionem bonorū à patre inter
 liberos factam in testamēto solenni,
 etiam rerum adsignatione, institutio-
 nem inducere: quòd si fiat in testamē-
 to minus solenni, non censetur facta
 institutio, nisi diuisio fiat per vncias,
 aut partes quotas: ita præfata gloss.
 quam dicunt singu. Alexan. in. l. nam
 quod. §. non omnis. ff. ad Trebell. pe-
 col. Ias. in authent. nouissima. nu. 24.
 C. de inoffic. testa. Roderi. Sua. in. l. 9.
 tit. de legatis. Foro legū. 7. q. ex cuius
 gloss. distinctione dicta lex Regia est
 intelligenda. vnde apparet, nullibi in
 præmissis casibus institutionis titulū
 cuidam ex filijs legitimè concedi, re-
 liquis verò eodē titulo exclusis. Hinc
 ergo constat ex. §. ex imperfecto. nō
 probari glo. & Ias. opinionē, nec item
 dict. l. Regia, nisi fiat prædicta forma
 diuisio bonorum inter filios.

Item, non obstat argumentatio
 sumpta à gloss. in. l. cohæredi. §. cum

4 filia. illa etenim glo. in discrimen ad-
 ducitur ob decisionem text. in. l. si fra-
 ter. C. de fideicommissi. qua probatur,
 filium testatoris pupillariter substitu-
 tum impuberi fratri, post ætatem pu-
 pillarem non admitti ex iure fidei-
 commissi: & tamē si codicillaris clau-
 sula cēsetur apposita, pupillaris sub-
 stitutio post ætatem pupillarem expi-
 rans, iure fideicommissi valeret. gloss.
 in. §. masculino. institu. de pupill. substi.
 facit. l. Scauola. ff. ad Trebell. Angel.
 Fulgo. & Ias. num. 11. in. l. precibus. C.
 de impub. probat eadem. l. si frater.
 Imol. & Alexand. in. l. verbis ciuili-
 bus. ff. de vulga. 2. colum. Galiau. in. l.
 Centurio. ff. de vulga. colū. 54. Rube.
 consil. 129. & hæc est communis opi-
 nio secundum Alexand. in. d. l. verbis
 ciuilibus. & Curti. Iunior. in dict. l. pre-
 cibus. numer. 54. ipse tamen ibi post
 Corne. in dicta. l. si frater. & Galiau. in
 dict. l. Centurio. col. 55. hanc commu-
 nem opinionē falsam esse existimat
 quādo substitutio esset ad pupillarem
 ætatem restricta expressim: tunc et-
 enim, etiā adiecta clausula codicilla-
 ri, nō esset locus fideicommissi post pu-
 bertatem: vnde communis sententia
 habebit locū, si pupillaris sit recipro-
 ca, compendiosa, aut minimè facta
 ætatis pupillaris restrictione conce-
 pta, secundum eos, & Paulus Cas-
 tren. in dicta. l. si frater. Quinimò in-
 distincte displicet dicta cōmunis opi-
 nio Viglio. in. d. §. masculino. eo quod
 gloss. ibi frequentissimè celebrata. &
 dict. l. si frater. de clausula codicilla-
 ri nihil dicunt, sed de verbis aperte
 fidei-

fideicommissum inducentibus. Præterea, non congruit maiorem effectum habere ipsam clausulam codicillarem, quam si in codicillis facta esset ipsa dispositio, de qua tractatur: quod constat ex verbis clausulæ, hunc sensum manifeste præ se ferentibus. Sed si esset facta in codicillis pupillaris substitutio, ultra pubertatem nullum effectum haberet: sicuti constat ex dicta. l. Scæuola. quæ intra pubertatem ex benigna interpretatione, ne inutilis esset substitutio, eam uti fideicommissariam admitti permisit. Igitur clausula codicillaris non operatur esse fideicommissariam, post pubertatem, eam substitutionem, quæ pupillaris sit. Et subinde compendiosa verbis directis concepta, in testamento ex quo semel ut directa valere potuit, repetita tandem in codicillis non operabitur plus, quam si concepta esset in testamento valido: sed ita instituta cum semel iure directæ substitutionis valere potuerit, non producit ultra pubertatem etiam iure fideicommissi sit, ergo nec adiecta clausula codicillari. Ex quibus apparet non euertere glo. in. d. §. cum filia. ex tex. in. d. l. si. frater. Concessa tamen eiusce glo. cõclusionone, respondeo, in testamento liberorũ gratia facto intelligi hanc codicillare clausulam in eo, quod ipsis liberis utile sit, non tamen in damnum alicuius eorum: sicuti damnũ esset quæquam eorũ institui expresse, alium vero tacite: fit etenim quodammodo iniuria ei, qui nominatim non instituitur, aut qui æquali honore simul cum fratribus

ad patris bona non vocatur, vel de ciso Bald. in dicta. l. quotiens. est intelligenda, cum testamento apponitur illa clausula, valeat meliori modo, quo possit: non autem quando simplex codicillaris clausula adijcit. Sic sane intellexit hanc Bal. opinionẽ Alex. in conf. 50. vol. 7. Curtius item Junior conf. 169. col. 2. primo siquidẽ casu, legatum filio relictum ad institutionis titulum refertur, non sic in secunda specie: quo fit, ut his recte perpensis non admodum cõueniat huic decretali hic secundus intellectus.

Tertius intellectus ad istũ tex. inde sumitur, quod verbũ, relinquo, adiectum rei etiã particulari, institutionẽ inducit, quando relinquitur ea re ei, qui necessario est instituendus: id etenim suadet materia subiecta. Carol. col. 1. & Abb. hic existimãs hunc tex. esse ad hoc singu. idem notauit Bal. tamen si subobscurè in. l. quotiens. C. de hered. insti. à quo id colligunt Imol. in l. 1. §. si ex fundo. nu. 52. & in. l. his verbis. col. 1. ff. de hered. insti. Alexã. in. l. nam quod. §. non omnis. ff. ad Trebellia. 2. colũ. Verum hæc sententia, quæ Baldo possim tribuitur, eueritur ex text. in authen. ut cum de appe. cog. §. aliud quoque capitulum. collat. 8. qua quidem constitutione sancitur, si filium esse instituendum, nec sat esse ei aliquid relinqui. Quis igitur adeo obtusæ mentis erit, qui vel transuersim non percipiat ex eo textu, minime sufficere quidquã filio relinqui à patre, ni heres instituat? Regia deinde. l. 5. titu. 8. part. 6. dixit, satis esse filium à

De testa. O patre

Caput Rainuntius. §. 1.

patre aliquam rem cōsequitur titulo hæredis: ergo non sufficit legati, aut relictī nomen. Vnde à conclusione Baldi recedunt Imola. in dicta. l. his verbis. & in dicto. §. si ex fundo. num. 55. Alexan. in d. §. non omnis. 2. col. Barba. hic. num. 14. & Guiliel. Benedi. verbo, in eodem testamento relinquens. in. 1. num. 57. quorum opinio communis est, secundum Imol. hic. num. 30. & eundem in dicta. l. his verbis. & in dicto. §. si ex fundo. & Corne. in dicta. l. quoties. nume. 3. & probatur ex eo, quod verbum, relinquo, adiectū rei alicui in specie, non inducit hæredis institutionem. l. cogi. §. & generaliter. ff. ad Trebellian. vbi Bartol. hic ipsum adnotauit. Imò verbum hoc, relinquo, adiectū quotæ hæreditatis, nō inducit institutionem in filijs, qui formaliter sunt instituēdi: sicuti in specie scribit Carol. Moli. in Alexan. con. fil. 17. lib. 3. ad finem.

6 Quartus his proxime accedit intellectus, ex quo deprehēditur, filiam à Rainuncio hæredē institutam fuisse, cum ei pater reliquerit domū pro sua legitima: in hac etenim specie cēsetur titulo institutionis domus relicta. Car. di. hic Bart. Bald. & Fulgo. in authen. vnde si parens. C. de inoff. testa. Bartol. idem consilio. 151. & Francisc. Tigrinus consi. 152. post illud cōsiliū Bart. Corne. consi. 35. col. 3. volum. 2. Curti. Iunior. 3. col. post Bald. in. l. humanitatis. C. de impub. vbi textus huic opinioni refragatur: nisi dixeris, tempore illius constitutionis non fuisse necessarium, filios hæredes institui: & ideo

suspecta quibusdam videtur Bartol. sententia, quam reprobant Saly. in. l. quotiens. C. de hēr. insti. vlt. qui Imol. in. d. l. his verbis. & in. d. §. si ex fundo. & idem ac Barb. hic num. 13. Alexan. in dict. §. non omnis. 3. col. Iaf. in dicta authen. nouissima. num. 28. Mathes. notab. 159. Guiliel. Benedi. hic. verbo, relinquens, in. l. i. num. 58. & probat text. in dicto. §. aliud quoq; capitulum. vbi non sufficit, legitimam portionem relinqui, ni relinquatur illa titulo institutionis. Regia item. l. 5. titu. 8. part. 6. sufficere statuit, legitimam filijs titulo hæredis relinqui: ergo nō sufficet legitimam relinqui alio titulo. Eadem etiam opinio alia ratione probatur, quod legatum à patre filio cēsetur in dubio pro portione legitima legatum. l. siue libertus. ff. de iure patro. l. etiam. §. si debita. ff. de bonis liber. id verò, quod inest à iure, si exprimat, nihil operatur: igitur legatum seu relictum filio pro portione legitima, non trahitur ad institutionem: at que ideo hæc vltima opinio verior videtur: quanuis Bartol. opinio sit communis, vt testantur Alexand. & Decius in dicta. l. humanitatis. colū. 2. Iaco. in dicta. l. quotiens. nec est tutum ab ea recedere in iudicādo, sicuti nec in consulendo, secundum Corne. cō. si. 298. col. 3. volum. 1.

7 Quintus intellectus aptissime huic capiti cōuenit: nēpè, vt præmittamus in testamento Rainuntij institutionē: concise etenim enarrat hic Romanus Pontifex testamenti seriem: atq; ita intelligunt istum tex. glos. & doct.

hic

hic glo. cōmuniter recepta in. c. si pater. isto titu. in. 6. Guiliel. Benedict. in d. verbo, relinquens. nume. 65. in primo. Et est hic intellectus cōmunis, secundum Lanfran. hic col. 1. Alex. consi. 70. col. 3. vol. 2. & Ias. in. d. authent. nouissima. nume. 31. tamen si falso asserat eum communiter reprobari Guilielm. Benedict. in dicto verbo, relinquens. numer. 10. Quod si filius à patre instituat hères in ea portione quæ legitima nō est, aget ad suppleendam legitimā portionem, non tamē dicit nullum patris testamentū. tex. in authen. vt cū de appellatione cogno. §. hæc autem disposuimus. glo. cōmuniter recepta in dicta authen. nouissima. & in. d. cap. si pater. verb. in recerta. Regia. l. 5. tit. 8. par. 6. Si vero in vita pater filio legitimam portionem iure debitam tradiderit, attenta quantitate bonorum, quæ eo tempore pater habebat, pacto equidem præmissō inter patrem & filium de non succedendo, ac demum patris bona augeantur ante obitum patris: filius eo mortuo aget ad integritatem portionis legitimæ, vt sibi tradatur id, quod decrit iuxta bona, quæ pater in morte dimiserit. Bald. per text. ibi. in cap. cum M. col. 4. de constitu. idem Bald. in. l. pactum. C. de collati. vltima opposi. 8 Roma. & Imola in. l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verbor. obliga. Ripa in dicta cap. cum. M. numer. 38. Iaso. in. l. si quando. §. 1. C. de inoffi. testamē. Rodericus Sua. statim citandus, & est communis opinio, secundum Iaso in. l. quod seruus. ff. de con-

di. ob caus. dat. & eundem in dicta au thé. nouissima. col. 4. legitima etenim portio filijs debetur ex bonis, quæ parentes tempore mortis obtinuerint. l. cum quæritur. C. de inofficio. testament. Regia. l. 23. Tauri. licet Curti. Senior cons. vlti. dixerit cōmunem opinionem asserere, filium non posse agere ad supplendam legitimam portionem ob augmētum bonorum paternorum. post Iacob. Butri. in. d. l. pactū. & Ange. in. d. l. stipulatio hoc modo cōcepta. Quorum opinionem dixit verioreni, & magis cōmunem esse Carol. Moli. in Alexā. consil. 180. libr. 5. qui post alios præmittit in hoc casu validam esse pactiōnem de non succedendo. Et sane si ea pactio censeatur valida, dubio procul opinio Iacobi But. verior est, & magis à posteris probata, nec id negabunt priorē opinionem secuti. Sic deniq; etiā absque iuramento eandem opinionem Iacobi sequuntur dicentes, eam communem esse Roman. in dict. l. stipulatio. Georgius Natan. in cap. quanuis pactum. col. 2. de pact. in. 6. Nicol. Boeri. decisio. 62. col. 4. & Guiliel. Benedict. in hoc cap. Rainuntius. verbo, duas. nume. 242. Pro quibus solet induci text. in. l. 1. §. si vel parens. ff. si quis à parent. fuerit manumis. Ego tamen, etiam si opinio Butricarij præstito iuramento super pactiōne præmissa admittenda sit, tamen absq; iuramento non censeo eam veram esse vnde ipsius opinionem reprobare videntur idē Guiliel. Benedict. hic. verbo, in eodem, 1. numer. 220. Ioan. Lu

Caput Rainuntius. §. I.

pi. in capi. per vestras. 3. notabi. §. 23. de donatio. inter virum & vxo. Thoma. Grammati. decisio. 57. numer. 30. præter eos, quos paulo ante post Baldum citavi.

Prima vero opinio adhuc locum sibi vendicat, si patri promittat filius absque iuramento, se amplius nihil petiturum ratione portionis legitimæ. l. si. quando. §. 1. C. de inofficio. testament. Ias. & Ripa in dictis locis, quod Docto. primam opinionem secuti manifeste probant: imo sunt qui adserant, tale pactum, etiam iuramento præstito, minime valere, ex eo quod decisio. cap. quanuis pactum in filia congrue dotata loquatur, vt scribit Carol. Molin. in dicto Alexan. consi. 108. lib. 5. à quo libenter ex communi sententia discedo. Nam in filio idem erit, si congrua portio pacti tempore ei fuerit assignata eo tempore inspecto quoad patris bona: quemadmodum præter alios tradunt Alexan. in. d. consil. 180. & in. l. in ratione. 2. ff. ad. l. Falcid. idem Alexand. Corne. Iaso. & Deci. in. l. pactum. C. de collatio. Ripa in. d. capi. cum. M. & libr. 1. resp. cap. 6. col. vlti. Thoma. Grammati. dicta decisione. 57. num. 30. Aymon consi. 114. nu. 16. licet idem Ias. in authen. nouissima. C. de inoffi. testa. dubitauerit. Igitur quoties prædicta pactio absq; iuramento facta fuerit, locum habebit, quod modo ex Baldo & alijs adnotauimus. Et idem erit, si mortuo patre filius hæredibus patris asseruerit, & cauerit, se tot & talia bona à patre accepisse: poterit enim ad-

huc agere aduersus hæredes, vt legitima portio suppleatur, dict. l. si quando. §. 2. vbi Docto. id notant communiter. & Roderic. Suarez. in. l. quoniam in prioribus, amplia. 9. C. de inofficio. testament. qui ipsum latius tractat.

9 Subdit glo. institutū in re certa loco legatarij habendum esse. idem notat glo. in. c. si pater. in glo. 3. text. vbi late Ias. in. l. quotiens. C. de hæredib. insti. quandoq; tamen hic institutus in re certa est censendus hæres, non legatarius: sicuti Docto. explicat in. d. l. quotiens. Frac. in dicto cap. si pater. super glo. 3. Rotæ decisio. 864. in antiquis. Guilielmus Benedi. in verbo, in testamento relinquens. in primo. nu. 256. Nam institutus in re certa hæredis nomen, & commodum habet quoad ius accrescendi: hærede etenim vniuersali repudiante, tota hæreditas accrescit huic in re certa instituto. sicut Barto. Ange. Salyce. & alij existimant in dicta. l. quotiens. & in. §. si ex fundo. statim allegando, quorum opinio communis est: quod præter alios Corne. asserit consil. 31. vol. 4. Rursus si hæres vniuersalis non instituat in tota hæreditate, nec in eius quota portione hic censetur hæres vniuersalis. l. 1. §. si ex fundo. ff. de hæredib. insti. Notatur in dicta. l. quotiens. Regia. l. 14. titu. 3. parti. 6. Verū hic in re certa institutus hæres, & rogatus restituere alteri rem ipsam, quartam Trebellianicam non detrahit. Bald. & Ias. col. 5. in. l. filium. C. famili. hercif. Abb. hic. col. penult. idem Iaso in dicta. l. quotiens.

tiens. colū. 3. Guido Papæ decis. 466. etiam si hic institutus sit filius testatoris quia Trebellianica solum deducitur ab hærede vniuersali, aut ab hærede alio, qui proprie hæres sit. l. 1. §. inde Neratius. & l. mulier. §. vlti. ff. ad Trebel. hic vero institutus in re certa non est proprie hæres. l. quotiens. paulo ante citata: igitur non potest Trebellianicā deducere. atque ita in hac specie respondet Aymon Sauillianus consil. 131. nume. 13. & consil. 186. colū. 1. aduersus Curti. Iunioem cōsil. 160. & glos. quæ contrarium præmittit in dicto cap. si pater. verbo. Trebellianicæ. Illa tamen gloss. defendi potest ex eo, quod hæredi instituto in re certa datus fuerat ibidē substitutus vniuersalis: quod ipse tradā inferius. §. 9.

EX. §. SECVNDO.

- 1 Institutio patris, & filij concepta per copulam: & cum intellectum habet, vt simul pater & filius admittantur: non ordine successionis & gradus.
- 2 Patre accipiente emphiteusi in pro se, & filijs suis masculis, & fœminis, an eo mortuo a masculis excludantur fœminæ.
- 3 Nihil refert, fiat institutio plurium per dictionem, et, an per dictionem, cum, contra Bartolum.
- 4 Institutio filij & nepotis ex eo, censetur facta ordine gradus, & successionis, non simul.
- 5 Institutio Sempronij, & eius filij hæredis est accipienda ex ordine successionis, non vt simul admittantur.
- 6 Institutio vnius, & plurium nomine collectiuo facta, ordine successionis & gradus est intelligenda.
- 7 Eo casu, quo plures ordine successionis vocantur, an sit admittenda vulgaris, an fideicommissaria substitutio.

§. SECVNDVS.



ONSTAT deinde exprœuia huius decisio nis enarratione, qualiter Rainuntius Altero cham, & eius sobolē,

Adiectæ substituerit, mortuæque Adiectæ, Alterocha, & eius filius petierūt iure substitutionis bona Adiectæ: quò fit, vt ex hoc probetur, duos substitutos, aut institutos disparis gradus æqualiter, & simul vocari ad successionem, non ordine gradus. idem asserit. l. vltima. C. de impub. & alijs. vbi substitutis patre cum filijs, & Sempronio, dimidia pars competit Sempronio, alia dimidia, patri, & filijs simul. optimus ad idem text. in. l. si mulieri. ff. de vsufru. accresc. & in. l. si quis Titio. ff. eod. titul. iuxta communem intellectum. E contrario tamen instat text. in. l. Gallus. §. quidam recte. ff. de liber. & posthum. ex quo colligitur, ordine gradus primo patrem admittendū esse, ac deinde filium. Quā ob rem Bart. in. d. §. quidā recte. tres assertiones tradit, quibus hanc quæstionem dissoluere conatur.

1 Prima cōclusio. Institutio, aut substitutio patris & filij per copulam, & concepta, ordine gradus est, non simul intelligēda: vbi ratio affectionis dictat, patrem prius admitti debere volūtate testantis: quod in simili probat text. in. l. Lucius. ff. de hæredi. insti. & in. l. generaliter. C. de institu. & substitu. atq; idem erit in quibuscūq; qui simul copulantur in aliqua dispositione, si prælationis ratio ab affectione restantis colligatur. Sic patre reci-

De testa. O 3 piente

Caput Rainuntius. §. 2.

piente feudum pro se & filijs masculis & foeminis, ordine sexus prius admittuntur masculi, quã foeminæ. tex. in. c. 1. §. filia. de succel. feudi. & in. c. 1. Episc. vel Abbatem. Sed Bar. cõclusio ni refragatur tex. hic secundum Lanfran. col. 3. siquidem aderat in hac specie ordo affectionis, & tamen simul Alterocha, & filius admittuntur: & quãuis Soci. Anto. Rube. & Fortu. in. d. §. quidam recte. conentur euertere huius. c. inductionẽ varijs interpretationibus: nulla tamẽ earum satis conuenit. Est etiam contra Bar. voluntas testatis ex eius oratione, & verbis deprehensa, quæ ordini charitatis præferenda est. **Quin** & tex. in. l. codicillis. §. instituto. ff. de lega. 2. palàm probat, institutis filio, & nepote, eos simul nõ successorio ordine vocari: ex quibus tolluntur rationes Bar. nam tex. in dict. §. filia. propter naturam feudi procedit: cum in feudis masculi foeminis passim præferatur. Nam & idem Bar. in. l. & iurisiurãdi. §. si liberi. ff. de ope. lib. scribit, patre accipiẽte emphyteusim pro se & filijs suis masculis, & foeminis, mortuo patre non præferri masculos foeminis. l. maximum. C. de libe. præ. sequuntur Bar. Salyce. in. l. 2. C. de iure emphy. q. 17. & ibi Ias. num. 187. Ancha. cõsi. 125. Imol. in. c. potuit. de locat. vlt. col. & est communis opinio, teste Alberto Bruno in tracta. de statu. exclud. foemi. art. 8. q. 22. qui omnes, & Soci. cõsi. 113. 2. col. vol. 1. & eius nepos Soci. cõsi. 133. nu. 25. vol. 1. Ancharr. in. l. tres fratres. de pact. & alij, quos referam in. c. Rainaldus. nu. 2. id

intelligunt, refragantibus Saly. & Lusitano. in. l. 5. ff. de reb. du. nisi esset in ea regione, aut provincia statutum foeminas excludi extatibus masculis. idẽ notat Alexan. cõsi. 119. num. 8. lib. 5. & cõsi. 15. lib. 4. optimẽ Carol. Moli. in consue. Parisi. §. 22. q. 26. nu. 86. vbi adferit, hãc opinionẽ cõmunem esse: dubiustamẽ an vera sit, sicuti etiam dubitauit in. d. cõsil. 15. in additionibus ad Alexã. quibus constat in. d. §. filia. non probari hanc primam conclusionem. igitur Bart. opinio cõmuniter reprobat. vt asserunt Ias. num. 18. Fortu. col. 25. Galiaul. nu. 65. & Anto. Rube. fol. 5. col. 4. in. d. §. quidam recte. Decius cõsi. 236. col. 2. & Alex. cõsil. 22. col. 3. vol. 3. Corneus cõsi. 17. vol. 4. & Cœpola cõsil. ciuili. 52. col. 2. ipse vero Bart. etiam præmissio ordine charitatis admittendos, censuit, simul esse eos, qui vocati fuerint per dictionem, vna, cum, & similibus. Cui consensere fere omnes in. d. §. quidam recte. & Mathes. notabi. 157. Adhuc tamen in hoc nulla procedit differentia: nihil enim refert, fiat cõiunctio per dictionem, cum, an per dictionem, vna, text. insignis in. d. l. si quis Titio. ff. de vsuf. accrescen. Ias. num. 14. Anton. Rube. fol. 13. col. 1. & Fortu. in dicto. §. quidam recte. col. 17. vnde si ex ordine charitatis essent plures cõiuncti admittendi, seruatis ipsis gradibus, parum aut nil referret coniungi eosdem his, aut illis dictionibus.

Secũda cõclusio, Institutio filij & nepotis ex eo concepta per copulam, & intelligitur ordine successionis, & non

non simul. Hæc etenim institutio facta censetur ordine necessitatis: cum filius sit instituendus in primo gradu. l. 3. & l. inter cætera. ff. de liber. & posth. ergo perpenſa ſubiecta ſpecie, exigit neceſſitas, vt ſucceſſorius ordo ſeruetur. glo. in. d. §. quidam recte. quam ſequuntur Docto. cõmuniter, vt ſcribunt Iaſ. col. 4. Fortu. Galiaul. nume. 57. & Rube. col. 12. in. d. §. quidam recte. Ab hac vero cõmuni ſententia recedunt Iaco. Aren. Saly. Imol. & Areti. ratione efficaci quidem, & quæ præcedētis opinionis rationem euertat. Nam ex neceſſitate filius eſt in primo gradu instituendus, nõ tamen abhorret alium ſimul & eodem gradu cum eo hæredem inſtitui: ſat etenim eſt filium habentem primũ ſuitatis locum inſtitui in primo gradu: nec eſt neceſſe ipſum ſolum inſtitui: quod maniſteſtiſſimum eſt. Et ita opinionem Iacobi tutantur in dicto. §. quidam recte. ex nouioribus, Rub. colum. 12. & Fortu. col. 12. nec opinio cõmunis efficacem rationem habet, teſte ibidem Galiaula numer. 60. quibus conſentit Mari. Salomo. col. penulti. qui etiam à prima Bart. conſuſione recedit. Et eſt aduerſus Bart. in hac, & præcedenti ſententia optimus text. à contrario ſenſu. in. l. cum in teſtamẽto. in princi. ff. de hæredib. inſti.

5 Tertia cõcluſio, Inſtitutio, aut ſubſtitutio duorum ita facta, vt primum, & eius filium hæredem, quis hæredes inſtituat, aut ſubſtituat, eſt intelligenda, non ſimul, ſed ordine gradus: hæres enim non admittitur in vita illius,

cuius futurus eſt. l. qui ſuperſtitis. ff. de acquiren. hæredi. l. hæreditas. ff. de petit. hæred. hanc igitur conſuſionẽ Barto. ipſe probat: quem ſequuntur omnes in dicto. §. quidam recte. Socin. conſil. 12. col. 3. vol. 3. dicens hanc ſententiã communiter receptam eſſe, explicat eandem Iaſo in conſil. 157. volum. 4. Nec obſtat. l. ſi quis Titio. ff. de vſufructu. accref. dicens, Si quis Titio, & hæredibus ſuis vſufructum legauerit, dimidiam Titius, dimidiã hæredes eius habebunt. Nam intelligitur, Titio & hæredibus ſuis, id eſt, teſtatoris, glo. cõmuniter ibi recepta, quam ſubtiliter explicat Zaſius lib. 1. ſing. reſp. cap. 19. & lib. 2. capi. 29.

6 Hæc vero tertia conſuſio eodem iure procedit, vbi teſtator Semproniu inſtituit, & ſequentes in gradu, nomine tamen collectiuo. Exempli gratia. Inſtituo Sempronium, & ſuos. hoc etenim nomine colliguntur plures, qui ſimul admitti nequeunt: & ideo ſucceſſionis ordo ſeruandus erit. Soci. in dicto. §. quidam recte. col. 5. Deci. conſil. 205. col. 1. Galiaul. poſt alios in dicto. §. quidam. nume. 69. Aymõ Sauilli. cõſil. 22. col. 2. Deci. conſil. 248. idẽ Deci. conſ. pri. Paul. de Caſtro per tex. ibi in. l. vlti. C. de verb. ſignifi. text. in. l. cum ita. §. in fidei cõmiſſo. ff. de lega. 2. Et illic Bart. Imol. Bald. Cuma. & Paul. late Tiraq. lib. 1. de retract. §. 11. glo. 4. num. 2. text. optimus in. l. peto. §. frater. ff. de leg. 2. vbi Bart. & alij. idem Barto. in. d. §. quidam recte. col. & illic docto. communiter.

Duorum autem plurius inſtitutio.
De teſta. O 4 tio

7 tio quoties successione ordine est intelligenda, ad vulgarem substitutionem refertur: siquidem directis verbis & civilibus facta, cum semel iure directo valere possit, ad fideicommissum non ducitur. l. verbis civilibus. ff. de vul. Igitur vulgaris substitutio in ea specie subintelligitur: & ideo primo ad eum hereditatem, secundo locus non est. Aret. in. d. §. quidam recte. col. 3. Soci. versic. tertius casus. & post alios Galiaul. ibi. nu. 67. Deci. consi. 248. col. pe. dicens opinionem Aret. communem esse: ex quibus idem omnino dicendum est in substitutione, nisi ea facta sit nomine collectiuo. l. cum ita. §. vlti. ff. de legat. 2. l. peto. §. fratre. ff. eo. aut per verba tractum futuri temporis significatia, vel quae possint intelligi iure fideicommissi: tunc etenim fideicommissaria substitutio hic est intelligenda, secundum eisdem Soci. & Galiaul. Deci. consi. 95. col. 2. & consi. 236. col. 2. Pau. Castren. in. d. §. in fideicommissio. Soci. consi. 12. vol. 3. col. 3. Curti. Iunio. consi. 48. col. 3. Aymon. consi. 131. & consi. 22. col. 2. quorum distinctio communis est, refragante in prima Aretini conclusionem, Paulo Castren. secundum Galiaul. in. d. l. Gallus. §. quidam recte. nu. 67. & Aymon. d. consi. 22. & licet Deci. consi. 248. & consi. 228. col. 1. ab hac resolutione discedat, quando fit substitutio nomine collectiuo, ut animaduertit Aymon, tamen receptior est Socini sententia.

Ex his facillime soluitur obiectio ex §. quidam recte. qui procedit, quando institutio posthumi nepotis necessitate cogente fit, iuxta consilium Galli Aquilij.

E. X. §. TERTIO.

- 1 Quid referat seive, nominatum in conditione esse, vel non esse ex testamento vocatum.
- 2 Positi in conditione non censentur positi in dispositione.
- 3 Positi in conditione non censentur vocati ex testamento, etiam si nominatum a testatore grauentur, secundum communem.
- 4 Fideicommissum relictum ab his, qui in conditione nominantur, an valeat.
- 5 Masculi, quorum in emia fit in conditione, ad huc non censentur vocati ex testamento.
- 6 In legatis positi in conditione, an censeantur positi in dispositione.
- 7 Positus in conditione non vocatur ex illo testamento, etiam si insuato non succedat de iure ab ino testato.
- 8 Quandoque ex voluntate presumppta testatoris, nominati in conditione vocati censentur ex dispositione.
- 9 Intellectus ad l. Gallus. in princip. ff. de liberis & posthumis.

§. TERTIVS.



Raxter alia, quae maxime in huius capituli interpretatione adnotari solent, ad examen adducitur substitutio quaedam a Rainuntio facta. Is etenim proprio testamento statuit, ut filiae Adiectae, si absque liberis moreretur, Alterocha, & soboles, quam gestabat in utero, eidem impuberi succederent. Cuius substitutionis ratione a iuris utriusque professoribus quaritur, quae nam isthaec fuerit substitutio: atque ideo locus hic substitutionum tractatum exposcit, cui ipse libentissime superfederem, cum ob interpretum hac in re indefessam concertationem,

nem,

nem, tum ob materię amplitudinem, quę vel est omittenda, vel diligentissime tractanda: quorum primum minime patitur hæc Rainuntij substitutio: vltimum vero latissimos illos, miris ac festiuissimis florib⁹ refertos, iuriconsultorum campos potius exigit, quam hanc, vel alteram iuris Pontificij sanctionem. Primum sane, vt vel ex minima parte proposita quaestioni deseruiam, illud inquirã: num his Rainuntij verbis liberi Adiectæ fuerint hæredes instituti, aut potius substituti? Nec id temerè in controuersia ducitur: cum plurimum inter sit id scire: siquidẽ filij Adiectæ substituti ex his Rainuntij verbis potest mortua matre, eius hereditatem repudiare, & capere bona Rainuntij, qui eos ex testamento vocauerit: q; si ab intestato succedunt matri, nec vocati sunt ex substitutione fideicommissaria Rainuntij, non poterunt matris hereditatem repudiare, & primi testatoris bona petere. Præterea, filij Adiectæ vocati ab ipso Rainuntio ad propria bona ex fideicommissaria substitutione reuocabunt bona alienata per matrem, quę quidem bona fuere relicta in hereditate Rainuntij: alioqui nõ vocati per hæc verba, non admittuntur ad reuocationem alienationis factæ. l. vlti. §. penult. Cicõmu. de legat. aliasq; vtilitates hæc disputatio habet, quas passim docto. tradunt. Est sanè insignis glo. in l. Lucius. in. 2. ff. de hæredib. in. 2. in. quæ dixit, per prædicta verba filios nõ esse vocatos a testate, ex eo quod in cõditione adiecta, fiat eorum men-

tio, non in dispositione: hi verò, qui conditionibus adijciuntur, minime vocantur in ipsa dispositione per ipsum testatorem. l. si quis sub conditione. ff. si quis omis. caus. testamen. l. si quis ita hæres instituat, si legitimus. ff. de hæredi. institu. l. ex facto etiam agitur. ff. eo. l. qui duos. ff. de reb. dubi. l. vel singularis. l. qui duos. ff. de vulga. quam quaestione late disputat Añto. Corset. in repetit. ad Abba. dictione, substitutio, ac præ cæteris dictam glo. dixere singu. esse Alexand. in. l. ex facto. §. 1. col. 2. & in. §. ex facto. col. 2. ff. ad Trebel. idem in. l. Gallus. col. 3. ff. de lib. & posth. dixit eam celebrem & singu. Galiaul. in. l. Centurio. col. 89. & ibi Ripa num. 159. ff. de vulga. & Curti. Senior consi. 42. col. 7. vbi eam opinionem communem esse fateretur, idem afferunt Imol. in dicta. l. Lucius. 3. col. Alexan. consi. 109. & consi. 202. & 188. volum. 2. Decius consi. 207. Socini. consi. 62. volum. 3. col. 1. Zasius de substi. capit. vlt. col. 2. Catelli. Cotta in dictione, filij in conditione. Sunt tamen, qui ab hac opinione recedant, ex verbis Iuriconsulti in d. l. Lucius, qui ita concepta institutione, Titius frater meus mihi hæres esto, si Titius hæres meus filium, filiam uel ex se natum, natam uel non habuerit, Stichus, & Pamphilus serui mei liberi, & hæres mihi æquis portionibus sunt. Respondit, Si frater decessisset priusquã hereditatem adiret liberis relictis, nõ erunt hæredes Stichus, & Pamphilus: nam prudens consilium testantis animaduertitur. Nõ enim fratrem so-

Caput Rainuntius. §. 3.

lum heredem prætulit substitutis, sed etiã eius liberos. Hactenus dicta lex, quæ plurimum destruit gloss. sententiam, vbi tradit Soci. in. l. cum auus. ff. de condi. & demon. fol. pe. Chassa. cõsi. 14. & Fortu. in. d. l. Gallus. in. princ. col. 38. Corasius lib. 2. miscellane. c. 19. qui & alia pro hac opinione adducunt, sat diligenter. Non tamẽ obstat cõmuni sententiæ text. in. d. l. Lucius. potest etenim aliquis admitti ad bona ex voluntate testantis, & nihilominus ab intestato. l. conficiuntur. ff. de iure codici. 3 Quin & cõmunis opinio quibusdam adeo placet, vt eam verã esse existiment, etiam si positi, ac nominati in conditione, expressim à testatore grauentur, aut post eorũ obitum, aliorum fiat substitutio, cuius rei sit exemplũ, Instituo Titium meũ heredem. Et si Titius moriatur sine liberis, aut ipsi Titij liberi moriantur sine filijs, substituo Semproniu. Nec hoc vltimum fideicommissum valet, quippe quod ab eo, quẽ testator non honorauerit, relinquatur. l. ab eo. C. de fideicom. Alber. in rub. ff. de vulg. num. 93. Alex. in. d. l. Centurio. nu. 94. idem Alexand. consi. 105. volu. 1. Ancha. consi. 137. quorum opinio cõmunis est, secundum Ias. in dict. l. Centurio. num. 57. & eundem consil. 35. volu. 3. Deci. consil. 422. colũ. 2. & consil. 270. col. 1. Soci. consil. 62. volum. 3. col. vltim. Curti. Iunio. consil. 43. num. 6. Alexand. consi. 221. 2. volu. & Soci. Iunio. in cõsi. 118. vol. 1. nu. 22. qui omnes eandem sequuntur. & Carol. Molin. in Alexan. consi. 64. lib. 5. Nec apud me

dubium est, hanc sententiam frequentiori calculo receptam fuisse, sicuti & alij plures fatentur sæpissime. Sed Bart. in dict. l. Centurio. num. 37. contrariam sententiam probat, ea potissimum ratione, q̃ ipsius testantis voluntas fuerit, liberos instituti ex testamento vocare, cum ab eis fideicommissum reliquerit: alioqui non relicturus hoc fideicommissum ab eis, quos minime honorauerit. Nam & coniecturis contrariæ voluntatis, præfatam opinionẽ cõmunem cessare, frequentissimum est apud docto. hanc controuersiam tractantes. Igitur opinio Barto. iure procedit, cui subscribunt Alex. consi. 64. vol. 5. Ancha. cõsi. 74. Curt. consi. 45. col. 3. Soci. in. d. l. cum auus. col. pe. idem in. l. cum filio. col. 3. ff. de legat. 1. Curti. Iunior cõsil. 16. col. 3. & consil. 51. colum. 9. & Corneus. consi. 119. lib. 2. col. penul. * Galiaul. in. d. l. Ceturio. col. 92. & ibi Ripa. num. 167. Politus in tracta. de substit. titu. de compendio. sa. num. 30. & eodem titul. Zasius col. penul. Chassa. consi. 14. col. 2. quorum opinio facilius defendi potest quam præcedens, inspecta præsumpta testatoris volũtate, quæ in testamentis primum locum obtinet.

4 Cæterũ, vtcunq; sit, etiam admissa Alberi. opinione, fideicommissum valere poterit, si ita fuerit relictum, vt nominatim à liberis instituti non detur, sed simpliciter, hac quidẽ forma. Si Titius hæres meus decesserit sine liberis, vel eius liberi sine filijs moriantur, bona mea deueniant ad Semproniu: in hac etenim specie fideicommissum

sum à liberis instituti minime relinquatur, sed rogatur institut⁹ hæres hæreditatē Sempronio restituere, si eius liberi sine filijs decesserint. Alex. in. d. l. Centurio. nu. 95. Bal. & Saly. in. l. precibus. col. pe. C. de impube. idē Alex. cōsi. 198. vol. 2. num. 13. argumēto sumpto à. l. quoties. ff. de reb. dub. nam & grauamē iniunctum institutis transit in eius hæredes, secundum eosdem.

Secūdo, dicta cōmunis doct. adnotatio ex gloss. in. d. l. Lucius. procedit, etiā si testator masculorū in cōditione mentionem fecerit, ita sane, si institutus sine liberis masculis decesserit, substituo Sempronii. Adhuc equidem liberi non cēsantur substituti. Alexā. consi. 24. col. 4. & cōsi. 32. volu. 2. Soci. consi. 62. vlt. col. & cōsil. 116. col. 6. vol. 3. quorum opinio communis est, vt fatentur Ripa in. d. l. Centurio. nu. 162. & Paul. Parisi. consi. 14. volu. 3. atq; mota lite ita pronunciatum fuisse, testatur Guido Papæ decisi. 600. & decisi. 184. fatentur etiam hanc opinionem comunē esse Ripa in. l. 1. C. de pact. nu. 9. & Soci. Iunior consi. 177. vol. 2. idem consil. 118. volu. 1. num. 16. Paul. Parisi. consi. 86. num. 15. & consi. 87. num. 32. volu. 2. Ipse verò Guido Papæ contrariam opinionem veriore esse existimat, dicens liberos masculos censerī omnino substitutos, tametsi in cōditione fuerint nominati. idem Deci. cōsi. 270. Curti. Iunior consil. 43. num. 7. *idem Deci. in. l. 1. C. de pact. num. 16. & ibi Curti. Juni. nu. 14. qui asseuerat, secundū hanc opinionem iudicatum fuisse: eandem sentētiā sequuntur

Corne. consi. 146. lib. 2. Ludo. Gozadi. consi. 26. nu. 22. Carol. Ruin. consi. 167. nu. 9. lib. 3. *Aymon Sauillianus consil. 130. col. 2. ab exemplo statutorum, quæ à successione excludunt fœminas extantibus masculis: qui si ab intestato succederent, minime excluderent fœminas, sed cum eis simul admitterentur. Sic in hac specie, si masculi ab intestato succederent, simul cum fœminis essent admittendi: & ita substitutis præferrentur fœminæ, quod est contra testantis mentem, & ideo est dicendum, masculos à testatore ex testamento vocari, sicuti Decius existimat.

Hactamen ratione ego nō cogor à priori sententia discedere: atq; vt arbitror, in præsentī quæstione, masculi ex voluntate testantis succedunt ab intestato ipsi instituto, & eadem voluntate fœminis præferuntur, sicuti institutis: quorum Deci. meminit, masculi per legitimā ab intestato successionem vocantur, & fœminas excludunt: quod latissime constat ex traditis ab Alberto Bru. in tracta. de stat. exclud. fœmin. articu. 8. & articu. 13. Posset sane opinio Guidonis locum obtinere, si testator fœminas, eo casu, quo nascerentur, peculiari titulo honorauerit. Corne. consi. l. 207. volu. 2. colu. 3. Curti. Iunior consil. 87. colu. 2. Ripa in dicta. l. Centurio. numer. 163. Aymon consil. 130. col. 3. Similiter & Hierony. Grat. consi. 3. num. 19. volu. 1. aliquot alijs modis opinionem Guidonis defendit.

Tertio præmissa gloss. communis opi-

Caput Rainuntius. §. 3.

6 opinio etiam in legatis locum habet eadē ratione. Socin. in. d. l. cū auus. fol. vlt. col. i. cui subscribunt Lāc. Galiaul. in. d. l. Centurio. col. 91. & Catel. Cott. dictione, filij in conditione. optimus tex. in. l. si quis sub cōditione. ff. si quis omis. caus. testa. quo probatur, etiā in legatis positum in conditione, nō cenferi in dispositione decretū, * idē probatur in. l. a. §. item si ita. ff. ad leg. Fal. * ad idem. l. filiusfamilias. §. cū quis. ff. de leg. i. cuius ratio generalis est: nam & l. generaliter. C. de institu. & substi. §. cū autem. sensit adiectos conditioni non vocari ad fideicōmissum ex testamento: & subdit procedere eam cōstitutionem in legatis, & fideicōmissis: quo fit, vt prædicta opinio sit recipiēda aduersus Ange. in. l. in legatis. C. de lega. & Ias. ibi dicētes, in legatis adiectum conditioni vocari per fideicommissum ex testamento: nec id mirum esse, cum legata nutu relinquipossint. l. nutu. ff. de leg. 3. non sic hæreditas: & ideo quauis glo. in hæreditatibus loquatur, erit aliud dicēdum in legatis. idem Corne. consil. 146. colū. 5. volu. 2. quorum ratio ex præcedentibus tollitur, & ex eo quod dicta gloss. etiam in fideicommissis loquatur, quæ legatis exequantur. Vnde nō immerito Ias. in. l. i. col. 4. C. de pact. Angeli sententiam dubiam esse fatetur. * Sed & illos Angeli commentarios, quorum Ias. meminit, non dum ipse vidi, nec legi, in his vero, quod obtinere potui, & qui vulgo circumferuntur, nihil hac dere Angel. scribit. *

Quarto, eadem opinio glo. adhuc

7 vera est, etiā si posui in conditione nō sint successuri ipsi instituto intestato: nihilominus etenim hi non cēsantur testamento vocati ad fideicōmissum. Filius siquidem naturalis substitutum excludit, licet intestato parēti successor legitimus nō sit. l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Trebel. authen. licet. C. de natu. libe. Hanc verò extensionem probat insignis text. in. d. l. filiusfamilias. §. cū quis. vbi nominati in cōditione excludunt substitutum, etiā si non sint hæredes instituto. eādē opinionem probat glo. in. d. l. ex facto. §. vlt. vbi Vincenti. Hercul. & Alex. in. d. §. si quis rogatus. 2. col. & ibi Ripa num. 27. fatentur eam cōmunem esse. Et in hac specie idem cōcedit Paul. Castrēsis in dicto. §. cum quis. & in dicto. §. si quis rogatus. ab ea tamen opinione & extensione discedens.

8 Porro, si quādo à præfata communi opinione recedendum erit, id non temere, sed caute agendum est, perpēsis cōiecturis, quibus deprehēdi possit eam fuisse testatoris volūtatē, vt nominatos in cōditione ad substitutionem ex testamento vocauerit, quod iudex attēte admodum arbitrabitur. Socin. in. d. l. cum auus. ad finem. Curti. Iunior consil. 43. num. 7. Paul. Parisi. consil. 42. volum. 3. Hierony. Grat. cōsi. 48. vol. 1. Soci. consil. 116. col. 2. vol. 3. Vnde si quis derogans futuris testamentis disponat, & dicat velle ipsum habere successores eos qui ab intestato à iure vocantur, & addiderit id sibi placere, vt ea dispositio valeat eo, quo meliori modo possit, cēsatur hæredes

redes instituere eos, qui ei intestato sunt successuri: est enim hæc institutio necessaria ad tollenda futura testamenta, & ex clausula adiecta colligitur intetio testatis, sicuti in hac ipsa specie respondet Cur. Iunior consi. 169. col. 2.

9 Ex quo defendi potest id, quod no uiores quidam opinantur: Filium institutum hæredem ceteri in illa celebratissima forma Galli Aquilij. Si filius meus me uiuo morietur, tunc si quis mihi ex eo nepos, neptifue, natus, nata erit hæredes sunto. id enim necessarium est præmittere, ne testamentum rumpatur. Igitur testantis illa cautissima formula intetio est procul dubio, ut eius dispositio valeat & ob id iudicandum est sub illa conditione voluisse filium instituere hæredem: cum id necessarium sit, ne testamentum rumpatur: quod in. l. Gallus in principio. animaduertunt Fortu. col. 28. Galiaul. num. 24. & Mari. Solomo. nume. 25. ex. l. deniq; §. interdum. ff. de pecul. legat. Idem adnotauit Stephanus in Necyomantia. dialogo. 46. & 47. Nam fauore liberorum verba enunciatiua disponunt. l. pater. §. auus. ff. de doli except. idem probatur in. l. si mater. §. vlti. ff. de vulga. vbi Iurisconsultus Africanus sensit sub Galli forma filium fuisse institutum. Item Vlpianus in. l. cum in testamento. ff. de hæred. instit. scribit, duos gradus hæredum esse ibi. Si filius meus me uiuo, morietur, tunc nepos ex eo hæres esto. Nec obstat. §. idem credendum. eiusdem l. Gallus. vbi nominatus nepos in conditione non censetur institutus: quia

id negandum est: cum in eo casu, & in ea formula etiam nepos sit institutus. Et dum subdit Iurisconsultus. Ne successione testamentum rumpetur: ad pronepotis institutionem est referendum, quia ea non facta, nec concepta, rumpetur testamentum mortuis filio, & nepote, uiuo testatore. Nec ibi quidquam interest, prius mori nepotem, an filium, ut explicat Fortu. in. d. l. Gallus. col. 37. Tametsi frequētius illius. l. Gallus. interpretes præmittant, filiū in forma Galli Aquilij expresse institutum fuisse, & ita institui oportere ab his, qui eadem forma vtantur. glo. Bald. Ange. Imol. & alij communiter. d. l. Gallus. in prin. ut vbi fatentur Alexand. nu. 6. Ias. nu. 48. & Galiaul. nu. 21. ac ceteri doct. quibus consentit Guiliel. Benedict. hic verb. adijciens. reprobantes Bart. qui in ea. l. Gallus. existimat, satis esse filiū ad legitimam successionem ab intestato vocari, & ideo adnotauit, nõ esse necessariam in forma Galli Aquilij institutionem filij: quod à vero intellectu illius legis plurimum abest.

EX. §. QVARTO.

- 1 Substitutio quid sit, & quare hoc nomē habeat?
- 2 Distinctio substitutionis directæ ab obliqua.
- 3 Vulgaris substitutionis definitio.
- 4 Vulgaris substitutio, quibus verbis fiat.
- 5 Vulgaris in vnum casum concepta, ad alium reditur.
- 6 Vulgaris expressa continet tacitam pupillarem, quæ tamen matrem pupilli non excludit.
- 7 Vulgaris tacita matrem testantis minime repellit.

§. QVARTO.

Caput Rainuntius. §. 4.

§. Q V A R T V S D E
vulgari substitutione.



1 Visquis haftenus de substitutionib⁹ tracta-
uit, illud in primis ape-
ruit, quid nam sit sub-
stitutio? Et Accursius
non aliud arbitratur esse substitutio-
nem, quam secundam institutionem. 2
in rubric. ff. de vulga. quæ diffinitio tã-
tum conuenit, quando sola vnica sub-
stitutio fit, & institutio. Quid ergo
dicemus? cum cõstet substitutionem
secundo, & tertio gradu dici. l. i. ff. de
vulga. atque etiam filio non instituto
fieri possit substitutio: quod in eadẽ. l.
i. ad finem probatur. Quin etiam in
legatis, & in donationibus causa mor-
tis substitutioni locus est. l. vt hæredi-
bus. l. Titia Seio. §. Seia libertis. ff. de le-
gat. 2. l. ei cui. ff. de donatione causa
mortis. Et, si est secunda institutio,
cur fideicommissariam substitutio-
nem dicimus. l. Scæuola. ff. ad Tre-
belli. cur item substitutiones in dire-
ctas & obliquas partimur? quibus ra-
tionibus non admodum placet, sub-
stitutionem dici, sequentem institutio-
nem: tamen si id placuerit Lance. Poli-
to in tractat. de substitutio. num. 23. &
Zafio colum. 1. vt igitur substitutionis
vis intelligatur secutus Petrum Lo-
riotum de substituo. c. 5. existimo, sub-
stitutionem esse cuiusq; rei in postero-
ris personam collationem. ex dict. l.
vt hæredibus. Posterior verò persona 3
illa intelligitur, quæ priorẽ aliquem,
cuius ad eandem rem compete-
bat,

præmittit. l. in duobus. in principi. ff. de
duob⁹ reis. aut si mauius, in genere sub-
stitutio est vnus, vel plurium ad ali-
quam rem in locum alterius facta vo-
catio: in specie autẽ est vnus, vel plu-
rium in locum alterius ad aliquã rem
in testamẽto, codicillis aliaue vltima
voluntate, facta vocatio.

Substitutionum, quædam directæ
sunt, quædam obliquæ. Directa est il-
la, quæ substituto hæreditatẽ defert,
sine alterius ministerio, & restitutio-
ne. Obliqua est, quæ substitutio hære-
ditatem defert ex alterius restitutio-
ne, vt fideicommissaria. Abb. hic las.
post alios in rubri. ff. de vulga. Politus
in princip. de substit. nu. 28. & ibidem
Zafius. Huius verò distinctionis vtili-
tates tradunt præ cæteris Guiliel. hic.
verb. absque liberis. titu. de compen-
diosa. num. 12. & Lance. Galiau. in re-
pe. l. Centurio. col. 3.

Est in hoc. c. Glossema quoddam
de his substitutionibus agens, quod
compendiosam substitutionem dire-
ctam esse asserit: & tamen quandoq;
obliqua esse potest. Obliquis autem
substitutionibus reciproca adnume-
rat, cum ea frequentissime directa sit.
Sed hæc omnia statim latius tractabũ-
tur. Nunc ad vulgarem substitutio-
nem, in qua primũ eius definitionem
tradam. Secundo, formulã, qua cõci-
pi solet. Tertium eius effectũ, quem
ordinem, & in reliquis substitutio-
nibus seruare conabor.

3 Vulgaris substitutio, est sequens in-
stitutio directa, quæ omnibus, & ab
omnibus fieri potest. Bart. in. l. i. nu. 5.
ff. de

ff. de vulga. vbi Ias. colū. 3. apertius ita diffiniuit, & Guili. hic. verb. absq; liberis. num. 7. ideo autem dicitur vulgaris, quod ab omnibus, & omnibus fieri possit. Barto. in. d. l. i. Regia. l. i. titu. §. part. 6. apta etenim est, vt tā liberis, quam extraneis fiat. Theophi. in princip. de pupi. substit.

4 Secundum, quod hic agendū est, ad formulā huius substitutionis spectat. Ea verò fit verbis generalibus, specialibus, & singularibus, aut si maioribus, indiuiduis. Generalibus fit ita, Titium instituo, & ei Sempronium substituo. Aut Titium & Sempronium hæredes instituo, & eos inuicem substituo. Est autē ita concepta vulgaris expressa, quoad verba generalia, & tacita quoad specialia. Bart. cōmuniter receptus in. d. l. i. col. 3. & §. gloss. & Bart. in l. Lucius. ff. de vulga. Specialia verba sunt hæc, Caium instituo, & si is hæres non erit, substituo Titium. Quia verò potest quis institutus non esse hæres, eo quod nolit, & eo quod nō possit, fit isthæc substitutio verbis singularibus, Instituo Titium, & si is noluerit esse hæres, substituo Caium, vel instituo Sempronium: & si is non potuerit hæres esse, substituo Titium. l. cum proponas. C. de hæredi. inst. l. si paterfamilias. ff. de hæred. instit. Alexan. & Ias. in. d. l. cū proponas. Barto. in. d. l. i. num. i. 3. & hæc est substitutio vulgaris expressa omnino, quod Barto. & doctores apertius explicant.

5 Tertio præcipue illum effectum operatur substitutio vulgaris, quod verbis singularibus in vnum casum

concepta ad alterum extenditur. Si quis enim instituatur Sempronium, & si Sempronius noluerit esse hæres, substituat Titium, erit substitutioni locus, si Sempronius morte aut alio impedimento, hæres esse non potuerit. l. Gallus. §. l. & quid sit tantum. ff. de lib. & posthu. Barto. in. l. Titius. §. Lucius. per text. ibi. ff. cod. titu. l. vltim. C. de posth. hered. insti. Bar. in. l. i. ff. de vulgari. nu. 14. & ibi post alios Ias. colū. 4. Ripa nu. 89. Socin. fol. 3. col. 3. Polit. in tracta. de substit. titu. de vulga. Zaf. in ea rubr. col. 3. & hæc est communis opinio, vt fatetur Guiliel. Bened. verbo. absq; liberis. num. 25.

6 Item, substitutio vulgaris expressa cōtinet tacitam pupillarem, si fiat minori decem & quatuor annorum. l. iam hoc iure. ff. de vulga. l. quanuis. C. de impub. & alijs. Barto. in dict. l. i. nu. 34. quem ibi ceteri docto. sequuntur. Hæc verò pupillaris tacita matrem pupilli non excludit. l. vltim. C. de insti. & subst. gl. in. l. precibus. C. de impub. & alijs. Bart. in. l. Centurio. col. 2. ff. de vulga. quorum opinio communis est, secundum Alexand. nu. 58. Ias. nu. 22. & Galiaul. col. 35. in dict. l. Centurio. Zaf. titu. de vulga. nu. 20. & Politum. nu. 14. Ias. in. d. l. precibus. nu. 6. & Curti. Iunior ibi. nu. 20.

Qua in re illud omittendum non est, tacitam pupillarem matrem pupilli excludere, quando substitutio est facta in piam causam: quod notat Ange. 2. col. & Paul. in. d. l. precibus. Alexan. consil. 12. volu. 3. nu. 25. & consil. 38. 1. volu. idem & Ias. in dict. l. precibus. col. 5.

col. 5. argumento gloss. ibi. quæ præcedentem cōclusionem veram esse probat, nisi ex voluntate testantis aliud appareat expresse, vel tacite. Intellego tamen Angel. opinionem quando pia est substitutio pro exoneratione conscientia, & male ablatorum. sic enim Ang. loquitur, & Deci. in d. l. precibus. num. 14. Areti. consi. 155. incip. Periculosum. Guiliel. Bened. in. c. Rainuntius. verb. si absq; liberis. in. 2. num. 98. quos sequitur Carol. Moli. in additionibus ad Alexand. d. consi. 38. existimans alias falsam esse opinionem Angeli, & sequacium.

Est autē expressa vulgaris, quæ tacitam pupillarem includit, quoties fit verbis specialibus, aut singularibus, quorum paulo ante mentionem egimus. l. vlt. C. de instit. & substit. quam ad hoc ipsum Bar. allegat. in. d. l. i. nu. 36. apud quem loco pupillaris substitutionis, corrupte legitur vulgaris. ex Alexand. ibi. num. 36. & Guiliel. Bene. hic verb. absq; liberis. nu. 105. qui Bar. opinionem probant. Illa verò, quæ comprehenditur sub verbis generalibus, expressa pupillaris est, nō tacita, & effectus expressæ pupillaris habet. Cuius exēplum est, Instituo Titium, & Sempronium, atq; eos inuicē substituo. Si enim vterque institutus impubes sit, & eis cōueniat pupillaris substitutio, ibidem continetur expressim. l. precibus. & ibi docto. C. de impu. d. l. iam hoc iure. §. i. Bart. num. 7. & alij in l. Lucius. ff. de vulga. vbi Ias. colū. 4. dicit hanc opinionem communem esse. Idē erit, si substitutio ita concepta sit,

Instituo Titium filium meum, & ei substituo Sempronium. Nam si Titius impubes sit, hæc censetur pupillaris expressa. Bar. in. d. l. Cetero. nu. 32. Ias. nu. 55. vbi Galiau. col. 87. dicit hanc opinionem communem esse, quem Alexan. probat in. l. Gallus. §. i. col. 2. ff. de libe. & posth. optim. tex. in. l. iam hoc iure. ff. de vulg. §. i. vbi pupillaris substitutio non cōtinetur in reciproca, quādo non fit talis substitutio duobus pariter impuberibus. Igitur si esset facta substitutio vni tantum qui impubes esset, cōtineret expressam pupillarem saltem verbis generalibus.

Tacita autem vulgaris minimè excludit matrē testatoris, si omnino tacita sit, sicuti nec omnino tacita pupillaris matrem pupilli. Bar. eleganter in d. l. i. num. 40. Alexan. num. 38. & ibi Ripa nu. 175. dicens hanc opinionem communem esse, quam & Zafi. sequitur in titu. de vulga. nu. 21. Nisi substitutus esset aliquis ex descendens ab ipso testatore: tunc etenim mater testantis excluditur. Alexand. dicto numer. 38. non alia ratione, quam quod voluntas testantis id dictare videtur.

E X. §. QVINTO.

- 1 Pupillaris substitutionis definitio.
- 2 Ad effectum pupillaris substitutionis quo tempore requiratur patria potestas.
- 3 Intellectus. l. i. §. sed & si extraneum. ff. de vulga.
- 4 Quibus verbis fiat pupillaris substitutio.
- 5 Pupillaris expressa quam vulgarem contineat, & an ea expiret finita pupillari.
- 6 Effectus aliquot pupillaris substitutionis.

§. QUINTVS. DE PV-
pillari substitutione.



VIVS substitutio-
nis definitionē ita col-
ligēdam esse arbitror,
vt sit sequens substitu-
tio directā, quæ liberis

impuberibus in potestate testantis cō-
stitutis, nec eius morte in alterius po-
testatem recasuris, intra pubertatem
fit. l. 2. ff. de vulga. Regia. l. 5. titul. 5. par.
6. Est enim necessarium eum, cui sub-
stitutio fit, impuberem esse, & in pote-
state testatoris constitutum. Quod si
mortuo testatore pupilluseius nepos
in patris potestatem incidat, substitu-
tio non potest effectum habere. Illud
tamen est in controuersia, sit ne satis
pupillum, cui substitutio fit tempore
mortis testatoris esse in eius potesta-
te, an sit necessarium etiam eidem po-
testati subditū esse tēpore testamenti,
in quo substitutio fuerit facta. Qua in
re glo. Bart. Alexan. & Doct. per tex-
tum ibi in. d. l. 2. §. sed si extraneum.
asserunt, satis esse pupillum tempore
mortis testatoris esse in eiusdem pote-
state. quod & alijs rationibus proba-
re nituntur, ea maxime, quod pupilla-
ris substitutio facta extraneo, conti-
net tacitam vulgarem. l. vlti. C. de hæ-
redib. institu. & hæc vulgaris postea
mutatur in pupillare, quæ valida est.
Et qualitates huiusmodi facile mutā-
tur. l. 3. §. vlti. ff. de hæredi. insti. Nā si
quis instituat hæredē eum, qui extra-
neusest, eiq; pupillariter substituat;
ac postea arrogauerit, substitutio ab

initio nulla valida fit. per text. in. d. §.
sed si extraneum. cui opinioni, & si cō-
munis sit, refragantur plurima, & pri-
mū Catoniana regula: ex qua quod
inutile foret, si testamenti facti tēpore
decessisset testator, id legatū quando-
cunq; decesserit, non valet. Quæ qui-
dem regula recepta videtur, etiam in
actibus conditionalibus. l. si alienum.
§. in extraneis. ff. de hæredib. insti. §. in
extraneis. insti. de hered. quali. & diff.
& licet in institutionibus locus nō sit
Catonianæ regulæ, cum ea in legatis
loquatur, tamē ex alijs Iurisconsulto-
rum responsis in institutionibus ad-
mittitur, quod in legatis Catoniana
regula diffiniuit Bart. in l. Catoniana.
ff. de Caton. regul. ita intelligēs ibi Iu-
risconsultū dicētem, Catonianam re-
gulam non procedere in conditiona-
libus institutionibus. Potest & obiter
dici Catonianā regulam, quæ in lega-
tis puris cōstituta fuit, quasi aliud in
cōditionalibus sentiens, minime sibi
locū vēdicare in institutionibus cōdi-
tionalibus: nam in his cessat ille sensus
à contrario Catonianæ regulæ expres-
sus in. l. 1. ff. de reg. Catoni. Itē pupilla-
ris substitutio cessat, & extinguitur,
si institutus, cui sit facta, exierit à po-
testate testatoris. l. cohæredi. §. cum fi-
liæ. ff. de vulg. Igitur, & fortiori ratio-
ne, ab initio fieri nō poterit ei, qui nō
est tēpore testamēti in potestate testa-
toris. Præterea extraneo à patria pote-
state nō potest fieri pupillaris substitu-
tio §. extraneo. inst. de pu. subst. ergo
si fieri non potest, admittenda nō est.

Quibus & alijs rationibus à receptis
De testa. P. sima

Caput Rainuntius. §. 5.

sima opinione recedunt Salyce. Paul.
 Imol. Cuma. & Ias. numer. 16. in. d. l.
 2. Angel. Aretin. in princip. de pupil.
 substitu. Zasius in libr. 2. singul. intel.
 lect. cap. it. 8. idem Zasius de substitu.
 titu. de pupil. substi. in. 3. requisito. Lá
 ce. Politus de substitu. pupil. nume. 21.
 Migli. in princ. inst. de pupil. substitu.
 Stepha. in Necyomantia. dialogo. 18.
 quos nuncupatim citare libuit, vt ap
 pareat ab illa veterum sententia fere
 omnes Iuniores discessisse. Nō obstat
 ratio illa, quæ à Docto. pro commu
 ni opinione adducitur ex mutatione
 qualitatis. Quia in hac quæstione non
 mutatur qualitas, sed ipsa substantia:
 siquidem substitutio pupillaris à vul
 gari in ipsa substantia differt, quod ne
 mo, opinor, negabit, qui rem ipsam
 attēte perpēdere velit. Maxime vero
 cessat prædicta ratio ex eo, quod hæc
 pupillaris ab initio nullo iure valida,
 minime parit vulgare omnino tacitā,
 quæ valida sit: missos etenim facia
 mus codicillos, in quibus pupillaris
 substitutio iure codicillorum produ
 cit fideicommissariam. l. Scæuola. ff.
 ad Trebel. Cum verba directa in codi
 cillis apposita oblique accipiēda sint.
 glos. communiter recepta in princip.
 insti. de vulga. substit. text. in. l. vlti. C.
 de codici. quod alibi tractabimus. At
 tamen pupillaris omnino expressa,
 quæ ex sola mēte testatoris, nō ex ver
 bis, vulgarem tacitam includit. l. iam
 hoc iure. ff. de vulg. hunc effectum ha
 bet cum valida est: nō autem eo casu,
 quo nullo iure subsistit: vitiatō etenim
 expresso, & principali, tacitum, & ac

cedens nō æquè principaliter omni
 no vitiat. l. 3. §. qui habet. ff. de serui. ru
 sti. prædi. nec. l. vlt. C. de hæredi. insti.
 quidquā facit, cū per illa verba. Sēpro
 nius Plotij hæres esto, ex verborū se
 rie deducatur vulgaris substitutio, quæ
 omnino tacita nō est, vt Imperator il
 la verba interpretatur, aut saltem nō
 est pupillaris expressa ibi substitutio.
 Superest modo respondere tex. in. d.
 §. sed si extraneum, cuius hæc sunt
 verba. Sed & si extraneum quis im
 puberem hæredē scripserit, potuit ei
 substituere, si modo eum in locum ne
 potis adoptauerit, vel arrogauerit, fi
 lio præcedente. Nam istex. ita intelli
 gendus est, vt extraneo substitui pos
 sit, si adoptatus fuerit modo, id est, eo
 tēpore, quo fit substitutio: dictio et
 enim, modo in præterito accipitur, au
 tore Donato in Eunuchō. Sic Cicer.
 li. 2. de officijs. Modo enim hoc malū
 in hanc rēpubli. inuasit. idē. 6. actione
 in Verrem. Quid dico, nuper: imo ve
 ro modo, ac plane paulo ante vidim?
 Vnde extraneū appellat ille tex. eum,
 qui à sanguine testatoris alienus erat:
 non tamen à patria potestate: quippe
 qui adoptatus fuisset ante testamen
 tum. Ioan. Cora. in. l. quanuis. 2. col. C.
 de impub. quo in loco nullū autorem
 citat huius intellectus, quē prius scri
 pserat. Lancel. Politus. titul. de pupil.
 substit. nu. 25. qui existimant, illum ne
 potē in casu, & specie. d. §. sed & si ex
 traneū. in potestate testatoris fuisse tē
 pore institutiōis, & substitutionis idē
 fatetur Stepha. in Necyomātia. c. 18. in
 telligens extraneū dici in. d. §. sed & si.
 eum

eum, qui quōdam extraneus fuerat: modo tamen sit in patris potestate cōstitutus per adoptionem, quod & Politus notauerat. Aliter etiam explicari nodus hic potest, si præmittatur illū nepotem tempore institutionis extraneum fuisse, & postmodum sequuta fuerit adoptio, ac demum post adoptionem substitutio, atq; ita illū text. interpretatur Ias. in. d. l. 2. nu. 16. Zafi. in. d. c. 8. & in. d. tract. de substit. tit. de pupillari. 3. requisito. & Vigli. in dict. princ. inst. de pupi. subst. ex quibus cōstat, eam rationem potuisse Iurisconsultum dubium reddere, quod substitutio pendens à testamento paterno, debeat referri ad tempus institutionis quo tempore nepos non erat in potestate. Item quod nepos ille, cui fuit facta substitutio, non fuit institutus tanquam suus, sed tanquam extraneus: & ob id dubium erat, an patre mortuo posset rumpere testamentum, & subinde pupillarem substitutionem.

4 Secundo, circa hanc substitutionem est agendum, quibus verbis fiat. Quia in re dicendum est, fieri quandoq; verbis generalibus, his quidem, Instituo filium meum Sempronium, & ei substituo Titium: nam si Sempronius sit impubes hæc substitutio pupillaris est verbis generalibus, idem si ita cōcipiatur, Instituo Titium, & Sempronium filios meos, & eos inuicem substituo. Est enim & hic pupillaris substitutio, si uterq; institutus impubes sit, expressa quidem quoad verba generalia, & tacita quoad specialia: quo fit, vt substitutio pupillaris esse possit, partim

tacita, partim expressa. Barto. in. d. l. 2. nu. 26. Fit itē verbis specialibus, quando testator meminit pupillaris ætatis, Instituo Sempronium, & filio meo Sempronio impuberi substituo Titium l. qui liberis. §. hæc verba. ff. de vulga. ex. l. facto. ff. eo. vbi si quis dixerit, substituo filio meo furioso, est exemplaris. Igitur idem erit, si dixerit, Substituo filio meo impuberi. Alex. in. l. precibus. nu. 8. C. de impub. Ripa in. d. l. 2. nu. 38. Politus de pup. subst. nu. 8. & Zafi. eo. tit. 2. col. & idē est, quod Barto. explicat in. l. 1. ff. de vulga. nu. 17. ex quo Regia. l. 5. titu. 5. part. 6. quæ illam substitutionem, cuius meminit Iurisconsultus in. d. §. hæc verba. tacitam appellat, est intelligenda quoad verba singularia, nam quoad specialia expressa ceteri debet, quicquid Bald. scripserit in. d. l. precibus. Erit & aliud exemplum, quod nu. 5. exponam. Fit deinde pupillaris substitutio verbis singularibus, & ita cōcipitur, Instituo filium meum, & si filius meus hæres erit, & intra pupillarem ætatem decesserit, substituo Caium. l. 2. ff. de vulg. & ibi communis.

Est autem & hæc substitutio expressa quoad istum casum, & tacita quoad alium, nempe, quando non erit hæres, & tamen in ætate pupillari decesserit. l. Iulianus. incipit aliàs, si pupillus. ff. de adqui. hæredi. Barto. in. d. l. 2. nume. 28. Imol. & Alexand. ibi. nume. 25. qui asserunt, prædictam substitutionem ad istum secundum casum extendi, quæ quidem opinio communis est, vt fatentur Ias. nume. 28. & Ri-

Caput Rainuntius. § 5.

pa nume. 41. in dicta. l. 2. Zasius in huius substituti. tracta. colum. 2. & Boëri. decisio. 38. nume. 14. & licet Curtio in dicta. l. precibus. numer. 34. visa fuerit dubia hæc sententia, atque omnino Polito displicuerit. §. & 6. quæst. tamè admittenda est, vel ex eo, quod substitutiones sæpissime extenduntur, magno earum favore. l. vlt. C. de insti. & substit. l. Gallus. §. & quid si tantum. Consultius sanè erit testatori, si semota ambiguitate in utrunq; casum concipiat substitutionem.

5 Illud vero adnotandum est, vulgarem substitutionem tunc omnino tacitam esse, cū sub pupillari verbis singularibus cōcepta, comprehendatur, vel quando in vnum casum concepta ad alterum extenditur, ex his, quæ in præcedenti. §. diximus. Ex quo deducitur in illa substitutiōe, Si filius meus in ætate pupillari decesserit, substituo Caium, quæ pupillaris est. Bart. in. d. l. 2. nume. 27. communiter receptus, secundum Ripam ibi nu. 4. quod ipse repetam. §. 9. nu. 1. cōtineri vulgare substitutionem expressam sane verbis generalibus, non omnino tacitā. Alexā. in. d. l. 2. num. 25. idem Alex. num. 7. & Doct. in. d. l. precibus. vbi Curtius nu. 39. hanc opinionem tutatur aduersus Deci. & est Alexan. sententia cōmunis teste Ripa in. d. l. 1. ff. de vulga. nu. 83. quo in loco plane asserit frequentiori calculo receptum esse, sub pupillari expressa verbis specialibus, non tamen singularibus, comprehendī vulgarem expressam verbis generalibus. Solū etenim omnino tacita vulgaris est

illa, quæ colligitur ex autoritate legis à pupillari verbis singularibus concepta. Curti. in. l. precibus. nu. 38.

Porro, substitutio, quæ facta fuerit sub mentione pupillaris ætatis, & ad ætatem pupillare restricta, etiam quo ad vulgarem expressam expirat, & finitur pubertate. l. in pupillari. ff. de vulgari. Bart. in. d. l. 1. col. vlti. Alexand. in dict. l. 2. col. 9. adiunctis his, quæ notat Barto. in. l. Centurio. ff. de vulgari. nu. 31. Curti. Junior in. d. l. precibus. num. 36. quibus accedit Regia. l. 10. titu. 5. part. 6. non tamen opinor dici quoad istum effectum pupillare restrictam ad ætatem illam pupilli, si ita fiat, Substituo filio meo impuberi Titium. ex Alexand. in dict. col. 9. & Bar. in. d. l. Centurio. num. 31. Erit igitur forma substitutionis ad ætatem pupillarem restrictæ in hunc modum, Si intra pupillarem ætatem decesserit, substituo Titium.

Illud sane prætermittendum nō est, vt planius hæc quæstio intelligatur, ex d. l. in pupillari. & d. l. Regia. tantum probari, substitutionem pupillarem finiri, & extinguī per pubertatem: nihil tamen inibi dicitur de vulgari sub ea comprehensa. Id circo quid de vulgari omnino dicendum sit, oportet examinare. Et sane Bar. in. d. l. 1. col. vlti. communiter receptus, multis conatur probare, vulgarem omnino tacitam. nempe comprehensam sub ea pupillari, Si hæres erit, & in ætate pupillari decesserit: omnino extingui pubertate. Quæ quidem opinio non probatur in locis à Bartol. & alijs adductis.

Nam

Nam tex. in. l. qui habebat. ff. de vulg. aliorum tēdit, cum inibi filius impubes hæreditatem patris adierit, atque ideo vulgaris exspirauerit per aditionem, non per pubertatem, secundum glos. Barto. Areti. & alios, in ea. l. qui habebat. Et præterea illa Iurisconsulti responsio rationē habet ex eo, quod spes substitutionis non transit ad hæredem substituti. Sunt & alia loca Iurisconsultorum pro Barto. adducta, quæ facillime tolluntur à contrariæ partis autoribus, præsertim ea, quæ de volūtate testatoris citantur, eo quidē quod testator voluerit restringens ad certam ætatem substitutionem pupillare, ultra eam minime dare pupillo substitutum, nec substitutum admitti. l. si ita quis. & l. qui plures. in. 2. ff. de vulg. etenim hæc ratio parum cōuincit, quia est intelligenda quoad pupillarem substitutionem: nā quoad vulgarem cōiectura maxima est, ne testator absq; hærede decedat, minime voluisse illam ad nominatam ætatem restringere. Sed tamen opinionem Barto. communem esse testantur Alexā. & Areti. in dicta. l. qui habebat, idem Alexan. & Ripa. in. d. l. i. nume. 225. Alberi. in. l. precibus. nu. 12. C. de impub. & alijs. Guiliel. Benedict. in hoc capi. Rainuntius. in tracta. vulgaris substituti. nume. 138. Zasius in tracta. substit. capitu. de vulgari. ad finem. Cui opinioni suffragatur, quod illa conditio, Si in pupillari ætate decesserit, adiuncta pupillari substitutioni, repetita cēsetur in vulgari: cum vtraq; substitutio ab eadem oratione procedat, ideo

q; debeat pariter intelligi. l. iam iure. ff. de vulg. In summa quidem Barto. sententia communis in hoc tendit, vt quoties pupillaris expressa restricta fuerit ad tempus intra pubertatem, tunc sane vulgaris inibi contenta per pubertatem expiret, quasi & illa eam conditionem habeat, Si pupillus hæres non erit, & intra pupillarem ætatem decesserit: vnde conclusio paulo ante ex Alexandro, & Curtio adnotata de vulgari expressa, contenta tamen sub pupillari verbis specialibus concepta, quod ea expiret per pubertatem, ex communi omnium sententia procedere videtur. *sup. obijct.*

Cæterum, hæc opinio communis ambigua est, multisq; rationibus euer ti potest. Nec tamen omnino impro batur autoritate glos. in. l. lex Cornelia. ff. de vulg. quia illa non tractat in specie de pupillari restricta ad tēpus pubertatis, idcirco aduersus hæc communem rationibus agendum erit.

Et primo, quod tacita vulgaris cōprehensa sub pupillari restricta ad ætatem pupillarem non expiret pubertate, probatur ab eadem ratione, quæ legem ciuilem induxit, vt ex mente testatoris, autoritate legis, quandoque verbis non omnino refragantibus, sub pupillari vtcunque, etiā verbis singularibus concepta, vulgarem tacitā inesse statuerit. d. l. iam hoc iure. Ea et enim est. Nam cum testator, casu quo filius sibi hæres esset, & impubes decederet, voluerit tam bona sua, quæ pupilli ad substitutum pertinere. l. sed si plures. §. ad substitutos. ff. de vulg.

De testa. P 3 verifi.

Caput Rainuntius. §. 5.

verisimile est, si pupillus sibi hæres nō esset, voluisse quod saltem bona sua ad eundem deferrentur substitutum, quē omnibus excepto pupillo prætulit. l. hæredes mei. §. cū ita. ff. ad Trebe. quod doct. adnotarūt, maximè Soci. in. d. l. i. nu. 13. ad fi. & Imol. hic in tracta. vulgar. substit. Hæc vero ratio, quæ nemo negare poterit, ita obtinet, si pupillus inoriatur post pubertatem hæreditate repudiata, ac obtineret, si intra pubertatem eadem repudiatione præmissa mortuus fuerit. Nec video posse controuerti in hac coniectura mentis testatoris.

Secūdo, quanuis sub pupillari expressa tacita vulgaris contineatur, & alioqui cum vitatur expressum, etiā tacitum vitari debeat. l. 3. §. & habet. ff. de seruit. rust. præd. l. qui ad certum. ff. locat. tamē hæc omnino cessant: cū tacitum est æque principale, & distinctum ab expresso. l. si fideiusor. ff. de lega. 1. At in hac quæstione manifesti iuris est, ita principale esse tacitā vulgarē, ut est ipsa expressa pupillaris, & quamlibet diuersis casibus obtinerē: tamē si altera sit potētior. Sic sane in l. 2. §. vlti. ff. de vulg. extincta vulgar. expressa per aditionē, manet salua tacita pupillaris. idē constat ex. l. quanuis. C. de impub. & alijs.

Tertio, etiā si præmittamus, expressam pupillare, & tacitam vulgarē, ab vna & eadem oratione procedere: possunt tamē diuersis modis intelligi, quia ratio diuersa cogit quidē ad diuersam interpretationem. Nam natura pupillaris est admodum distin-

cta à natura vulgaris: idcirco mirum non est, si dispari modo intelligatur vulgaris, quam fuerit intellecta, vel exposita pupillaris: imò necessaria est hæc diuersa interpretatio propter diuersam vtriusq; actus proprietatem. Nec oberit. d. l. iā hoc iure. quæ procedit ab ipsa mente testatoris reciproce duobus filijs substituētis: eas etenim cōtineri substitutiones voluit propter æqualitatē, quæ vtriq; filio possint cōuenire. In cōgruū enim videbatur, inquit Iuriscōsultus, ut in altero duplex esset substitutio, in altero sola vulgaris.

Quarto, expressio eius, quæ tacite actui iure inest, nihil operat, nec mutat ipsius actus propriam vim, & naturā. l. non recte. C. de fideiu. l. cōditiones. ff. de condi. & demon. sed in quacunq; pupillari substitutione, nempe ea quæ ita cōcepta fuerit, Filiom eo impuberi substituo Titiū, intelligitur illa conditio, Si in ætate pupillari decesserit. l. qui liberis. §. hæc verba. ff. de vulg. & est communis opinio. In hac vero specie vulgaris tacita nō extinguitur per pubertatem, ut Bar. & alij fatētur. Ergo nec in ea, vbi expressa fuerit conditio ista, Si intra pupillarem ætatem decesserit. Nec cōtrouerti potest: esse necessariā pupillari substitutioni hanc cōditionem, quod pupillus moriatur intra ætatem pupillarem, & nō fiat pubes, nec decedat post pubertatem, licet possit tēpus pupillaris ætatis restringi.

Quinto, utar Saly. argumētatione à diuisione inquam. Aut enim hæc restrictio ætatis pupillaris non restringit

git vulgarem, aut eā restringit. Priori casu probatur opinio communi contraria: at in posteriori, si mentio pupillaris ætatis vulgarem tacitam restringit, vt limitetur vulgaris ad tempus quatuordecim annorū, profecto negative limitatur in hūc sensum, si hæres nō erit intra tēpus pubertatis: vnde lapso eo tempore, substitutus quo cūq; tēpore & ætate ille, cui fuit substitutus, obierit & nō fuerit hæres, admitendus est: quia verū est, institutū non fuisse heredē intra pupillare ætatē: q̄ si ex aduerso dixeris, tēpus pubertatis restringit vulgare non negative quoad aditionē, vel repudiationē hereditatis: sed quoad mortē pupilli in hūc sensum, Si hæres nō erit, & intra pupillare ætatē decesserit, Respondeo hanc restrictionē esse impropria & extraneā à vulgari substitutione: cuius ppria cōditio & natura est, q̄ institutus nō sit hæres, nec ad eius obitū vnquā refertur: id enim pertinet ad pupillarem, vel si de commissariam, eisque similes substitutiones.

● Sexto, huic sententiæ accedit, q̄ nihil refert ad effectū substitutionē pupillarem ita factā esse, vt simul vnica substitutionē & vulgare cōtineat, vel q̄ vtrāque substitutio separatim fiat. l. iā hoc iure. §. si autem. ff. de vulga. & §. vlti. Nam vtroque casu vulgaris propriū habet effectum, & itidem pupillaris. Sed vulgaris separatim facta nullo tēpore restringitur, vt cōstat. Igitur nec est restringenda si simul cum pupillari fiat speciali ac singulari pupillaris substitutionis formula: quæ quidem

ratio satis vrget pro hac parte.

Septimo, eandem sententiam cōfirmat tex. in. d. l. iam hoc iure. vbiprobat, pupillarem expressam in vtrunq; casum factam censerī, in vulgare quidem si hæres non erit: & in pupillare, si in ætate pupillari decesserit: vnde colligitur, quocūq; modo cōcepta sit pupillaris expressa, quoad pupillare habere cōditionem illam: si in pupillari ætate decesserit: quoad vulgare vero illam, si hæres non erit, licet nō decedat in pupillari ætate. Alioqui vulgaris tacita sub pupillari contenta, nō esset vere vulgaris, imo magis accederet ad pupillarem, quæ proprie ea ætate restringitur, tamen si alios effectus distinctos habeat.

Octauo, erit hæc pars non admodū iniqua, si consideremus, non esse hanc interpretationem alienam à mente testatoris adiuncta simul legis interpretatione. Nā & si ad tempus ætatis pupillaris restrinxerit testator pupillarem expressam, mirum non erit, quod vulgaris tacita post istud tempus admittatur: siquidem vulgaris concepta in expressum casum, & euentum, quo si filius hæres non sit, nihilo minus si hæres sit, qui contrarius euentus constituitur, & in pupillari ætate decesserit, admittitur substitutus ex pupillari tacita. l. quanuis. C. de impube. & alijs.

Nono, eadem Saly. sententiā aduersus communem cōprobat, quod ex mente testantis illa clausula. Si intra pupillarem ætatem decesserit, aut in alia minori, tantū pertinet ad pupilli hereditatē, cū eius mors sit ad eā obtinen-

Caput Rainuntius. §. 5.

dā necessaria, & sic ad pupillare substitutionē, nō autē pertinet proprie ad vulgare, cuius propria cōditio est, q̄ institutus nō sit hēres. Eadē autē ratio subest, siue nolit esse hēres post pubertatē, siue intra eam aetate, quæ pupillaris sit: cum in utroq; tempore sit eadē ratio substituendi. Igitur nisi contrariū euidēter à testatore scriptum fuerit, præsumendum est, voluisse sibi hēredem substituere, quocunq; tempore institutus noluerit hēres esse.

Decimo, his accedit elegans Albe. sentētia. in. l. precibus. C. de impu. & alijs. nu. 82. quo in loco scribit substitutionē pupillare, quæ & exemplarem tacitam induxerit eò, quod pupillus in furorē post incidit, minime quoad tacitā exemplarem extinguī per pubertatem, si filius post eam obierit furiosus non obstante q̄ fuerit pupillaris ad aetatem pupillarem limitata. Huius cōclusionis ratio est, quia hæc tacita constituitur à lege ex mente testantis potius quam ex rigore significationis verborum, quæ quidem ratio manifeste probat Saly. opinionē.

Vndecimo, sunt qui pro hac Saly. cōclusionē cōtra vulgo receptā sententiam ita argumentētur. Tacita vulgaris perpetuo valet, & sustinetur etiā eo casu, quo pupillaris ab initio nulla fuit. Igitur fortiori ratiōe sustinebitur vulgaris tacita, quando semel pupillaris valida omnino fuit ab initio. Collectio argumētationis fit ex ratiōe text. in. l. si patre furioso. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. & similibus. Antecedēs probatur autoritate Bart. in. d. l. i. vlti.

q. ff. de vulg. qui eleganter asserit substitutionem pupillarem factam maioris, extraneo, vel à matre, statim ab ipso initio vulgarem tacitam continere: quod si dixeris cū Alexan. in. d. l. i. post Guiliel. de Cune. in. d. l. precibus. q. vlti. vulgaris substiti. hanc opinionē Bar. intelligendam fore eo casu, quo pupillaris sit absq; temporis limitatione. Quæram libenter, vbi ea facta fuerit cum temporis certi præfinitione, quo tempore finietur vulgaris tacita? Nam per pubertatem eam finiri cum pupillari, dici vere non poterit: quia pupillaris ab initio nulla fuit, nec per pubertatē extinguitur. Ab initio autem & tacitam vulgarem finiri, repugnat Bart. cōclusioni, quod autem ea tacita vulgaris per se subsistēs absq; pupillari, pubertate finiatur impropriū est, & contrarium naturæ vulgaris substitutionis, vnde Barto. opinio etiā admittēda est eo casu, quo facta fuerit pupillaris cum certi temporis præfinitione. Hæc vero vndecima argumentatio colligitur ex supra dictis, vtiturque Bart. Soci. in dicta. l. i. nume. 36. Igitur ad eius ampliorem cognitionē videamus, sit ne vera sententia Barto. Nam Soci. in dicta. l. i. in fine. & Cora. in. d. l. post aditam. C. de impube. nume. 28. defendunt Bar. opinionē, etiā in ea specie, qua facta fuerit substitutio cum certi temporis limitatione. Probat opinionem Bar. secūdum eum in. l. vlti. C. de hæredi. insti. quæ tamen tractat de vulgari expressa, atq; ideo Barto. sententia cōgruentius defenditur ex præsumpta testato-

ris voluntate: item ex eo, quod licet expressum vitietur, non tamen vitietur tacitum æque principale: quod iam in hac disputatione admonuimus. Sic denique Bart. opinio communis est, ut fatentur Socin. nu. 36. & Ripa col. ult. in. d. l. i. & eam sequuntur Imol. Alex. & idem Soci. ibi. Saly. in. l. si testamento. 4. col. C. de impub. & alijs. Faber. in. l. precibus. C. eo. tit. Bald. consi. 272. libr. 2. Signorol. consil. 235. num. 7. & Guiliel. Benedi. hic in tracta. vulgaris substitut. num. 139. Sed contra Barto. adducitur passim Accursij autoritas in. l. verbis civilibus. ff. de vulgar. & in §. extraneo. insti. eo. tit. qui communiter receptus asserit, substitutionem, quæ ab initio non potuit valere iure directo, valere iure obliquo, & sic ut fideicommissariam. Cui conclusioni aptatur exemplum in substitutione pupillari facta extraneo, aut à matre, vel maiori, & est tex. in. l. Scruola. ff. ad Trebel. gl. & Bart. in. l. i. q. 16. ff. de iure codic. Paul. consi. 12. lib. 1. doct. in. d. l. verbis civilibus. & est communis opinio secundum Ripam in dicta. l. i. col. ult. ff. de vulgari. Angel. in. §. vltim. instit. de pupil. substi. 2. col. & Roderic. Suarez in. l. quonia in prioribus. C. de inoffi. testamen. i. Fallent. fol. 5. & totius rep. fol. 50. col. 2. versi. & per prædicta alias consului. quo in loco eam conclusionem maxime inducit ad substitutionem pupillarem factam à matre. Est etenim maximus effectus, quod sit fideicommissaria, vulgaris vel pupillaris. Sed si substitutio ista potuisset ab initio valere ut vulgaris iure di-

recto, profecto non valuisset postea ut fideicommissaria, secundum communem in dict. l. verbis civilibus. per eum textum, valet autem ut fideicommissaria: ergo signum est, ab initio non potuisse valere, ut vulgarem. Quamobrem Ioannes de Imola, & Soci. in. d. l. i. ff. de vulg. ad fin. idem Imol. in hoc. c. Rainuntius. num. 52. in materia pupillaris, ne istæ contrariæ opiniones sibi obstant, opinantur, substitutionem verbis directis, vel communibus conceptam posse ante aditam hæreditatem valere ut directam: post aditam vero, ut fideicommissariam, nec hoc repugnare his conclusionibus, quæ traduntur in. d. l. verbis civilibus. Nam substitutio, quæ post aditam hæreditatem valet, aut valere potuit iure directo, nunquam obliqua fit. d. l. verbis civilibus. At ea quæ ante aditam hæreditatem potuit valere, aut valet iure directo, bene potest post aditam obliqua fieri, & obliqua valere, nulla est enim hic repugnantia. Et licet Imolæ distinctio displicet Ripæ in dict. l. i. nihilominus tenenda est ad conciliandas has duas opiniones, præsertim in substitutione directa dubia, quæ potius in aliam directam intelligitur, & adsumitur, gloss. communiter recepta in. d. l. verbis civilibus. in fine, qualis potest censeretur ea, cuius mentionem faciemus statim, versi. ex quibus infero.

Est tamen advertendum, hanc substitutionem fideicommissariam subintellectam in pupillari expressa facta extraneo, aut à matre, post aditam hæreditatem subrogatam pupillari directæ, ex-

Caput Rainuntius. §. 5.

tingui quidem post pubertatē, vt vere sapiat naturam pupillaris, cui subrogatur tex. in. l. si Titio. §. sicuti. & in l. seq. incipienti, quod fideicommissum. ff. de legat. i. vbi Bart. Paul. & Ias. in. 6. notab. Bar. & Paulus in. d. l. Scæuola. notat late Roder. Suar. in. d. i. Fallent. & Ripa in. l. Centurio. ff. de vulga. nu. 126. & sequen. quorum opinio cōmunis est, teste Guiliel. Bened. hic in tracta. pupi. substi. nu. 36. & 59. Et quauis hæc docto. sententia procedat, vt loquitur Iurisconsultus in. d. §. sicuti. in fideicommissio iniuncto à patre hæredibus ab intestato successoris filio, cui pater ipse testator poterat substituere pupillariter: hos enim etiā quoad legitimam filij potuit grauare onere fideicommissi. d. §. sicuti. nos vero tractemus, de fideicommissio, quod in legitima debita filio non potest cōstitui, quia testator non poterat pupillarem ei dare substitutū. l. ex tribus. C. de inoffi. test. tamen idem esse censeo in hac specie, quam tractamus, quia ex mente testatoris fideicommissaria: quæ adita hæreditate per pupillum, aut hæredem filium subrogatur pupillari, eandem qualitatem habet quam pupillaris, quod secus est in vulgari, quæ hæreditate nō adita per se subsistit, nec subrogatur alteri: casus quidem est testatoris mēs, vt si filius institutus, cui inutiliter pupillarem dedit substitutum, adierit hæreditatem, & obierit mortem post pubertatem, nullus sit substitutioni locus. Et sane pupillari & fideicommissariae conuenit limitatio temporis, quo mortem obierit in

stitutus, cum habeant locum hæc substitutiones hæreditate adita, vulgari vero, quæ negatiuam habet conditionem, proprie non conuenit limitatio temporis, quoad istam negatiuam conditionem, quocunq; enim tempore moriatur substitutus hæreditate non adita erit verū dicere, quod omni ætate, & quacunque eius parte hæreditas non fuerit adita. Hæc igitur dicta sint de sententia Bar. ind. l. i. ad fi. ff. de vulg.

Ex omnibus his, ni fallor, apparet quid respōderi possit ad ea, quæ pro communi sententia tradi solent, & deniq; veriore esse posteriorē opinionem communi cōtrariam, quam aduersus vulgo receptam assertionē defendunt, & iure veram esse cēsent, Saly. in. l. si testamento. col. 4. versi. reuoco in dubium an tacita vulgaris. C. de impub. & alijs Ripa in. l. i. col. pen. & ibi Alcia. col. vlt. ff. de vulg. Ioan. Corasi. in. l. post aditam. C. de impub. nu. 28. Lancel. Polit. de substitutio. titu. de pupillari. nu. 39. qui quidem in specie tenent, vulgarem tacitam cōprehensam sub pupillari ad certam ætatē restricta, non finiri per pubertatem, nec per eam ætatē, quæ nominatim adscripta fuerit, & in genere, quæ tacita vulgaris non expiret per pubertatem, tenet gl. in. l. lex Cornelia. verb. duodecim. ff. de vulga. quam sequuntur ibi Imol. & Cuma. & Signo. consi. 73 nu. 4. quorū autoritas etiā referri poterit ad pupillare restrictam intra certum tēpus. Nam ea est proprie pupillaris expressa, quæ tacitā vulgare proprie contineat, cum aliter concepta pupillaris

laris vulgarem satis expressam, nota-
citam contineat. Nec quidquam ob-
erit quod de testatoris voluntate ad-
duximus. Qui quidem restringēs sub-
stitutionem ad certum tempus, vide-
tur voluisse, quod ultra id ea substitu-
tio minime extendatur. Nam hoc ve-
rum est, quoad substitutionē expres-
sam, nempe, quoad pupillarem, non
autem quoad tacitam vulgarem.

○ Sed in eo casu, quo pupillaris fuit re-
stricta ad tempus pupillaris ætatis, nē
pe ad ipsam vltq; pubertatē, quod à iu-
re tacite subintelligitur in eadem sub-
stitutione, aduersus Barto. & commu-
nem tenent expressim Imol. & Soci.
in. d. l. i. nu. 57. ad finem. idem Imol. in
d. l. in pupillari. ff. eo. titu. dū approbat
ea, quæ in l. i. dixerat. idem notat Cu-
ma. in. d. l. lex Cornelia. col. vlti.

Et sane in hac controuersia cū Bar.
& alij plane tractauerint de vulgari ta-
cita, fortassis etsi communis foret ad-
mittenda, posset dici, eam non habe-
re locum in vulgari expressa, conten-
ta tamen sub pupillari concepta ver-
bis specialibus. Etenim cum hæc vul-
garis sit quodāmodo expressa, mirū
nō erit in tāta huius quæstionis dubi-
tatione, q̄ existimemus aduersus Ale-
xā. Cur. & plerosq; alios, vulgare mi-
nimū ē finiri, nec extingui pubertate in-
stituti. Quod est maxime consideran-
dum, vt tandem in vulgari omnino
tacita procedat communis cōclusio,
quæ adhuc in hoc casu certam proba-
tionem non habet. Et quod commu-
nis opinio nequaquā procedat in ea
substitutione, quæ vulgari expressa

fit, sub pupillari tamen speciali contē-
ta, probatur autoritate Baldi, cuius sta-
tim mentionem faciemus in quæstio-
ne, an mortuo pupillo viuente testa-
tore expiret tacita vulgaris. Nam &
istam quæstionem hoc in loco breui
quadā resolutione explicare libuit.

Ex quibus infero, quæ nā sit dicen-
da substitutio ea, quam semel in lite sa-
tis controuersa vidi ad examen addu-
ci, his quidem verbis à matre conce-
pta, instituto hærede, filio impubere.
Et si meus filius intra ætatem pupilla-
rem decesserit, substituo, & volo q̄
habeat mea bona, eaque hæreditet,
ac succedat in illis Titius. Ex prænota-
tise quidem videtur, hanc substitutio-
nem esse pupillarem expressam, inu-
tilem tamen, quia facta sit à matre: at-
que ideo in vulgarem tacitam esse in-
terpretandam. Ego vero fateor esse
pupillarem expressam, verbis tamen
specialibus, non singularibus conce-
ptam: & ea ratione quia inutilis est,
sub ea continetur vulgaris non omni-
no tacita: sed tacita quidē simpliciter
quoad verba specialia, cum nō fuerit
expressa vulgaris verbis specialibus,
si non erit hæres concepta. Igitur erit
saltē expressa verbis generalibus. Nā
vt omnino sit tacita vulgaris, conci-
pienda foret pupillaris in eum casum,
si filius hæres erit, & in ætate pupilla-
ri decesserit. His accedūt pulchra ver-
ba Socini in. d. l. i. ff. de vulga. numer.
36. ad finem. vnde, inquit, Soci. licet ta-
lia verba mihi, & in bonis meis, non
sint tantæ potentie, quod tollant pu-
pillarem substitutionem, tamen suffi-
ciunt

ciunt ad inducendam aliquam qualita-
tem in ipsam substitutionem, videlicet,
ut comprehendatur vulgaris expres-
sa. Haec tenet Soci. qui loquitur de pu-
pillari expressa omnino, atque etiam con-
cepta verbis specialibus. Praesertim
haec sententia tenenda est, quia licet il-
la verba, sit meus haeres, habeat mea
bona, non sint omnino propria solius
pupillaris substitutionis, imò & vul-
gari conueniant. l. i. ff. de vulga. & ta-
men quoties fit substitutio impuberi:
aut sub mentione pupillaris aetatis, pro-
pter mentem testatoris, qui pupillarem
constituere vult substitutionem, cen-
seantur congrue ad pupillarem perti-
nere. gloss. Bart. & docto. in. d. l. i. ff. de
vulga. tex. in. l. si ita. §. cum filio. ff. de bo-
no. poss. secund. tab. l. si quis a filio. &
ibi Areti. ff. de leg. i. verè inspecta ma-
terie subiecta, quia pupillaris ei non con-
uenit, nec verbis singularibus, si ha-
eres erit, & in aetate pupillari decesse-
rit, concepta fuerit, dicere possumus à
ratione cessante, hanc esse vulgarem non
omnino tacitam, imò quodammodo
ita expressam, ut magis expressa sit,
quam ea quae continetur sub pupillari,
verbis specialibus concepta: unde in hac
substitutione poterit minori cum dubi-
tatione admitti opinio Saly & sequa-
cium aduersus Bart. & communem: siquidem
haec substitutio multis nominibus ex-
pressa vulgaris est: nepe, quia cõtenta sub
pupillari verbis specialibus, non singu-
laribus ordinata, deinde propter illa
verba succedat in bonis meis, & mea
bona haereditet: maximè apposi-
ta in ea pupillari substitutione, quae ab

initio nullo modo valet ut pupillaris;
imò necessario, ut vulgaris est inter-
pretanda.

Ex proximè adnotatis quidam probare
conatur, & cõcedunt in hac substitutio-
ne vulgari tacita comprehensa sub pupil-
lari ab initio nulla, non esse admittendam
Bar. distinctionem in. d. l. i. ff. de vulg. in
ea quaestione, qua quaeritur, an à taci-
ta vulgari possit adsumere vires testa-
mentum: & in specie an mortuo pupillo
in vita testatoris expirauerit vulgaris
tacita simul cum pupillari expressa. Nam quod
testamentum possit incipere ab expressa vul-
gari, probatur in. l. i. §. p. secundo. C. de cad.
tot. & id est omnium consensu receptum: si
cuti & aduersus gl. itidem obtinuit, quod
possit incipere à tacita vulgari, quae post
mortem testatoris apparet pupillo repu-
diante: quod Bar. explicat in. d. l. i. nu. 30. &
seq. Sunt tamen in hac quaestione, quan-
do pupillus mortuus est viuo testato-
re: an à tacita vulgari possit incipere testa-
mentum, tres opiniones minime omittende.
Prima est opinio Dini in. d. l. i. affeue-
ratis, non posse testamentum ab hac tacita
vulgari incipere: cuius opinionem sequuntur
Rainc. in tract. substitu. tit. de vul-
ga. Bal. & Paul. in. l. si pater filium. ff. eo-
titu. Ioan. Andrie. in specu. rub. desta.
versi. ex quo superius. Angel. in. d. §.
pro secundo. idem in. l. lex Cornelia. &
in. l. si pater captus. ff. de vulga. Areti.
in. d. l. i. & alij relati per Ias. ibi. qui nu.
58. & Soci. num. 36. testantur, hanc opi-
nionem communem esse, ipse verò So-
ci. & Rip. late disputant, nec videntur
in hoc certam sententiam elegisse: ta-
met si in eam partem inclinēt, quae Di-

no contraria est. Præcipue pro Dino adducitur text. in. l. quid si filius. ff. de capti. qui tamen non probat necessario eius sententiam. Nam tractat de secundis tabulis, quæ ad pupillarem pertinent, non de vulgari adhuc tacita. Etenim licet hæc contineatur in pupillari, deducitur tamen ex mente testantis: & ad primas tabulas pertinet, ac per se subsistit: cum & si expiret pupillaris, frequenter vulgaris tacita salua manet, quippe quæ ad primum casum expectet. l. precibus. C. de impube. rationes autem pro Dini opinione adductæ facillime tolli poterunt, & tolluntur per autores partis contrariæ.

Secunda hæc in dubitatione sententia Bart. est distinctionem quandam proponentis in dicta. l. i. Cui apertissime refragatur tex. in. d. l. quod si filius. Et præterea rationes ipsæ pro Dino adductæ: idcirco hæc Bar. distinctio à posteris recepta non est: ut constat. Et ab omnib' fere reprobatur, ut inquit, Alcia. in. d. l. i. nu. 17. Imò huic opinioni Bartoli manifeste contraria est testatoris mens. Cum enim ex tacita vulgari substitutus admittatur, credendum est, testatorem nō mutasse testamentum, quia eum velit admitti, non autem excludi: siquidem decedit nō mutato testamento, in quo ad eius, & filij hæreditatē substitutum omnibus alijs successorib' post filiū prætulit.

Tertia est sententia gloss. in. d. l. lex Cornelia. verb. non existimo. Imol. & Cuias. ibi. glo. in dict. §. pro secundo. Et ibi Bal. ac Iacob. nu. 8. glos. in. d.

l. si pater captus. ff. de vulg. Imol. in. l. i. ff. cod. nu. 8. & ibi Claudi. nu. 38. Iaf. num. 58. Alcia. nu. 74. & Alexā. num. 32. Guiliel. Benedict. hic in tractat. vulgaris. num. 99. Zasius in tracta. substitutu. titu. de vulgar. §. effectu. Idem Zasius in interpretatione dicta. l. quod si filius. in tract. glossarum ad aliquot leges post varios, & singulares intellectus, quorum opinio communis est, ut testantur Ripa. in. d. l. i. nu. 167. & Alcia. in. d. nu. 74. nec Bart. ab hac opinione abhorret: quippe qui omnino discesserit in eius distinctione à rationibus Dini. hui' ultimæ opinionis ea est ratio, quod vulgaris tacita, & si sub pupillari contineatur, per se tamē subsistit, & æque principalis est, tamen si sit tacita. Quod manifeste constat, quia licet expiret pupillaris, manet tamen vulgaris. Quemadmodū & pupillaris tacita nō extinguitur, quanuis expiret per aditionē vulgaris expressa. l. post aditā. C. de impu. & alijs. Et ex Bart. in. d. l. i. atq; alijs satis colligitur, nō extingui vulgarē tacitā extincta pupillari expressam. Nam quod à tacita vulgari possit incipere testamentum extincta expressa, siue ea pupillaris sit, siue alia, probat. l. Nec enim. §. vlti. ff. de testa. milit. Antonin. ff. de fideicō. liber. Et de expressa vulgari, quæ ea non extinguatur mortuo instituto viuente testatore. text. est in. l. 3. §. vlti. ff. de libe. & posthu. cum multis similibus, quæ passim ad id citantur. Atq; ita ipse opinor, hanc tertiam opinionem iure veriore esse.

Imò & hæc ultima opinio etiā obtinet

Caput Rainuntius. §. 5.

net in vulgari tacita contenta sub pupillari ab initio inutili. Nam & in hac specie non minor est, sed eadem præsumptio mentis testatoris à lege deducta. Et præterea quia ab initio hæc vulgaris per se subsistit, ac valida est pupillari exclusa, cui nusquam fuit accessoria. Sic deniq; in hac specie adnotarunt Petrus de Ripa inter consilia Baldi. consi. 156. lib. 4. Rip. in. d. l. 1. nu. 167. & ibi Alciat. nu. 74. ff. de vulgari.

Verū etiam si admittamus primā Dini opinionē, ea obtinebit in vulgari omnino tacita: nēpè comprehensa sub ea pupillari, quæ habuerit illā conditionem, Si hæres erit, & in ætate pupillari decesserit. In ea vero vulgari, quæ saltē generalibus verbis expressa sit, minimè procedit. Nam hæc locū habet, quanuis pupillus mortuus sit viuo testatore: qualis est illa, si filius meus in ætate pupillari decesserit: cuius paulo ante mentionem fecimus: si cuti expressim, & eleganter tenet Baldus in. d. l. precibus. C. de impuber. & alijs. nu. 42. quem sequuntur ibi Pau. num. 11. Alexan. num. 7. & Card. hic q. 39. Alex. in. l. 2. ff. de vulga. num. 25. Areti. in. d. l. 1. Et ibi Soci. late. num. 36. vbi hanc asseuerat communem opinionem esse, quā & Ripa ibidem, nu. 167. probare videt. Est enim hæc vulgaris expressa, vt fatentur omnes, igitur ad rationem vulgaris omnino tacitæ interpretanda non est.

Ex quo & idem dicendum foret ad huc admissa opinione Dini, in ea substitutione, cuius exemplum modo exposuimus in versic. Ex quibus infero.

cum hæc non sit vulgaris omnino tacita: imò expressa saltem verbis generalibus, sicuti in eodem versic. probauimus.

Effectus autē huius substitutionis is est præcipuus: q̄ ex ea directe impuberi succedit substitutus. in princi. insti. de pupil. substi. Bar. & alij in. d. l. 2. Regia. l. 9. tit. 5. par. 6. Matrem pupilli etiam excludit à legitima portione, si ipsa substitutio expressa sit. l. Papinianus. §. Sed nec impuberis. ff. de inoffi. testa. c. si pater. de testa. in. 6. Bar. & cōmuniter docto. in. d. l. 2. nu. 31. quod in iudicio interiori animæ admittendum est: sicuti nos probauimus in. c. cum esses. ist. tit. nu. 11. tametsi ab hac communi opinione Bart. discedat Corasi. in. l. precibus. C. de impub. nu. 29. quo loco audacius quam par est asserit iniquissimam esse. cap. Si pater. constitutionem. Cæterum plurima, quæ huic substitutioni conueniunt, consulto omisimus, quod in dict. l. 2. latius tractentur, neq; enim omnia in hisce cōmentarijs libuit explicare: cum huius decisionis Pontificiæ non sit hæc principalis materia.

E X. §. S E X T O.

- 1 Exemplaris substitutionis diffinitio, & cui fieri possit?
- 2 Filio exheredato potest fieri exemplaris substitutio.
- 3 Pupillaris substitutio an cōseruetur per auth. ex causa. C. de lib. prat. & quid de exemplari?
- 4 Regia. l. 1. tit. 2. lib. 5. ordi. l. 24. Tauri. explicantur.
- 5 Quibus verbis fiat exemplaris substitutio?
- 6 Exemplaris matrem furiosi excludit.
- 7 Exemplaris substitutio qualiter extinguatur resipiscencia?

§. S E X-

§. S E X T V S D E
exemplari.



ST igitur substitutio
exemplaris, Testamētū,
q̄ à parētibus fit pro li-
beris minime testari
valētibus, furoris, vel si

1 milis morbi causa. Politus in tract. de
substitu. ti. de exēplari. ex. l. ex facto. ff.
de vulg. l. humanitatis. C. de impube.
Regia. l. ii. titu. §. part. 6. Et quia ad exē-
plum pupillaris substitutionis fit, exē-
plaris appellatur: atq; sicut pupillaris
dicitur testamētū pupilli, ita & hæc
exemplaris dicitur testamētū furio-
si. l. patris, & filij. ff. de vulg. Potest hæc
substitutio fieri etiam à matre, vt ex di-
ctis legibus constat. Nec tantum fit
furioso, sed & mente capto, dicta. l.
humanitatis. Iuncta. l. vlti. §. vltim. C.
de cura. furio. Theophilus in. §. qua ra-
tione. instit. de pupil. substitu. & idem
concedunt docto. communiter, qui-
bus mire conuenit text. in. l. generali.
§. duas. ff. de vsufr. lega. l. Licinius. §. vl.
ff. de lega. 2. §. furiosi. insti. de cura. l. cō-
filio. §. i. ff. de cura. furio. Item fit eadem
ratione his, qui testari nō possunt: mu-
tis inquam, surdis, dicta. l. ex facto. at-
que etiam prodigis, quibus testari nō
liceat ex interdicto, in quo cōueniūt
omnes in. d. l. ex facto.

2 Illud vero maxime dubium est, an
filio exhæredato fieri possit exempla-
ris substitutio? Sūt etenim, qui existi-
ment filio exhæredato non posse sub-
stitutionē hāc fieri, per tex. in. l. huma-
nitatis. quæ exigit, legitimā portionē

filio à patre substituente relinqui. ita
Bart. ibi. idem in dicta. l. ex facto. nu-
mer. 18. Alexand. colum. 8. & vtrobi-
que docto. communiter. Guiliel. Be-
nedict. tit. de exemplari. num. 20. qui-
bus obstat primum, quod pupillaris
substitutio, quam hæc ipsa imitatur,
rite exhæredatis fit. l. i. ff. de vulg. Item
furiosus exhæredari recte potest, cō-
missa ante furorē ingratitude causa.
l. nonnunquam. §. si vi, aut clam. ff.
de vsuca. l. vltim. §. sed cū antiquitas.
C. de curat. furio. Bar. in dict. l. ex facto.
num. 19. vbi. Ias. nu. 29. dicit hanc opi-
nionem cōmunem esse. Quin & ver-
ba. l. humanitatis. potius hanc senten-
tiam, quam communem probant. Le-
gitima, inquit imperator, portione ei
vel eis relicta, quos voluerint, his sub-
stituere parentibus liceat, vt occasio-
ne huiusmodi substitutionis, ad exem-
plum pupillaris, quærela nulla contra
testamētū corū oriatur. Ecce quam
evidenter ius æquale constituitur re-
spectu querelæ, & exhæredationis in
pupillari, & exemplari, vt quiuis ab
eadem cōstitutione, ni ceruicosus esse
velit, colligere possit pupillarem sub-
stitutionem, rite exhæredatis fieri pos-
se, atq; eodem iure exemplarem. Ex
quibus constat probabilius multo ef-
se, exemplarem substitutionem posse
fieri filijs ritè exhæredatis, aduersus
communem opinionem, quæ dubia
visa fuit Polito. de exemp. subst. num.
11. & Curtio Iuniori in dict. l. huma-
nitatis. colum. 3. Dices forsan optime le-
ctor, hanc quæstionem non admodū
vtilem esse. Nam sicuti pupillaris sub-
stitutio

Caput Rainuntius. §. 6.

3 **S**titutio iniuste exhæredatis facta rupto testamento conseruatur. authen. ex causa. C. de liber. præter. quod expressim norant Bartol. Alexand. Ias. in. l. 1. §. vltimo. ff. de vulgar. Ripa in dicta. l. 2. num. 32. Zaf. de substitu. pupil. num. 21. & eodem titul. Politus num. 34. qui quidem ab ipso Iasone, hanc profitetur communem esse, quã Curti. Iunior sequitur in. d. authen. ex causa nu. 53. Sic & exemplaris substitutio valida erit, licet testamentum patris rumpatur. His etenim respõdeo, nec pupillarem substitutionem conseruari rupto testamento: ex eo quod testamētum patris est necessarium ad hoc vt filij testamentum hoc procedat, & valeat. §. liberis. insti. de pupil. substi. l. 2. §. prius. ff. de vulga. & si testamētum patris euanescat, tollitur & pupillaris substitutio dict. l. 2. §. plane. l. Papinianus. §. sed nec impuberis. ff. de inoffic. testa. & in. d. §. liberis. Nec obest decisio authen. ex causa. quia ex illa Nouella ea tantum conseruantur rupto testamento, quæ absq; hæredis institutione consistere possunt: at illa, quæ necessario, & præcise exigunt præuīā hæredis institutionem, minime rupto testamento effectum habere possunt: vnde verius est, pupillarē substitutionem rupto testamento nequaquam conseruari ex dicta Nouella, quod asserunt Dinus, Petrus à bella Pertica, & nouissimè Ioan. Igne. in. d. authen. ex causa. num. 127. quam opinionem probat Regia. l. 10. titu. 5. part. 6. atq; ei minime refragatur Regia. l. 24. Taur. quippe quæ loquatur in melioratione

quæ fieri potest absq; hæredis institutione, in codicillis, & in alia quacunq; dispositione lex deinde Prima. tit. de testa. lib. 5. in ordi. regijs. quæ non adita hæreditate ab hærede scripto, legata, & cætera scripta in testamento seruaanda esse æquissimè sanxit, adhuc non obstat: eam etenim intelligo in his, quæ præcise institutionem hæredis non requirunt: * id est in his, quæ scribi, ac disponi possunt in eo actu, qui hæredis institutionem non requirit, nec admittit, qualis est codicillorum, in quibus etiam testamento confirmatis pupillaris substitutio fieri nõ potest: quod omnes fatentur. Ergo, quæ in codicillis agi, ac disponi poterat, ea ex Iustiniani Nouella salua manent. * secus vero in his, quæ absque hæredis institutione minime subsistunt. His etiam accedit quod Ias. in dicta. l. 1. §. vltimo. in fine. dixit posse opinionem contra Barto. & communem defendi. Nec quidquam confirmat communem opinionem, quod fideicommissa, legata, & datione tutelæ sustineantur rupto testamento ex causa præteritionis, vel exhæredationis. Quia hæc non adeo requirunt hæredis institutionem: imò absque ea quãdoq; consistunt. l. 3. ff. de cõfirma. tut. * Ex qua, & ex alijs Francis. de Ripa in dict. l. 2. num. 33. quanuis sequatur Bart. & aliorum opinionem, plane conatur probare, hanc responsionem veram esse, eamq; optime defendit. Cui addiderim ipse, vt opinor, non in congrue, nihil referre, quod datio tutorũ in codicillis valida sit modo

do

do testamento fuerint confirmati, ex eo quod codicilli à testamento robur accipiant: Nam & si concedamus, nō aliter valere dationem tutorum in codicillis, quam si expresse, vel tacite fuerint testamento confirmati: quod est alibi tractandum: illud dubio procul nec negari potest, neque est probatu difficile, imo ex ipsius iuris ciuili primis fere elementis constat, codicillos etiā testamento confirmatos propriā codicillorum retinere naturā: atque in eis non posse ea disponi, quæ testamentum necessario requirūt. l. quod per manus. ff. de iure codicil. qua in re non negamus quæ adnotari solent ex Iuriconsultis. in. l. asse toto. ff. de hæred. instit. & in. l. hæredes palam. §. i. ff. de testam. ab Imola in dict. l. asse toto. Alex. ex Ias. in. l. i. C. de codicil. id vero, quod diximus, nempe codicillos cōfirmari tacite testamento, ex eo constat, q̄ codicilli ante testamentū facti, per id cōfirmari censentur, si testator ab his, quæ in codicillis voluit, nō discesserit, quāuis expressim confirmati non fuerint. §. sed cum ante. Inst. de codicil. atque ibi glo. & Angelus. tex. in. l. ante. & ibi gloss. ff. eod. titu. gloss. Dini, Bart. & Alberi. in. l. testamento. ff. de testam. tut. imo idem dicendum esse de codicillis post testamentum factis ab eo tamen speciali mētionē minime confirmatis, asserunt idem Accurs. in. d. §. sed cum ante, idem & Bart. & Alberi. in. d. l. ante. ex Iuriscōsulto in. l. 3. §. vlt. ff. de iure codicil. ex quo Balduinus in dict. §. sed cum ante sensit, & palam asseuerat Duarenus

lib. 2. disputat. cap. vlti. codicillos post testamentum factos nulla indigere cōfirmatione: quorū sententiā in eo sensu mihi probatur, vt in eo testamento tacite censeātur confirmati codicilli à quo vires accipiunt. Neque diffitemur, tutores datos in codicillis nullo facto testamēto, iure directo nō posse id munus obire, debere tamē à pratore cōfirmari, q̄ iure cōmuni asseuerat Cinus, & Bald. in. l. & si à patre. C. de confir. tut. Aretin. in. l. i. nu. 17. ff. de vulg. Soci. conf. 283. col. 3. Dignus & Albe. in. d. l. testamēto. quāuis minus diligēter adduxerit ad id Albe. Iuriscōsultū in. l. sæpe. §. nā cū. ff. de verb. sig. neq; mihi placet hac in re differētia, qua vtitur Faber in dicto. §. sed cum ante. Atque hæc obiter dicta sint de obiectione ista: sic etiam parum refert, quod dictio, Cætera, contineat inter alia & substitutionem. l. qui plures liberos. §. vltimo. ff. de vulg. l. nam quod. in. §. vlti. ff. ad Trebellia. Nam id procederet, nisi ratio diuersa plane dictaret, nō esse capitula expressim à Nouella Iustiniani cōfirmata, ad substitutionem trahenda. Maxime cum substitutio vere dici possit institutio, quia per eam hæres instituitur: Et tamen ipsa Nouella institutionem hæredis in specie rumpi & improbari velit. Deinde verba illa, Cætera namq; in authentic. ex causa. non sunt Iustiniani, sed Irnerij: siquidem Authenticæ Codicil. insertæ, nō fuere eidē operi per Iustinianum, nec eo tempore, nec eius autoritate adscriptæ, sed multo post ab eodem Irnerio, Alberto,

Caput Rainuntius. §. 6.

Bulgaro, & alijs. Quod & Gregorius Holoander in præfatione Codicis Iustiniiani; & plerique alij adnotarunt, idque ex eo constat, quod non semper fidelis redditur sententia, nec eadem litera: imò admodum diuersa Iustiniiani Codici apposita fuit ex Nouellis, deinde Codici Iustiniiani insertæ fuere authenticæ cōstitutiones Frederici primi, qui multo post Iustiniianum imperium obtinuit. In ea autem Nouella Iustiniiani, vt cum de appellatione cognoscitur. §. aliud. expressim nominatur quæ rupto testamento firma manet: inter quæ nulla mentio fit pupillaris substitutionis, tãctsi inibi expressa non restringat dispositionem, ac potius eam declarent. Et vere ibidẽ cæterorũ nulla mentio fit. Præter hæc licet pupillaris substitutio fauorem respiciat pupilli. l. si pupillus. ff. de adquiren. hæredita. non est hæc ratio sufficiens, vt eadem substitutio sustineatur rupto testamento. Quod patet in dict. §. Sed nec impuberis. & in dict. l. 2. §. plane. ff. de vulg. maxime quia nõ potest iusta ratione dici substitutionẽ pupillarem esse omnino filio pupillo fauorabilem, cum ea facta fuerit in dispositione ipsi, vel fratribus iniuriosa: item cum ex ea pupilli mater excludenda sit, alijq; hæredes legitimi, iure sanguinis dilecti, & sibi coniuncti. Ex quibus constat, opinionem Dini veriorem esse, quam etiam defendunt Bald. in dict. authen. ex causa. num. 30 & Ioan. Corasi. in l. si testamento. nu. 22. C. de impuber. & alijs. Quæ ratione adhuc iure communi, cum opinio cõ-

munis dubia sit merito foret restringenda vt eam nequaquam admitteretur, vbi extraneus esset substitutus pupillo omisis pupilli fratribus: quod tenent Paul. in d. authen. ex causa. licet ei refragetur Corneus ibi: & Alexand. in dict. l. 1. §. vlti. ff. de vulg. Item nec in eo casu, quo ipsimet præterito esset facta pupillaris substitutio, propter iniuriam ei à patre illatam, sicuti notat idẽ Pau. Castren. in l. ex duobus. §. vlti. ff. de vulg. Guido Papæ confi. 97. quanuis & in hoc Alexan. & Areti. in dict. l. 1. §. vlti. adhuc contrarium teneant, opinionem communem ad hunc casum extendentes. * post Imol. nu. 4. & Cuma. ibi. nu. 6. & Bald. in l. Humanitatis. nu. 31. C. de impub. & alijs. quos etiam Ripa sequitur in. d. l. 2. num. 33: qui & extensionem istam communiter receptã esse post Alex. asseuerat. *

Quod vero attinet regiam partitarum cōstitutionem, & si errare, ac falli possim, mihi certissimum est, opinionem communi contrariam eã cōstitutione, & lege probari. Scio etenim non esse præsumendam, nec facile constituendam correctionem decisionum iuris communis per eas cōstitutiones, quas leges partitarum appellamus. Contendam tamen quandoque per leges istas eas opiniones probari, quæ interpretationem dubiam iuris Cæsarei attingunt, & à posteris communi omnium iudicio fuere improbatæ. Quæ in re falli potuerunt viri illi prudentissimi, qui opus illud partitarum in ordinẽ, & Hispanum sermonem deduxerunt,

rūt, in hac autem quæstione planum est, quid lex Regia voluerit, eo enim tēpore nulla erat constitutio iuris Cæsarei de pupillari substitutione conferuanda rupto testamento, aperta quidē præter rex. in. d. l. 2. §. plane. Et in. d. §. Sed nec impuberis: nec erat certa ea interpretatio, quā Nouelle Justiniani Accursius, Bar. & alij conātur aptare, imo forsā vsq; ad Bart. ætatē pluriū autoritate comprobata erat cōtraria opinio, idcirco Regia lex in sermonē Castellanū traduxit manifeste respōsa iuris consultorū in dicto. §. Sed nec impuberis. & in dict. l. 2. §. plane. Hęc tandem aduersus cōmunem opinionem eo animo scripsi, quod mihi ea sententia nusquam placere potuerit, & si sciam, sic huic disputationi præiudicatum esse, vt vix quisquā sit à recepta sententia discessurus: quod & ipse probauerim, si in lite controuersa iudex sententiam ferre debeat. Nā & in hoc regno dicta Regia lex prima, in eū sensum frequētissime recepta est, vt omnia in testamento contenta, firma, & valida esse censeātur cuiuscunque conditionis sint, modo de testatoris voluntate cōstet. * Satis tamen erit vt locus sit pupillari substitutioni, impuberem, cui facta fuerit in re certa institutū fuisse. text. & ibi glo. in capitulo si pater. ist. tit. in. 6. verbo, eidē.

Fit autem exēplaris substitutio verbis generalibus in hūc modum. Instituo Titium & Sempronium filios meos hæredes, & eos inuicem substituo: nā si vterq; furiosus sit, inest sub his verbis exēplaris substitutio expressa ver-

bis generalibus. Bart. in. l. Lucius. nume. 16. ff. de vulga. Alex. col. pe. Ias. in. Ripa. nume. 34. in ea. l. Lucius. Zafi. tit. de exemplari. colum. 2. Imola hic dum tractat de substitutione breuiloqua, idem erit, si filio furioso pater ita substituat. Filio meo substituo Titium, quanuis enim nulla fiat furoris mentio: attamē ex eo, quod ipse, cui substitutio fit, est furiosus, iudicāda est exemplaris hæc substitutio, hoc ipsum est, q̄ voluit Bar. in dict. l. ex facto. nu. 25. à quo Ripa ibi, nu. 78. discedit, dū Bart. hæc substitutionem tacitā appellauit, in quo ipse Bart. sensit, esse tacitā quo ad specialia verba, non tamen quo ad generalia: quod non aduertit Ripa.

Item exemplaris substitutio verbis specialibus concipitur, quoties mentio furoris fit. Quid enim si pater ita substituerit? Filio meo furioso substituo Titium: est quidem hæc exemplaris substitutio, quæ etiam completitur vulgarem expressam, si filius, restituta sibi sana mente, noluerit esse hæres, vel adhuc furore præualido, fuerit eius nomine hæreditas repudiata. Et deinde pupillarem itidem expressam generalibus verbis, si ipse filius liber à furore decesserit intra pubertatem, & idē si decesserit ante pubertatem in furore. Quod si post pubertatem decesserit, & furiosus, erit vere exemplaris. Bart. in dicta. l. ex facto. colum. 3. cuius opinionem dicūt esse cōmunem Ias. nu. 22. & Ripa. nu. 60. Idq; plurimum interest ob varios cuiusq; substitutionis effectus. Sed & si Pater filio furioso & impuberi sub-

Caput Rainuntius. § 6.

stituerit expressim, si in furore decesserit: erit vulgaris repudiata paterna hæreditate: atq; etiam pupillaris, si intra pubertatem in furore mortè obierit, si vero post pubertatem, erit exemplaris: ante pubertatem autem cessante furore, & impubere in sana mente defuncto nullius effectus censetur isthæc substitutio. Alex. in dicta. l. ex facto. num. 31.

Tertio fit exëplaris substitutio verbis singularibus: cuius exemplum sit. Si filius meus hæres erit, & in furore decesserit substituo Caium. Erit fortassis & his verbis saltem in genere expressa pupillaris substitutio, si filius intra pupillare ætatem decesserit: in quo sunt notanda verba Bart. in dict. l. ex facto. 3. colum. modo pupillus in furore decedat, ex Alexan. quem paulo ante citauimus, ex his etenim quæ hac in materia traduntur, in summa potest colligi hæc formula, quæ tamè in vnũ concepta casum, furoris inquam, ad alium trahitur, nempe, si prodigus, si mutus & surdus, filius testantis decesserit. Bart. in dicta. l. ex facto. num. 28. & ibi Alexander numero quadragesimo secundo.

6 Hæc verò substitutio non ita libere fit, tenetur siquidè pater substituere filio furioso eas personas, quæ exprimuntur in dicta. l. humanitatis. & in. l. ii. titu. 5. par. 6. Habet sane rite facta exemplaris substitutio eum effectum, vt substitutus directò bona furiosi capiat, atque matrem furiosi omnino excludat. Barto. in dict. l. ex facto. nu. 30. vbi Alexã. Ias. nu. 43. Ripa

nu. 85. dicunt hanc opinionem communem esse: idem fatètur Guiliel. Benedi. hic verb. absq; liberis. titu. de exëplari. num. 33. Deci. & Curti. Iunior nu. 15. in. d. l. humanitatis. eam defendentes aduersus Ias. ibi. & in dicta. l. ex facto.

7 Extinguitur hæc substitutio cessante morbo, vel impedimèto. d. l. ex facto. & l. humanitatis. Scribit tamen Bart. in. d. l. ex facto. nu. 40. cessante furore, vel impedimento non extinguipenitus hanc substitutionem, sed suspendi, & cessare, ita vt redeunte furore, rursus hæc substitutio recipiat vires, cessat etenim, non omnino extinguitur. l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verbo. obliga. l. qui res. §. aream. ff. de solutio. eandem Bar. opinionem defendit Alex. in. d. l. ex facto. col. pe. vbi Ias. nu. 49. & Ripa nu. 102. dicunt eam cõmunem esse, quam etiã sequitur Guiliel. hic tit. de exëplari. nu. 47. Ab ea tamen discedunt Decius in. d. l. humanitatis. col. & Politus titu. de exemplari. ad finem. Zasius vero eodem titu. Bart. opinionem approbat, vbi furor rediret postbreue tempus: tũc etenim nõ videtur, extinctum esse furorẽ, qui prius aderat in eo, qui furiosus erat inubratæ quietis. l. quod meo. ff. de adqui. poss. Sic cum eadem mulier ad eundem virum reuertitur, matrimonium idem esse putat Martianus, si non multo post tempore interposito reconciliati fuerint. l. plarique. ff. de ritu nupti. Vnde in hac specie, quam tractamus, si furor recidiuus est, & nõ multo tempore postea

redit,

Caput Rainuntius. §. 7.

si uterque vixerit, vtrique: si alter alteri totum debbitur. Illis etiam verbis, quorum mentio est apud Iuriconsultum in. l. Titius. ff. de hæredi. institu. Titius, inquit, & Seius, vterque eorum viuet, hæres mihi esto. Existimo si vterque viuat, ambos hæredes esse: alteroq; mortuo, eum, qui supererit, ex asse hæredem fore. His etenim verbis reciproca substitutio comprehenditur teste Bar. in. d. l. Lucius. 1. col. Cui suffragantur Doctores communiter, secundum Ripam numero. 13. atq; sub hac reciproca hæc verba concepta contineri vulgarem substitutionem, expressam verbis generalibus sensit Bartol. in. d. l. 1. ff. de vulga. num. 17. & ibi Ripa numer. 106. post Bal. & Imol. in. l. Titius. Imo etiam pupillaris expressa in genere præfata formula comprehenditur, si personarum qualitas hoc patiat, quod Bart. in. d. l. Lucius. concedit, dum hanc substitutionem sensit reciprocam esse: illa siquidem verba, Hæres mihi esto, non impediunt pupillarem substitutionem. l. 1. ff. de vulga. ita communiter intellecta: & notat Politus titu. de vulga. numer. 21. ex quo cessat ratio Alberi. in rubri. ff. de vulgari. nume. 78. dicentis. in. d. l. Titius, esse tantum vulgarem substitutionem, non reciprocam, ex eo, quod verba vulgari substitutioni conueniant. Et licet in. l. quia. ff. de hære. insti. scriptum sit, dictæ institutioni inesse tacitam substitutionem, & idem Regia. l. 2. titu. 5. part. 6. est tamen id intelligendum, quo ad verba specialia: nam quo ad generalia est expressa. Nec inficior frequen-

tissime vulgarem substitutionem sub præmissa formula intelligi: quod præter Bartol. Alberi. Imol. Baldum, & Ripam, dicta Regia. l. 2. probat. Non autem est confestim dicendum, data institutorum capacitate minime posse ex eadem formula deduci pupillarem substitutionem. Hinc potest intelligi id, quod ex dicta. l. si fundum. §. his verbis. adnotauerunt Roma. singu. 400. & Alexan. in. l. hæredes mei. §. vltim. colum. 1. ff. ad Trebellia. dicentes in eadem specie illius. §. cum, qui viuus erit: admitti ad integrum legatum iure non decrescendi. Fit item reciproca verbis specialibus in hunc modum, Titium, & Sempronium instituo, & eos inuicem substituo. dicta. l. Lucius. Præterea fit verbis singularibus, Titium, & Sempronium instituo, & Titio substituo Sempronium, & Sempronio substituo Titium. dicta. l. iam hoc iure. ad finem. Alberi. in rubri. ff. de vulgari. numero. 82.

Ea vero est huius substitutionis vis, ac potestas, ut omnes illas substitutiones complectatur, quæ pariter conueniunt, & æquabiliter vtrique substituto: quod receptum omnium consensu est, & sequentibus assertionibus constat. Primum etenim si fiat duobus extraneis hæredibus institutis, duas vulgares continet. Ex epli gratia. Instituo Titium & Sempronium, & eos inuicem substituo. Nam vtrique substitutio alterius fit eo casu, quo hæres non fuerit. Itè potest inducere reciproca substitutio duas fideicommissarias: siquidem facta in testamento verbis obliquis eas manife-

manifeste præ se fert his verbis. Instituo Titium & Sempronium hæredes, atque rogo eosdem, ut inuicem alter alteri hæreditatem restituat. Facta vero verbis directis in codicillis eundem effectum operatur. l. Scauola. ff. ad Trebelli. etiam si fiat filijs. Barto. in. d. l. Lucius. col. 2. In testamento tamen constituta hæc ipsa substitutio verbis directis non includit fideicommissarias. l. 2. C. de impub. vbi Deti. & Curti. nu. 7. & 8. post alios hoc notat, dicentes hanc comunem Barto. in. d. l. Lucius. pe. q. vbi Ias. col. 14. eam dicit comunem: & Soci. consil. 6. col. 2. vol. 3. Sed dum Bart. in. d. l. Lucius. col. 2. voluit, hæc substitutionem verbis directis factam in codicillis, etiam inter filios fideicommissarias tantum, non directas comprehendere, quibusdam displicet ex eo, quod pater inter liberostestari possit minori solennitate, quam sit in codicillis necessaria. l. hæc consultissima. §. ex imperfecto. C. isto titul. & quod in codicillis possit pater fauore liberorum directe substituere, ut ipse Bart. fatetur in. l. militis. in principi. ff. de testam. mili. Et ideo aduersus Barto. in. d. l. Lucius. insurgunt Areti. & Iaso. col. 3. Guili. hic in materia reciproca. nu. 18. Zafi. in tract. de breuiloqua. 2. col. quorum opinio æquior est, licet Politus Bartol. defendere conetur in tracta. de reciproca. nu. 4. Potest deinde hæc substitutio continere quatuor substitutiones, duas pupillares, ac duas vulgares, si facta sit duobus filijs impuberibus. Iam hoc iure. & d. l. Lucius. vbi Bart. & doct. passim hoc

fatetur. Quod si hi filij impuberes & furiosi essent, sed substitutiones ex hac colligi poterunt, duas pupillares, duas vulgares, ite duas exemplares, secundum comunem. Poterit & octo substitutiones complecti, si fiat verbis compendiosæ substitutionis, & duobus impuberibus simul ac furiosis, cum possit præter duas pupillares vulgares, & exemplares, duas item fideicommissarias continere, ratione compendiosæ, quod sequenti rubrica dicemus.

Cæterum, si hæc reciproca substitutio facta fuerit duobus inæqualibus, illa tantum substitutionem continet, quæ utrique couenit. Iam hoc iure. sic frequentissimo consensu intellecta. ff. de vulg. explicat præ cæteris Ripa in. d. l. Lucius. numer. 16. & nouissime Stephanus in Necyomatia. cap. 13. id disputatione præuia professus, huic comuni opinioni locum non esse, quum voluntas testatoris eidem refragetur expressim, vel tacite. Sed & si reciproca substitutio diuersis orationibus constituitur, inerunt omnia inæqualitate omnes, quæ tacite, vel expresse cui libet instituto coueniunt. d. l. iam hoc iure. adiuncta glo. verbo, intelligatur. quam Docto. ibi recipiunt communiter. Quo fit, ut substitutio ista, Instituo hæredes Titium impuberem & Sempronium puberem filios meos, & si pubes hæres non erit, substituo ei impuberem: & si impubes hæres erit & in ætate pupillari decesserit, substituo ei puberem. Hæc expressa pupillaris comprehendet tacitam vulgarem. Hæc denique substitutio, Instituo Titium, & Sem-

Caput Rainuntius. §. 8.

§. OCTAVVS.

pronium filios meos hæredes, & Sempronio substituo Titium, & Titio substituo Sépronium, complectitur vulgaré, & pupillarem expressas, tamen si vtriq; instituto nó aptetur pupillaris, quia alter erat pubes.

Extinguitur sane reciproca eo modo, quo quælibet substitutio in specie ab ea deducta solet extinguí. Quod si semel in altero ex institutis quædã substitutio cessauerit, quæ tamé ab initio locum obtinuerat, nó expirat in altero eadem substitutionis species. Nam licet modo inæqualitas detur, ex tempore cõtingit, cū ab initio actus esset æqualitas. Bar. in. d. l. Lucius. nu. 9. cuius opinio communis est, secundum Iaf. col. 5. & Ripam ibi, nu. 25. idem notant Politus in tract. reciproca. vltim. col. & Zaf. col. 3.

EX. §. OCTAVO.

- 1 Intellectus. l. Titia Seio. §. Seia. ff. de lega. 2. §. l. vel singulis. ff. de vulgari.
- 2 Substitutio facta vltimo morienti in tota hereditate, reciprocam inter institutos præmittit.
- 3 Substitutio vltimo morienti facta indefinite reciprocam inter institutos inducit.
- 4 Substitutio fideicommissaria, post mortem plurimum constituta, etiam in tota hereditate, non inducit reciprocam inter institutos, imò post cuiuslibet obitum admittitur substitutus.
- 5 Substitutio pupillaris facta pluribus pupillis, nõ operat inter eos reciproca substitutione, sed eis manet ius legitimæ successions illæsum.
- 6 Substitutio pupillaris facta vltimo morienti in tota hereditate, inducit reciprocam inter institutos.
- 7 Substitutio pupillaris facta vltimo morienti in tota hereditate, operatur fideicommissariam substitutionem inter institutos, si alter primo factus pubes decesserit.



Orro sunt qui opinentur, reciprocam substitutionem aliter etiam constitutam censerí. Nempe, si pluribus hæredibus institutis, quis vltimo morienti, aut ei, qui vltimo decesserit, substituat: asserunt etenim reciprocam substitutionem inter eosdem institutos, ab ipso testatore censerí constitutam fuisse. text. celebris in. l. Titia Seio. §. Seia. ff. de legatis. 2. quem esse singul. profitentur Bart. & Paul. ibi Alexan. in. l. hæredes mei. §. cum ita. 2. col. ff. ad Trebell. & plariq; alij. Nam ex eo apparet, fideicommissum relictum ab eo, qui vltimus ex pluribus hæredibus institutis decesserit, operari hunc effectum, vt inuicem ipsi hæredes censeantur substituti. Rursus huic assertioni obstat Florentini responsum in. l. vel singulis. ff. de vulg. & in. §. vel singulis. institu. de pupill. substi. vbi pluribus hæredibus institutis, si substitutio fiat ei, qui vltimo decesserit, inter ipsos hæredes non censetur facta reciproca substitutio, sed ius legitimæ successions illæsum seruetur. Nec parũ interest hanc quætionem diligenter diffinire: siquidem reciproca substitutione hac in specie concessa, & ea fideicommissaria, non poterit quisquã illorum hæredum alienare aliquam rem. ex illis bonis, cum sint subiecta restitutioni. Si verò non censetur facta substitutio fideicommissaria, inter institutos locum habet legitima successio

cessio ipsis de iure conueniens. Et tantum portio vltimi morientis debetur substituto: non cæteræ portiones, quã 2
uis & illæ sint penes vltimum morientem quia ei obuenerunt alias, quam ex testamento.

Qua in regloss. in dict. §. Seia. ideo creditur substitutione fideicommissariam in illis verbis intelligi reciproce factam, quia testator prohibuerat alienationem illorum bonorum, quæ ratione visus est velle integram rem, aut integra bona substituto restitui, & ad hoc factam censeret reciprocam fideicommissariam substitutionem inter institutos. Hic tamen intellectus communi omnium consensu reprobatur, ex eo quod Iurisconsultus in d. §. Seia. ad eius decisionem non considerauit prohibitionem alienationis, sed illam substitutionem vltimo morienti factam: vnde Dinus, Barto. Alber. & Castren. in d. §. Seia. illum text. intelligunt in substitutione fideicommissaria, non in directa, in qua procedere existimant. d. l. vel singulis. idem notat Alexand. in l. pen. C. de impub. & alijs substitu. cū directa substitutio ex coniecturis non inducatur. l. iubeamus. C. de testamen. quæ quidem ratio non omnino sufficiens est, siquidẽ 3
directa substitutio quandoque ex coniecturis colligitur. l. iam hoc iure. ff. de vulgari. Sicuti & fideicommissaria coniecturis deducitur à testantis intentione. l. fideicommissa. §. hæc verba. ff. de legat. 3. l. vnum ex familia. §. vltim. ff. de leg. 2. ex quibus constat difficilem esse quæstionem istam, quam ideo se-

quentibus conclusionibus expediendam esse decreui.

Prima cõclusio. Substitutio vltimo morienti facta in toto fundo, vel hæreditate, reciprocam omnino præmittit, & inducit fideicommissariam substitutionem inter ipsos hæredes, vel legatarios. tex. in d. §. Seia. quæ ira interpretantur Bart. & docto. ibi. dicit singu. esse Curti. Iunio. consil. 16. col. 2. & est communis intellectus secundum Ias. in l. potest. ff. de vulga. & eundẽ in l. vlti. C. de impub. nu. 7. & Soci. in d. §. cum ita. 2. col. dicentem singu. text. in d. §. Seia. atq; eundem intellectum sequuntur Alexan. consil. 11. col. 3. volu. 3. Ias. consil. 41. nu. 2. & consil. 33. volu. 1. & plures alij, quos expressim Ripa citat in d. l. hæredes mei. §. cum ita. nu. 17. & esse hanc sententiam magis cõmunem fatetur Vigli. in d. §. vel singulis. Nam si non esset præmissa, nec intelligeretur reciproca substitutio inter hæredes, vel legatarios: nequaquã posset ad vltimum morientem tota hæreditas, nec totus ille fundus pertinere, nec substitutioni locus esse posset, quod esset aduersus testatoris voluntatem, sicuti idem Iurisconsultus sensit in d. §. Seia. ad finem.

Secunda conclusio. Substitutio facta vltimo morienti indefinite in hæreditate vel fundo, tamen vniuersaliter facta nõ sit, inducit inter hæredes vel legatarios reciprocam substitutionem, quod probatur in d. §. Seia. quo in loco Iurisconsultus indefinite verba refert, & ex eo solũ rationem decisionis colligit, quod vltimo morienti sit facta

De testa. Q 5 sub-

Caput Rainuntius. §. 8.

substitutio. Quorsum, obsecro, à testatore fieret substitutio vltimo moriēti, in fundo aut hæreditate, si in eius tantū parte testator voluisset substitutum admitti? Vnde vero similis est, etiam in aliorum hæredem, aut legatariorū partibus factam videri reciproca substitutionē, & eam fideicommissariam, vt tota hæreditas vel fundus ad nouissimum perueniat, & ab eo ad substitutum. Hoc etiam probatur ex alia ratione, nempe quod in vltimis voluntatibus indefinita equipollet vniuersali. l. si pluribus. ff. de legat. 2. l. si plures. ff. de lega. 3. Eandem secundam conclusionem asserit Alexan. consi. ii. vol. 3. in responsione ad quintum argumentum, dum dixit, text. in dicto. §. Scia. esse intelligēdum, quando substitutio fit vltimo moriēti vniuersaliter aut indefinite. Curti. Iuni. in. d. l. pe. nu. 15. idem cōsi. 47. col. 2. & cōsi. ii. col. 3. sen sit Bartol. in. d. l. vel singulis. & in. d. §. Scia. dum se ipsum retulit ad eūdem §. Scia. qui de indefinita substitutione loquitur: idem adnotauit Viglius in. d. §. vel singulis. Nec oberunt huic assertioni autores, quos Ripa adducit in. d. §. cum ita. num. 18. quia loquuntur, quando substitutio fit simpliciter: non autem quando fit indefinite, vt constat ex Soci. consi. 249. col. 6. volu. 2. & in. d. §. cum ita. 2. col. aut loquuntur, quādo fit substitutio post mortē plurium, quod statim tractabimus. Dicitur vero simpliciter facta substitutio vltimo moriēti, si his verbis pronūcietur. Vltimo moriēti, aut ei, qui vltimus decesserit, substituo Titium:

multo minus obstant quæ Soci. notauit in. l. Marcellus. §. vlt. ff. ad Trebell. in fine. Sed si illi quorum vltimo moriēti est facta substitutio, sint positi in conditione, non in dispositione, nō est locus huic reciproca substitutioni fideicommissaria. Socin. in dicto. §. cum ita. colū. i. Curti. Iunior consil. 33. nu. 8. quorum opinio ab his pendet, quæ in hoc. c. diximus. §. 3.

4 Tertia cōclusio. Substitutio fideicommissaria post mortē plurium constituta etiā in toto fundo, vel hæreditate nō producit fideicommissariam reciprocam substitutionē. l. vlti. §. filiū. ff. de leg. 2. l. Lucius. §. Caio. ff. ad Trebell. text. optimus in dicto. §. cum ita. vbi vsus est testator reciproca substitutione, & ea cessante, nec præexistente persona dilecta, magis testatori locus est substituto, nō expectata omnium morte, nec contingente in omnibus conditione, quæ adiecta fuit substitutioni. Hoc etenim casu substitutus admittitur post mortem cuiuslibet ad illius partem, cum hæc plurium dinumeratio, in singularem quandam distributionē dirigatur. l. falsa. §. vlti. ff. de condi. & demōst. l. 2. ad fi. ff. de condi. insti. ex quibus hæc tertiam assertionē approbāt, & recipiūt Imol. & Alexan. in. d. §. cū ita. & alij, quos referunt hanc opinionē, dicētes cōmunem esse, Soci. col. 2. & 3. Rip. num. 25. in. d. §. cum ita. Soci. cōsi. 69. vol. 3. col. penul. Deci. in. d. l. penult. col. penul. l. as. in. l. quidā testamento. ff. de vulga. Alexā. consi. 92. volu. 3. colū. i. Soci. consi. 94. col. penult. vol. i. & Alexan. in. d. l. penul.

nul. eandem opinionem etiam in cōtractibus approbat Alex. in cōsi. 204. libr. 2. & ibi Carol. Molinæ. quæ omnino legito. Et licet in cōtrarium disputet Soci. in. d. §. cū ita. nu. 27. post Bart. in. d. l. quidam testamento. & Aretin. ibi. Prima opinio, quæ communis est, verior videtur, ni adsit persona, quæ ex verisimili mēte testatoris sit substituto præferenda: tunc etenim omniū mors erit expectanda, atq; inter institutos cēsebitur substitutio reciproca facta ex ratione. l. pe. C. de impub. vbi Alex. & Deci. col. pe. Bart. & Imol. in. d. §. cum ita. Aymon cōsi. 113. quorum opinio cōmunis est, sicuti asserit Curti. Iuni. in. d. l. pe. nu. 17. qui eā approbat, eandem fatetur communem esse Soci. in. d. §. cum ita. nu. 26.

Et procedit isthæc limitatio nō tantum in liberis testatoris, sed & in alijs extraneis, in quibus præsumpta affectio testantis dari possit, vt substituto præferantur. Quinimò idē erit perpēsa hac præsumptione, etiā si illi, post quorū mortē fit substitutio, nominati fuerint in conditione: quod expressim notat Curt. Iuni. cōsi. 43. num. 9. Tamen si ab hac limitatione conētur discedere Soci. in. d. §. cum ita. nu. 26. & 29. ac Ripa. num. 27.

Cæterū, hæc tertia & principalis cōclusio minime procedit in fideicōmissio vsusfructus: nam si in eo sit substitutio cōcepta post omniū, vel plurium obitum, censetur reciproca substitutio facta inter legatarios, vltimo tamē morienti extraneus substitutus iudicabitur. l. codicillis. in prin. ff. de vsufruc.

leg. quam ad hoc Bar. notauit in. d. §. cum ita. cui subscribit Iaf. in. l. potest. nu. 12. ff. de vulg. idem in dict. l. penult. nu. 9. & ibi Curti. Iunior. num. 18. ex e ratione quod in legato vsusfructus etiā post portionem adquisitam pluribus, si portio deficiat in persona vnius accrescit alteri. l. r. ad finem. ff. de vsufr. accres. Vnde tunc semper mortuo vno ex legatarijs, superest alter, qui ex mente testantis excludat substitutionē. Quāuis de hac Bar. opinione dubitet Imol. in. d. §. cum ita. & expressim ab ea discedant Alexand. nu. 23. Soci. & Ripa ibidem.

Verū enimvero præfata cōclusio tertia locum sibi vēdicat, etiam si per nomē collectiuum fiat substitutio. d. l. hæredes mei. §. cum ita. vbi dum specialiter cōtrarium facta reciproca substitutione, vel secundum Bart. & communem in filio testatoris respōdetur: in extraneis hoc, quod asserimus, cōceditur, aduersus propriam dictionis significationem, ex præsumpta testantium voluntate, ab ipsa lege perpēsa. vt ibi explicat Soci. num. 28. & Curti. Iunior in. d. l. pen. C. de impube. col. 1. & num. 10. vbi Alexan. hanc extensionem admittit, dicens eam esse cōmunem. col. penult. quod Soci. etiam fatetur. d. num. 28. & in specie probant eandem sententiam Bart. & alij doct. in. d. §. cum ita.

Ex quibus primo infero, nō esse satis tutum, quod Iaf. scripsit in. d. l. pen. dum dixit, decisionem Pauli Castren. qui ibidem asseruit, substitutionem factam pluribus post mortem omniū, indu

inducere inter eos reciproca substitutione, posse procedere si dicta substitutio fuerit facta in tota hereditate, vel legato: hoc enim existimo huic tertiae assertioni palam refragari.

Secundo, hinc deducitur vulgo reprobari Bart. qui in d. l. quidam testamento. dixerit, substitutionem simpliciter pluribus factam in tota hereditate vel fundo, inducere inter ipsos reciprocam, & fideicommissariam substitutionem. Est etenim ea sententia Bart. falsa, etiam si praedicta substitutio nomine collectiuo sit cocepta, quod ex premisis constat.

Tertio, ex his apparet, non esse admittendam hac in questione distinctionem Pauli Castren. in l. qui duos ff. de vulg. Aug. in d. §. cum ita. quos ibi Soci. num. 28. conatur defendere. Hi siquidem dicunt tertiam hanc, & communem assertionem probari posse facta substitutione post mortem plurium simpliciter: contrariam vero, quando substitutio fit vniuersaliter, aut per nomen collectiuum. Primo etenim casu post cuiuslibet mortem admittitur substitutus. Exempli gratia, Si haeredes mei decesserint, substituo Titium: aut post mortem haeredum meorum substituo Sempronium. Secundo autem casu, non admittitur substitutus, nisi omnibus omnino extinctis. Huic distinctioni consentit Vincē. Hercu. in l. pater filiam. §. vlti. ff. ad legē Falcis. Sed tamē minime hactenō recepta isthac opinionū conciliatio.

Quarta conclusio. Substitutio pupillaris facta pluribus pupillis haeredi

bus institutis, non operatur reciprocam inter eos substitutionem, sed adhuc eis competit legitima, & haereditaria successio ab intestato. l. vel singulis. ff. de vulg. §. vel singulis. insti. de pupi. quas decisiones Bartol. & alij communiter ita interpretantur, & Vincē. Hercu. in d. l. pater filiam. §. vlti. in casu, & ibi Alexand. ex quibus apparet, hanc conclusionem procedere, etiā si sit facta haec pupillaris substitutio nomine collectiuo, vel in tota hereditate. Hoc etenim nihil ad hunc effectum conducit. Verum si in persona vnius pupilli eueniat substitutio, excluditur substitutus ab altero pupillo eius fratre: non tamen a matre, eo casu, quo mater excluso fratre, succedit filio intestato. Bald. vlt. col. Pau. Alex. Ias. num. 6. Curti. Junior col. penul. in d. l. pe. C. de impube. quorum sententia crebriori calculo recepta quidem est, tamen si dubia sit ex his, quae Soci. adducit in d. §. cum ita. nu. 20. ex quibus etiam deducitur. d. l. pen. procedere, etiam si pupillaris substitutio non sit facta nomine collectiuo. glo. recepta communiter in l. si pater impuberis. ff. de vulg. & pupil.

6 Quinta conclusio. Substitutio etiā directa, & pupillaris facta vltimo morienti, in tota hereditate, operatur ipsos institutos reciproce substitutos ceteri. tex. in d. §. Seia. Bart. Imol. Areti. & communiter alij in d. l. vel singulis. aliās in l. potest. Ias. in d. l. pen. num. 7. Alexand. & Vincē. Hercu. in d. l. pater filiam. §. vlti. col. 7. quorum opinio communis est autore Ripa in d. §. cū ita.

ita. num. 21. qui eam sequitur. Et idem erit, si fiat hæc substitutio indefinite, sicuti paulo ante diximus in fideicommissaria: nec enim diuersum hic dicendum est. Erit autem facillimum exemplum huic conclusioni aptare, pupillari substitutione concepta verbis expressis. Quid ergo si fiat compendiosa in hunc modum: instituo filios meos impuberes, & vltimo decedenti quocumque substituo Sempromium? & sane non videtur posse colligi ex tacita pupillari his verbis comprehensa aliam tacitam pupillarem inter ipsos impuberes: cum ex tacita dari non possit. l. seruum filij. §. vltim. ff. de lega. 1. quod in hac specie asserit Ripa in dicto. §. cum ita. num. 22. Cui ipse non assentior, quippe qui videam hanc pupillarem substitutionem non esse tacitam omnino, sed verbis generalibus expressam, & ideo matrem pupilli excludit. c. si pater. hoc tit. in. 6. Bartol. & communis in. l. Centurio. & in. l. secunda. & l. prima. ff. de vulgari.

7 Sexta cōclusio. Substitutio pupillaris facta vltimo morienti in tota hæreditate, vel indefinite, producit etiã fideicommissariã substitutionem inter institutos eo casu, quo primo moriens iam pubes decedat, ita elegãter Areti. in. d. l. potest. ff. de vulgari. in fine. Non enim volũtas testatis exacte seruetur, nisi esset locus huic fideicommissariæ substitutioni, cum is voluerit ad substitutum vltimo morienti totam hæreditatem pertinere.

- 1 Cōpendiosa substitutio definitio, & ex ea plura inferuntur, quæ cognitionem eius satis aperiant.
- 2 Barto. in. l. Centurio, verba quædam dubia explicatur.
- 3 Compendiosa substitutio, quibus verbis fiat?
- 4 Verba directæ obliqua, & communia, quæ sint?
- 5 Verba hæc substituo, & moriatur, sunt communia.
- 6 Compendiosa facta a milite verbis directis intra pubertatem est pupillaris: postea directæ militaris.
- 7 Latissime dicitur intellectus legis Regiæ. 12. tit. 5. par. 6.
- 8 Nec iura sepulchrorum, nec patronatus transeunt ad substitutum fideicommissarium.
- 9 Ex testamento militis an deducatur Trebellianica?
- 10 Directæ militaris an includat legitimam filij, cui facta fuit?
- 11 Iura sepulchrorum an spectent ad substitutum ex directæ militari substitutione?
- 12 Ius patronatus ecclesiastici ad hæredes, etiam extraneos transit, & an transeat ad substitutum ex directæ militari?
- 13 Compendiosa à milite verbis communibus facta ante pubertatem est pupillaris: postea vero fideicommissaria.
- 14 Substitutio cōpendiosa facta à milite verbis obliquis, omni tempore erit fideicommissaria.
- 15 Compendiosa à pagano verbis directis facta ante pubertatem est pupillaris: postea omnino extinguitur.
- 16 Rursus dicta Regiæ lex. 12. tit. 5. par. 6. intelligitur.
- 17 Compendiosa facta à pagano verbis communibus, ante pubertatem erit directæ: postea vero fideicommissaria.
- 18 Substitutio compendiosa verbis obliquis à pagano constituta, omni tempore erit fideicommissaria.
- 19 Intellectus huius. cap. & c. si pater. isto tit. in. 6.

§. 9. DE COMPENDIOSA substitutione.



ST in hoc tractatu controuersia, an compendiosa substitutio, sit species ab alijs substitutionibus distincta? Nã esse potius modũ quẽdam inducendi alias

Caput Rainuntius. §. 9.

alias substitutiones, asserit Are. in rub. ff. de vulg. quem Ias. sequitur. in. l. Cēturio. num. 24. ff. eo. Tametsi vere dici possit, quoad formam, & modum inducendi, esse distinctam speciem: vt idem Aret. concedit in. l. in testamento. penult. col. C. de testa. milit. & Galiaul. in. d. l. Centurio. col. 40. Imò & Politus contendit, compendiosam esse distinctam speciē, & id proprie. idem Curti. Iuni. in. l. precibus. nu. 44. C. de impub. & alijs.

x Diffinitur autē in hunc modū. Cōpēdiōsa est substitutio plures sub verborū compēdiō continēs substitutiones, propter plura tēpora differentes. quā diffinitionē colligere libuit a Bar. in. d. l. Cēturio. col. 3. Galiaul. colū. 39. Ripa. nu. 60. & Polito. titu. de compēdiōsa. ex qua diffinitione, quò rectius intelligatur, & vt tota hæc materia, alioqui difficilis, ad vnguē tractetur, sequentia corollaria deducemus.

Primum, nō esse compendiosam illam substitutionem, quæ maiori fuerit facta his verbis, Instituo Titium hæredem, & quodocunq; Titius hæres meus decesserit substituo Caiū. Nam licet hæc substitutio plura tēpora contineat: nēpe, ante aditā hæreditatē, & post eius aditionē, & sic vulgarem, ac fideicommissariam substitutiones: eas tamen non inducit temporis diuersitas, sed aditio, aut nō aditio hæreditatis: quam ob rem cōpēdiōsa non est: quod expressim notat Ripa in. d. l. Cēturio. nu. 60. & idem ego ex intentione, & mēte doct. deduco. tametsi Ias. in. d. l. Centurio. nu. 23. dicat eam esse

compendiosam, atq; Franc. Cur. scribat in. d. l. precibus. hæc esse magis cōmunem sententiam, quam & Aret. asseruit in. d. l. Cēturio. opinor etenim eam substitutionem vulgarem esse, aptamq; vt fideicommissaria sit: ex verbis generalibus, quibus præfata substitutio constituitur. Veritas autem huius conclusionis apertior erit perpen-sa sequenti assertione.

Secundum hinc deducitur, plura tēpora, quæ cōpēdiōsam substitutionem efficiunt, non alia esse, quam pupillaris ætatis, & pubertatis. glo. in. d. l. precibus. & in. c. si pater. hoc tit. in. 6. verbo. absq; deductione. vbi Franc. in tract. compendiosa. col. 1. hoc expressim tenet, & Politus in principio huius substitut. q̄ probatur in. d. l. precibus. & in Regia. l. 12. tit. 5. part. 6. sensit Bart. in. d. l. Centurio numero nono dicens compendiosam plura tempora exigere, scilicet, pubertatis, & pupillaris ætatis, atq; ita eius verba intelligunt Galiaul. col. 38. & Ripa ibi. nu. 60. Nam quod Bart. dixit hanc substitutionem plura tēpora exigere: nempe tēpus pubertatis, & pupillaris ætatis, vel aliud, tendit ad id, vt constet, hanc substitutionem ad certum tempus posse restringi: modo id ætatem pupillarem excedat. d. l. Cēturio. gl. in l. verbis ciuilibus. ff. eo. q̄ ex frequentissima omnium sententia Zafi. adnotauit tit. de cōpēdiōsa. col. 5. licet ipse Galia. quo Bal. in sequenti opinione defenderet aliter hanc rem intellexerit exponens: plura tēpora, id est, ante aditam, & post aditam hæreditatem.

Tertio

Tertio ex hoc deducitur, non esse compendiosam substitutionem illam, Si filius meus in ætate pupillari decesserit, substituo Sempronium, non enim continet plures substitutiones, quæ ex diuersis temporibus sint variæ, ea quidem differentia, quæ ex pupillari ætate & pubertate oritur. Imò esse hanc substitutionem pupillarem, probat Bart. in. l. 2. num. 27. ff. de vulga. Poli. in tracta. pupillaris substi. nu. 8. quanuis Bal. in. d. l. precibus. existimet eam compendiosam esse, & eius opinionem dicat communem Ias. in. d. l. 2. ad finem. Nam & à Bal. dissentiunt idem Ias. in. d. l. Centurio. nu. 23. Deci in. d. l. precibus. num. 15. & Franc. in. d. c. si pater. in tract. compendiosæ. col. 1. & esse hanc communem opinionem contra Bal. asserit Zafi. in. compendiosa. versu. requiruntur. & Ripa. nu. 4. in. d. l. 2.

Quarto, constat ex his, quæ modo notauimus, non esse compendiosam substitutionem illam, quæ verbis generalibus concepta, includat vulgarem expressam, ac pupillarem expressam item: quia aditio, vel repudiatio ipsas substitutiones distinguit, non diuersa tempora. Eadem etiam ratione pupillaris expressa singularibus verbis, non ex eo compendiosa erit, quod vulgarem tacitam contineat, cum id ex mente testantis à lege deducatur, non ex verborum compendio, sicuti docet Francis. à Ripa in. d. l. Ceterio. num. 60. & idem omnino dicendum est in vulgari verbis singularibus expressa, quæ & si complectatur pupillarem tacitam ex mente testantis, non

tamen ob id erit compendiosa.

Quinto, inde fit, vt minime sit censenda compendiosa substitutio illa, quæ hisce verbis testator expresserit, Quandoquæ filius meus decesserit, eum rogo, vt restituat hæreditatem Titio: non enim continet plura tempora actu vel habitu distinguunt substitutiones, cum semper fuerit fideicommissaria. l. cohæredi. §. cum filix. ff. de vulga. in hac ipsa specie Soci. & Galiaul. in. d. l. Centurio. col. 38. & ibi Ripa. num. 61. Politus titu. de compendiosa. num. 4. Curti Junior in. d. l. precibus. nu. 46. Et quanuis Bart. in. d. l. Ceterio. num. 20. dicat hanc substitutionem esse compendiosam, & eius opinionem asserat communem esse Ias. ibi. nu. 38. Est tamen intelligendum in eo, quod Bart. dixerit eam esse omni tempore fideicommissariam, non in eo, quod eam esse compendiosam putauerit, vt optime explicat Curtius dict. l. precibus. num. 48. contra Deci. ibi, qui voluit ante aditionem hæreditatis eam posse esse vulgarem.

Sexto, apparet directam substitutionem à milite, maiori, & puberico constitutam his verbis, quædocunq; decesserit, non esse compendiosam, cum semper directa sit, nec censeatur apta pluribus substitutionibus, sub temporum compendio diuersis. Vnde erit species substitutionis distincta ab alijs, & directa militaris nunc cupabitur. Areti. Ias. nu. 26. & Ripa num. 64. in dicta l. Ceterio. Miles etenim potest directe post aditam hæreditatem maiori substituere. l. in testamento. C. de testa. mili.

Septimo

Septimo, subinde aperitur, quonā pacto compēdiosa à reciproca distet. Nam reciproca plures substitutiones complectitur, respectu pluriū personarum: at cōpēdiosa respectu vnius. Deinde reciproca plures substitutiones similes cōtinere potest. Cōpēdiosa vero necessario inducit dissimiles. notat præter alios Ripa in. d. l. Centurio. nu. 61. Item reciproca non continet fideicōmissariam, nisi fiat in codicillis, sicuti tradidimus superius titul. de reciproca. At in cōpēdiosa frequentissime fideicōmissaria comprehenditur. Curti. in dict. l. precibus. num. 47. hanc differentiam constituens.

Octavo, libet ex his sensum Bart. perpendere, qui in. d. l. Centurio. col. 3. scripsit, cōpēdiosam fieri posse sub alia cōditiōe, quam mortis, quē ibi reprobat Areti. col. 5. Est enim Barto. intelligendus ita vt non exclusa, imò subintellecta conditione mortis possit & alia addi substitutioni, in hunc modū, Filio meo substituo Titium, quando cunq; Sēpronius fuerit factus consul. In hoc enim exēplum, si hic filius impubes sit, cōueniunt Ias. in. d. l. Centurio. nu. 22. & ibi Galiau. colū. 39. Deci. in. d. l. precibus. num. 16. Soci. in. d. l. Centurio. nu. 18. & Curti. in dict. l. precibus. nu. 45. qui tamen varie exēplum istud & Bart. sensum intelligunt. Siquidem Soci. Deci. & Curti. ita interpretantur hanc opinionē, vt si tempore, quo Sēpronius factus fuerit consul, nolit filius esse hæres, sic vulgaris substitutio. Item pupillaris, si ante pubertatē filius decesserit, & Sēpronius

fuerit factus cōsul. Fideicōmissaria vero, si post aditā hæreditatē Sēpronius sit factus consul, & esse hanc declarationem cōmunem, testatur Curti. Junior. d. nu. 45. At Ias. & Galiau. expressius existimāt, mortuo filio ante pubertatē, ex pupillari: repudiante vero quādocūq; ex vulgari: mortuo autē post pubertatē, ex fideicōmissaria, vocari substitutū sub illa conditione, si Sēpronius fuerit factus consul. Nec satis est, vt substitutus admittatur, Sēpronium consulem esse factū, sed oportet ad præmissa aduerte, quando fuit institutus filius testatoris, vt notat ipse Galiau.

Nono, colligere ex supradictis licet, cōpēdiosam proprie filio pupillo cōuenire. gl. cōmuniter recepta in. d. l. precibus. cui similis in. d. c. si pater. verbo, absq; deductione.

Decimo, opinor ex his cōpēdiosam proprie fieri filio impuberi, & in potestate hæredi instituto: quod cōmuni consensu receptum est.

Vndecimo, illā esse vere cōpēdiosam substitutionem arbitramur, quā ita concepta sit. Quando cunq; filius meus sine liberis decesserit, substituo Titium, vel absq; dictione, quādocūq; Si filius meus sine liberis decesserit, substituo Titium. glo. in. d. cap. si pater. verb. absq; deductione, quā docto. ibi approbant cōmuniter, & in. d. l. precibus. vbi hoc fatetur Curti. num. 66. Alexan. in. d. l. Centurio. num. 27. Ias. num. 33. & Ripa ibi. num. 89. quo in loco Bart. per illum tex. idem adnotauit num. 17. optimus ad id text. in Regia

l. 12. titul. 5. parti. 6. contra gloss. in. d. l. precibus, dicentem esse omni tempore fideicommissariā, cuius opinio vanissima est, teste Polito in tracta. compendiosæ. nume. 24. Bartoli vero opinionem magis receptā esse tradit Alcia. lib. 10. Parerg. cap. 2.

Duodecimo, ex his colligitur, esse cōpendiosam substitutionē illam hisce verbis cōceptā. Si filius meus in ætate pupillari decesserit sine liberis, substituo Sēpronium: nā etiam si factus pubes filius decesserit sine liberis, erit locus fideicōmissariæ substitutioni: sicuti cēset Paul. Castrē. cōsi. 43. volū. 2. cui ³ subscribūt Deci. in. l. generaliter. nu. 1. C. de insti. & substi. Anto. Rub. consi. 129. Arnoldus Ferronus in consuetu. Burdigalensibus. lib. 2. col. 3. & Curti. Iunior in. d. l. precibus. nu. 68. & licet contrariā sententiā probauerint Corne. consil. 61. volu. 2. Cuma. consil. 125. Prima tamē opinio verior videtur ex verbis testatoris, quæ si intelligantur, ut intelligenda sunt, iuxta solitam, & cōmunem naturā generandi, ad adultam ætatem trahi debent: neq; enim adiectio illa, sine liberis, ita conuenit pupillari ætati, ut adultæ, & ideo ea fuit testātis intentio, ut substitutus admitteretur, siue filius in ætate pupillari, siue in adulta decessisset. Esset tamē minus dubia isthac opinio, si substitutio his verbis fieret, Si filius meus impubes decesserit sine liberis, substituo Sēpronium: tūc enim dubio procul esset hæc substitutio intra pupillare ætate pupillaris, postea vero fideicōmissaria: quod notant Guiliel. Bene. hic tit.

de cōpendiosa. nu. 51. & Ferrar. in practica titu. de forma libelli substitutionis compendiosæ. nume. 18. Nec quidquam refert, dictum sit à testatore. Si in ætate pupillari, & sine liberis decesserit, vel si in ætate pupillari sine liberis decesserit, ex rationibus, quas Paulus Castren. adducit. In cuius sententiam aduersus Corneum inclinat Galiaul. in. d. l. Centurio. colū. 57. Dubius tamē propter cōmunem sensum prædictorum verborum.

Fit vero compendiosa substitutio verbis generalibus, his quidem, si decesserit filius meus, substituo Sempronium: hæc etenim indefinita æquipollet vniuersali. l. si pluribus. ff. de legat. 2. atque idem significat, ac si diceret testator, Si filius meus sine liberis decesserit. l. cum acutissimi. C. de fideicommiss. Et esse hanc compendiosam probat gloss. magna in. l. in testamento. C. de mili. testam. in. 1. quā ad hoc allegat, & sequitur Cur. Iunior in dic. l. precibus. nume. 47. & Soci. consilio 113. vol. 1. col. 4.

Verbis autē specialibus fit in hūc modum. Quando cūq; filius meus decesserit, substituo Caium. Aut sine dictione, quādocunque, Si sine liberis filius meus decesserit. glo. in. d. c. si pater. cuius paulo ante mentionem fecimus.

Item fit verbis singularibus his formulis, Si filius meus decesserit intra pupillarem ætatem, vel post substituo Titium. Si filius meus decesserit intra vicesimū quintum annum, substituo Sempronium. Bart. in. d. l. Centurio. nu. 9. quem vbiq; Doct. hanc rem tra-

De testa. R. Etantes

Caput Rainuntius. §. 9.

Stantes sequuntur.

Effectus huius compendiosæ substitutionis maximus quidem est, & in eo inquirendo iuris vtriusq; professores hæctenus insudarunt. Nos vero quæstionem istam, omisis pluribus interpretum cõcertationibus, tractabimus quantum poterimus breuissimè. Cuius rei cognitioni præmittere oportet, quænam sint verba directæ, & quæ obliqua, ac deinde quæ sint cõmunia. Directa sane illa censentur, ex quibus quis propria manu, nulla alterius restitutione requisita testatoris, aut pupilli, hæreditatem capit. gl. in. l. eam quam. verb. directis. C. de fideicõmi. Exempli gratia. Titius hæres esto. Instituo Titium, & plæraq; alia, quæ docto. passim congerunt.

Verba obliqua sunt illa, quorû ratione de manu alterius quis capit hæreditatem, quæ & verba precaria dicuntur & indirecta, ex eo quod requiritur alterius restitutio, sicuti cum testator iubet, rogat, mandat hæredi, vt restituat hæreditatẽ, aut bona: qualia sunt verbû, reddat, verbû, restituat, & similia. l. cohæredi. §. cum filix. ff. de vulgã.

Cõmunia vero sunt verba illa, quæ vtriq; aptantur significationi: potest enim quis aliquando ex his verbis propria manu capere hæreditatẽ. Potest quandoq; ex eisdem à manu hæredis vel alterius capere. gl. communiter recepta in. d. l. precibus. & in. d. l. Centurio. vbi Bar. hæc tria adnotauit, quem cæteri sequuntur, quos adducit Tiraq. in. l. si vnquã. verbo, reuertatur. nu. 5. C. de reuo. dona. & latius num. 157.

5 Horum verborû communiû primas obtinet, substituo, secundum Accur. in dictis locis. Nam vt cunq; quis in alterius locû constituatur, dicitur substitutus, etiam in legatis. l. Lucius. & l. sequ. ff. de hæredi. insti. Et in specie verbum hoc, substituo, commune esse, probat. l. iam hoc iure. ff. de vulgã. l. generaliter. §. cum autem. C. de insti. & substi. Bart. in. d. l. Centurio. nu. 47. & esse hanc communem opinionem fatentur præter alios Ripa in dicta. l. Centurio. num. 187. Soci. consil. 144. colum. 2. volumi. 1. Zasius in tractat. compendiosæ versi. super secundo. à qua diuertit non in eleganter Stepha. in Necyomantia iuris. dialogo. 11. & 12. & Viglius in. §. qua ratione. insti. de pupil. substi. num. 15.

Item verbum, Succedat, cõmune est tex. hic secûdum communem intellectum, quem expressim ad hoc citat Bar. in. d. l. Centurio. colum. vltim. cui cæteri frequẽti cõsensu accessere, vt ibi fatentur Ias. colum. penul. & Ripa. nu. 192. & Galiaul. colum. 108. post Are. ibi: etiam si verbum succedat, referatur ad personam honoratas. tex. hic dum dicit, eidẽ impuberi succederẽt, atq; hoc ipsum cõmuniter docto. cõcedunt aduersus Bal. cui cõsentiunt Galiaul. d. col. 108. & Fran. in. d. c. si pater.

Hoc autem verbum, Hæres meus moriatur Titio: esse cõmune ex eo deduci potest, quod eũ sensum habeat, idest moriatur hæres ad vtilitatem Titij. Nã & Græci ea phrasi passim vtuntur, vti cõstat ex Luciano in Dialogo Xenophatæ, & Callidemidæ. Hæc ve

ro utilitas poterit directe, & oblique contingere, & ideo Ange. in. d. l. Centurio. hoc verbum commune esse existimat, nec temere secundum Ias. ibi col. vlt. idē Abb. nu. 15. & num. 20. & Cardi. hic in prin. col. pe. atq; etiā Imol. nume. 166. Frac. in. d. c. si pater. super glo. filia. 2. col. Politus in tracta. cōpendio s̄. nu. 27. & Zasi. col. 2. Tametsi Barto. in. d. l. Centurio. vlti. col. dixerit esse hoc verbum directum per textum, iuncta glos. in verbo. moriatur. in. d. cap. si pater. Cuius opinio communis est, teste Ripa. nu. 196. in dicta. l. Centurio. vbi idē notauit Galiaul. col. 115. Ego vero, vt modo dicebā, contrariū verius esse existimo, nec arbitror Barto. opinionem ita receptā esse, vti existimauerit Ripa. Nam in. d. cap. si pater. nō excluditur mater ex prima substitutione, sed ex secunda, quæ dubio procul facta fuit verbis directis. Imo etiam ex prima verbis cōmunibus facta excluderetur, vt statim probabo. Quin etiam Imol. in. d. l. Centurio. nume. 16. & 18 hanc sententiam, quam ego sequor, ex Barto. deducere conatur, dum ipse nume. 16. scripsit, verbū hoc, moriatur, esse directum, non ciuile, & idem col. vlti. repetit esse magis cōmune iure gērium. Nam Imol. verba illa, quæ Bart. appellat directa nō ciuilia opinatur esse cōmunia ex intentione eiusdē Bart. Qua in re Bart. ipse considerat, verba directa, quæ dā esse directa ciuilia, ex lege duodecim tabularū, illa sanè, Hæres esto, quæ dā directa non ciuilia, sed moribus introducta, & inuēta, & inter hæc maximū

discrimē esse. Cuius distinctio autore habet Nicol. Matarellū, quē & Bart. sequūtur Anto. Anchar. Abb. nu. 21. & Guiliel. hic verbo, eidē impuberi, nume. 11. Areti. cons. 255. col. 7. Angelus in dicta. l. Centurio. vbi Ripa nume. 71. inquit hanc opinionem cōmunem esse. Quæ tamen omnino reiiciēda est, quippe quæ ratione careat, nec vllō iure probetur, & cōmentitia sit. Vnde eam improbant Card. hic. q. 35. Franc. in. d. cap. si pater. super glo. filia. col. 2. Alexan. nu. 65. Imol. numer. 16. & 18. in. d. l. Centurio. Politus. nume. 19. & 22. & Zasi. col. 1. in tract. compendiosa. Saly. in. d. l. precibus. & Ias. ibi nu. 9. dicens frequentissimo nouiorū cōsensu Bart. distinctionem reprobari. Ea igitur omnia effectum compendiosa substitutionis tractemus propositis cōclusionibus quibusdā, quæ amplissimam hanc quæstionē dissoluant, & intellectū huius cap. & dicti cap. si pater. & dictæ. l. precibus. atq; l. Centurio, breuissimè aperiant.

Prima conclusio. Compendiosa facta à milite verbis directis, intra pupillarem etatem valet, vt pupillaris: post pubertatē vero valida est, vt directa militaris, ex qua substitutus capit tantum bona patris cum fructibus in hæreditate inuentis. l. Centurio. vbi hoc Docto. cōmuniter notant. & præ cæteris Barto. num. 7. Galiaul. colū. 11. & Ripa. nu. 38. ex quibus erit intelligenda. glo. hic verb. substitutionis.

Est tamen in maxima controuersia procedat ne isthæc conclusio viuente matre ipsius pupilli? in quo Azo in

Caput Rainuntius. §. 9.

Summa. C. de impub. glo. in. d. l. Cēturio. & in. d. l. precibus. & in. d. c. si pater. verbo, absq; deductione, asserunt hāc substitutionē favore matris post pubertatē esse fideicommissariam, non directā militarem, idq; probāt ex dicta. l. precibus. Verum cū directā militaris solum vēdicet sibi locū in hereditate patris: nō in hereditate pupilli, minime est attendendus favor matris: quod sensit. d. l. Centurio. & prae-
mittit. l. in testamento. in. 1. C. de testa. milit. & ideo Azonis sententiā Bart. damnauit. in. d. l. Centurio. Cui accedunt omnes Doctores ibi & hic: atq; in. d. l. pteibus. & esse hanc opinionē cōmunem asserunt Alexan. num. 52. Ias. nu. 19. Ripa. 66. Galiaul. colū. 41. in dict. l. Centurio. idem. Ias. nu. 9. Dec. nume. 15. Curti. nume. 39. in. d. l. precibus. Politus in tract. cōpendiosae. nu. 20. Zafi. col. 4. eandem opinionem sequitur Guiliel. Bene. hic. tit. de compēdiosa. nume. 10. Non obstat. d. l. precibus, vbi probatur, praemissa substitutione à milite constituta, decedente filio post pubertatem, peti à substituto bona velut ex fideicommissō. Nam ex his verbis nō omnino colligitur esse hanc substitutionem post pubertatē fideicommissariam, sed ex directā militari posse substitutum petere bona testatoris ab ipsa matre instituti eadē bona possidente: quippe quae essent mixta cum bonis filij: & addit hanc petitionem fieri velut ex fideicommissō ex eo, quod directā militaris sit similis fideicommissariae substitutioni: quia sicuti fideicommissaria admitti-

tur post aditam hereditatem in bonis testatoris, ita directā militaris: nō autem in bonis heredis: sic etenim. d. l. intellexere Christoph. Castellione, Fulgo. Ias. & Curti. ibi nume. 41. Cuma. Alexand. Soci. Ias. nume. 20. Ripanu. 66. in. d. l. Centurio. & pleriq; alij omisso Bart. intellectu.

7 Ceterum est hic tractādum an Regia. l. 12. tit. 5. parti. 6. sit isthac opinio cōmunis abrogata. Ea siquidem lege videtur probari, matri existente, cōpēdiosam factam à milite, etiam verbis directis post pubertatem esse fideicommissariam favore matris, quod ita ex dicta. l. deducitur: dum matri eadē lex defert tertiam partem hereditatis & omnium bonorum, quae filius a patre titulo heredis habuit: ea ratione, quod ista tertia pars illo tēpore erat legitima filij in bonis parētum. auth. nouissima. C. de inoffi. testa. Regia. l. 17. titu. 1. part. 6. & fideicommissaria substitutio nō comprehendit legitimam portionem instituti. l. quoniam. C. de inoffi. testamē. Illa autem bona, quae filius aliunde quam à patre habuit nō debētur substituto, sed matri. Aliter etiam. d. l. intelligi potest, vt sic locus fideicommissariae, & ideo matri competat tertia pars, idest legitima portio hereditatis, quam filius à patre obtinuit, & cetera omnia bona, quae filius alio titulo, quam hereditatis à patre, vel aliunde fuerit adsequutus, quādo quidē isthac bona minime pertinent ad fideicommissum: sicuti nec iura sepulchrorū paternorū; nec ius patro-
8 ecclesiasticū ipsius patris. iura etenim
sepul

sepulchrorū paternorū, & gētilia nō transeūt in fideicōmissariū. Doct. in l. quia p̄inde. ff. ad Treb. gl. in. d. l. precibus. verb. possunt peti. Nouiores in d. l. Centurio. optim. tex. in. l. vel quæ. ff. de relig. & sump. fune. vers. liberis. Ius vero patronatus ecclesiastici, non trāsit ad fideicōmissariū, cui hereditas restituitur, sed remanet apud directū hāredē. Barto. in. d. l. quia proinde. & ibi Alex. Barb. in. c. quāto. de iudic. ad finē. Deci. in. d. l. precibus. num. 22. Caro. Moli. in consue. Parisi. tit. 1. §. 37. in glos. 10. quorū opinio cōmunis est, secundū Alex. in. l. si patroni. ff. ad Trebel. in prin. & Rochum de iure patro. verbo, ipse vel is. q. 9. Igitur hoc ius multo magis apud hāredē directum manebit, quādo is hāres filius testātis est, & ratione generis paterni cōpetit ipsi filio instituto. Vnde iustissime. d. regia. l. denegat substituto ea iura quæ ratione genetis, aut sanguinis paterni filio obuenerunt: siquidē comperti iuris est, ea ad fideicōmissariū minime pertinere. Subdit ergo Reg. l. in hac specie substitutiōis cōpēdiōis factæ à milite verbis directis, hæc ipsa verba. Si filius decesserit post pubertatē, mater accipiet tertiam partē hāreditatis, & aliorū omniū bonorū, quæ filius à patre iure hāreditario habuit, & quid quid filius aliūde, quā à patre adquisiuit: itē bona filio cōpetentia iure generis paterni. Et cetera bona defuncti patris, habebit substitutus. In hūc sane sensum latinitati donauimus præfatæ legis Hispanæ orationē, quam & alio sensu possumus interpretari. Si filius

decesserit post pubertatē, tunc mater capiat tertiam partē hāreditatis, & alia omnia bona, quæ filius à patre habuit & quidquid filius aliūde, quā à patre quocūq; titulo quæserit: itē bona iure sanguinis paterni ipsi filio debita. Et cetera bona defuncti parentis accipiet substitutus. Hactenus verba legis Regiæ, quæ solēt difficillime intelligi. Nec tantē inficior potuisse textū dictæ legis vitio scriptorū corrūpi: quod mihi nōdū cōpertū est, quippe cui ad manus non sit codex aliquis ex vetustioribus, cuius auxilio possim locū illustre sanē restituere. Autor tamē Peregrinæ, præfatæ legis verba in hunc modū latina fecit. Si post impubertatē filius decesserit, habebit mater tertiam partē bonorū patris, & omnia eius bona aliūde obuenerunt, & iura sepulchrorū patris, sed alia bona habebit substitutus, ex quibus sane verbis planior est legis sensus: & præterea argumentū deducitur ipsam legē deprauatā vulgo circūferri. Quod apertius constat ex diligentissima legū partit. editio ne, quæ post huius operis secundā recognitionē p̄dijit in publicū opera eruditiss. viri Gregorij Lopez Regij consiliarij. Ita enim ex ea castigatione legitur. *E si el moço, o la moça murriere de spues de la edad sobredicha: estonces aura la madre la tercera parte de la heredad de todos los bienes que el moço heredó de su padre, y todo lo al que ganó de otra parte, onde quier que lo ganasse: otro si las sepulturas que le pertenesciesen de linage de su padre: mas todos los otros bienes del finado deuenen el substituto.* Quæ quidem lectio

Caput Rainuntius. § 9.

potissimum conuenit his, quæ nos in hac in parte circa legis Regiæ intellectu adnotauimus.

Colligo tamen ex Regia. l. matrem Trebellianicam non deducere, & id fauore militaris testamenti. gloss. in dicta. l. precibus. verb. possunt. quam dicit singul. Alexand. in dicta. l. Centurio. numer. 48. gloss. in. l. in testamento. C. ad. l. Falcid. Angel. Socin. & Ripa in. l. 1. §. in filij, numer. 7. ff. ad Trebellia. quam opinionem esse communem asserit Alexand. in. l. Marellus. ff. ad Trebellia. colum. 2. quibus apparet, ex testamento militis, etiam iure nouissimo non deduci Trebellianicam, quod probatur alia ratione: nã ex testamento militis non detrahitur Falcidia iure Regio. l. 4. titul. ii. parti. 6. ergo nec Trebellianica, quod fit, ut iure Regio diligenter inspecto, extingatur ingens illa concertatio Doctorum. Sunt etenim, qui opinentur, etiam in testamento militis esse locum Trebellianicæ, sicuti & Falcidiæ. authent. de hæredi. & Falcid. §. penult. Bartol. Imol. & Docto. in. d. §. in filij, quorum sententiam asserunt esse communem Socin. & Ripa in dict. §. in filij, idem asserunt eam secuti Iaso. in. l. in testamento. in. 2. C. de testament. milit. Galiaul. in dicta. l. Centurio, colum. 15. Deci. nu. 20. & Cur. Iunior nu. 70. in. d. l. precibus. Politus de compendiosa. num. 21. Hæc uero opinio deficit prorsus, & maxime iure Regio per dict. l. 12. cū & eo iure Falcidiæ locus non sit in testamento militis. d. l. 4. Vnde fit ut duæ receptissimæ ueritatis

que iuris professorum sententiæ iure Regio sint abrogatæ.
 Porto si uelimus tenere iure Regio minime corrigi, neq; mutari illa conclusionem, quam professi fuimus: cõpeditiosam factam a milite uerbis directis post pubertatem ualere iure directo quoad patris hæreditatem, etiam uiuente instituti matre: erit amplius quærèdum de intellectu legis Regiæ. Quæ planè nõ obstat huic assertioni, dum ipsa lex tertiã partem hæreditatis paternæ matri d'fert. Id etenim ideo procedit, quod miles nec ex directa militari potest grauari filium in legitima, nec militaris directa ad legitimã extenditur, optimus text. in auth. ut cum de appellati. cogno. §. & hæc quidem de parentum. Pau. Castr. col. pe. Alex. co. ea. & las. nu. 17. in dict. l. precibus. Cuma. Alex. nu. 51. las. num. 18. Ripa nume. 43. in dict. l. Centurio. & Guiliel. Benedi. hic tit. de cõpendiosa nu. 20. quibus dicta Regia lex plurimũ suffragatur. Tamen si non desint, qui expressim contendant, militarem directam ad portionem legitimam filij etiam extendi. gloss. Barto. & Docto. in dict. l. precibus. tex. ibi, quo in loco Iaco. à S. Georgio asserit hanc opinionem communem esse, & idem fatentur Galiaul. col. 13. & Ripa nume. 43. in d. l. Centurio. Nam hoc locum habuit iure ueteri: non tamen est admittendũ iure nouissimo, ut existimant Alexand. & sequaces. Adhuc uero Regia lex maxime obstat, cum Alex. & alij, qui eius opinionem recipiunt, in ea sint sententia, ut opinentur directam militarem

tarem ad legitimam nō extendi, non tantum in præiudiciū matris, sed nec in damnum cuiusvis alterius successoris. At Regia lex id tantum statuerit, matre viuente, quasi permittat, directam militarem etiam legitimam filij cōprehendere, dato alio filij successore, mortua matre. Ego vero his respondeo, Regiam legem esse valde insignem, atq; singularem, ex eo, quod nec omnino Bar. opinionem improbet, nec rursus aliorū ex aduerso sententiam probet. Sed medium eligens apertissimè sanxerit, directam militarem favore matris instituti nō admitti quoad legitimam filij: matre vero deficiente optimo iure ad legitimam filij deduci. Partim ergo dicta Regia lex tutatur illam opinionem, quæ militarem directam à legitima excludit: partim illam quæ ad legitimam eam admittit: quod elegāter notauit Imola in. d. l. Centurio. col. 3. dicens, priuilegium militis nō esse ita ample intelligendum, vt filium, seu eius successorem legitimā matrem à legitima excludat. Pupillaris etenim potest expressis verbis concepta matrem legitimam filij priuare, cū ea substitutio fiat iure communi filio, qui testari nō potest. Directa verò militaris, quæ effectum sortitur eo tempore, quo filius testari poterat, & ex priuilegio fit, nō debet hoc incommodum, aut potius iniuriam inferre matri instituti: argumento assumpto à. l. eius militis. §. militia missus. ff. de testamen. mili.

ii Sed si in dicta Regia lege conceditur post pubertatem directā militaris,

cur iura gentilitia manent penes matrem, nec transeunt ad substitutum directum militarem hæredem? Nam quanuis ad fideicommissarium non pertineant iura sepulchrorum, pertinent tamen ad directum militarem substitutum. gloss. communiter recepta in dicta. l. precibus. & in dict. l. Centurio. Huic tamē obiectioni respondeo, quædam esse iura filio competētia iure sanguinis, quæ ad extraneos hæredes non transeunt vt familiaria sepulchra, quæ quidem in hoc ab hæreditarijs sepulchris distinguuntur. l. familiaria. & l. sequen. ff. de religio. & sumpt. fun. & hæc familiaria sepulchra potius ad matrē, quam ad extraneū hæredem pertinebunt. Rectius denique existimo eandem Regiā legem intelligendam esse, siquidem eam in hæreditarijs etiam sepulchris intelligo, & subinde licet hæc trāseant ad quoscūque hæredes, etiam extraneos, matre tamen viuente ex directā militari, nō transibunt ad substitutum directum militarem, cum ea substitutio valde similis fideicommissariæ substitutioni appareat ex dicta. l. precibus. Et interpretor hæreditaria sepulchra ea, quæ pater instituti ab eius auo habuerat, & sic ex genere ea fuerat consecutus. Quod si esset sepulchra ab ipso patre testante sibi, suisq; hæredibus constructa, ad directum substitutum spectarent. l. siue. ff. de religio. & sumpt. fune. Intelligo igitur hæreditaria sepulchra, quæ auus, aut proauus instituti sibi, hæredibusq; suis ædificauerat. Familiaria vero dicuntur ea, quæ quis

Caput Rainnntius. §. 9.

sibi & familiæ parauit. d. l. familiaria. Ex quib⁹ infero intellectū ad ea, quæ notat omnes in. d. l. Ceturio. & in. d. l. 12 precibus. dicentes ex militari directâ ius patronatus ecclesiastici, ad substitutum militarem transire, cum is sit hæres directus, & ad hæredem directū hoc ius patronatus trāseat, etiam si extraneus sit gl. in. c. considerādum. 16. q. 7. Abb. in. c. 1. de iure patro. Ias. in l. 1. num. 71. ff. de lega. 1. tex. in. c. significauit. de testi. vbi Are. col. 1. dicit hanc opinionem cōmunem esse: idem asserunt Abb. in dict. c. 1. Cardi. consil. 122. & Rochus in tractat. iuris patro. verb. ipse vel is. q. 8. quod procedit ita late, vt nec ad filium ius pertineat, nisi hæres sit. Abb. in. d. c. 1. Vnde si quis instituat filium in re certa, & extraneum vniuersalem hæredē, ius patronatus spectat ad vniuersalem hæredem, nō ad filium, secundum eūdem Abb. cuius opinio cōmunis est, teste Guilielmo Benedicto hic, verbo, in eodē testamento relinquens. in. 1. nume. 161. 13 Nec filius hæres à patre institutus ius patronatus acquirit, si patris hæreditatem repudiauerit. Cardin. in clem. 2. q. 7. de iure patro. quo fit, vt glossa in. d. c. considerandum. contrariū probans, minime sit admittenda, & ita eā reprobat Rochus in dicto loco quæst. 6. notat Abba. consilio. 54. volumi. 1. Is etiam, qui sibi & suis filijs ius patronatus reseruat, cēsetur intellexisse de filijs, vt hæredibus. Deci. consilio. 149. colum. 1. nam in re quæ ad extraneos hæredes transmitti potest, reseruatio filijs facta, est intelligenda de filijs hæ-

redibus. Bartol. & Alexand. in. l. si tibi. §. pactus. ff. de pactis. Quæ quidem omnia, & si plane locum habeant, si tamen ius patronatus ecclesiastici descendat ab auo instituti, ad directum militarem minime pertinet fauore matris, quod dicta. l. Regia probat. Potest forsan dici in dicta lege Regia sub illis bonis, quæ ex genere patris competebant filio instituto, includi tantū bona illa, quæ habuit filius à consanguineis patris, & ea ad matrem pertinere disposuit lex, nō ad substitutum ex directâ etiā militari, licet hic intellectus nō reddat illam decisionem ad modum dubiam. Quia in re est considerandum, nō temere prædictam legem Regiam matris mentionem fecisse, nempe vt directam militarem potius admitteret, quam fideicommissariam, quæ non tantum matri, sed & cuicunq; hæredi ipsius filij locum in legitima, & cæteris bonis filij omnino fecisset.

13 Secūda principalis cōclusio. Conpēdiosa à milite verbis communibus concepta, ante pubertatem valet iure directo, postea vero, præmortua vel viuente matre obliqua fit: quod probatur in. d. l. Centurio. vbi post pubertatem iure directo illa substitutio valet: quia fuit constituta à milite verbis directis. Igitur si cōmunibus facta fuisset, erit post pubertatem obliqua, sic. & l. verbis ciuilibus. ff. de vulga. dum expresit substitutionem factam verbis directis, quæ directe valere potuit ante pubertatem, post eam extingui omnino: exclusit eam, quæ cōmunibus

bus verbis facta fuerit, & ideo hanc se-
cundam conclusionem profitetur Iac-
co. Areti. Cynus. Saly. Paul. Iass. col. 8.
& Curti. Iuni. nu. 49. in. d. l. precibus.
Paul. Alex. num. 56. Iass. num. 28. & Ri-
pa, nume. 67. in. d. l. Centurio. contra-
rium, in d. l. compendiosam à milite fa-
ctam verbis cōmunibus ante puber-
tatem pupillarem esse: postea vero di-
rectā militarem, matre instituti iam
mortua, ea viuentē fideicōmissariam,
Bart. asserit in dicta. l. Centurio. 2. co-
lum. & nume. 12. per dictā. l. precibus.
quæ hoc nō probat. Sed ratione com-
munis opinio consistit: nam in dubio
substitutio potius est accipiēda in sen-
su directo, quā in obliquo. c. si pater.
hoc tit. in. 6. qua ratione Bart. opinio-
nem sequuntur, eam dicētes commu-
nem esse Soci. in. d. l. Centurio. nume.
21. & ibi Galiaul. colum. 44. defendit
eam Politus in tractat. compendiosæ.
nume. 22. quam fatetur communem
Ripa in. d. l. Centurio. nume. 67. à qua
libentissime discederem ipse, ex ea ra-
tione, quod substitutio, quæ iure com-
muni potest valere directe, & obli-
que, in dubio est directe intelligenda.
d. c. si pater. Illa vero, quæ iure cōmu-
ni non potest valere directè, sed ex
speciali priuilegio militis, non erit va-
lida, vt directa, sed vt obliqua. ex. l. in
testamento. in. 1. C. de testament. mili.
nec obstat. l. 3. ff. de testamen. mili. vbi
Iurisconsultus existimat, militem in
dubio ex iure militari testari voluisse:
quia ibidem non valebat iure cōmu-
ni illa dispositio.

Tertia cōclusio. Cōpendiosa facta

14 à milite verbis obliquis omni tempo-
re est fideicōmissaria, siue mater insti-
tuti viuat, siue mortua sit. Bart. in. d. l.
Centurio. col. 3. & probatur argumen-
to à speciali in. l. neq; enim. §. vlti. ff. de
test. mili. quæ quidem opinio omniū
consensu hactenus recepta fuit: sicuti
testantur Soci. nu. 21. in. d. l. Centurio.
Politus in tracta. compendiosæ. num.
22. Guiliel. Bened. hic in materia com-
pendiosæ. num. 42. eandem sentētiam
Iass. post alios sequitur in dicta. l. Cen-
turio. num. 28.

15 Quarta cōclusio. Cōpendiosa con-
stituta à pagano verbis directis ante
pubertatem valet vt pupillaris, post
ea vero nullomodo. Substitutio enim
à pagano facta verbis directis, quæ ab
initio valere potest iure directo, post-
ea nūquam habet effectum obliquæ
substitutionis. l. verbis civilibus. ff. de
vulg. vbi hanc opinionem tenet glos.
communiter recepta. idem gl. in. d. l.
Centurio. & in dicto cap. si pater. ver-
bo, absque deductione. Regia. l. 12. ti-
tulo. 5. part. 6. gloss. in dicta. l. precibus.
glo. hic verbo, substitutionis. quā opi-
nionem existimat veram esse Alexā.
in dicta. l. Centurio. num. 64. vbi Iass.
num. 29. dicit hanc esse communem,
idem asserunt Galiaul. colum. 47. &
Ripa ibi nume. 69. Guiliel. hic tracta.
de compendiosa. nume. 32. Zasi. num.
27. Iass. Deci. & Curt. in dicto. l. preci-
bus. num. 50. disputant de eius verita-
te præter eos Ioan. Baptista in. d. l. pre-
cibus. fol. 3. & Lanfran. in dicta. l. Cen-
turio. col. 6. ac tandem Politus titu. de
compendiosa. nu. 22. & Galiaul. d. col.

Caput Rainuntius. §. 9.

47. ab hac communi opinione diuertunt pluribus rationibus. Sed communi opinioni mire ad stipulatur tex. in. d. c. si pater. ex quo substitutio compendiosa verbis facta directis, ob causam trahitur ad fideicommissum, ergo regulariter non poterit esse fideicommissaria. Intellego ipse ob causam, id est, ex pluribus causis, & casibus, in quibus Docto. passim hanc vulgo receptam sententiam non admittunt, quos Baptista, Ripa, & Curtio congregere.

16 Porro lex Regia. 12. tit. 5. par. 6. probat, substitutionem conceptam his verbis. Quandoquocumque filius meus decesserit, volo, ut ei sit hæres Sempronius, aut substituo ei Sempronium post pubertatem valere uti fideicommissariam, quod mirum est cum in hac specie etiam hi, qui communi sententiam refragantur, concedant post pubertatem substitutionem hanc omnino extinguere nec iare obliquam substitutionis valere propter illam formulam. Ei sit hæres, ne duo verba improprie assumantur. Ita Lanfranc. in. d. l. Centurio. col. 8. versic. secunda conclusio. Imo dicebat Bald. in dict. l. precibus, cui accedit Paul. Castren. ibi Compendiosam illis verbis conceptam, sit mihi hæres esse post pubertatem fideicommissariam ea ratione, quod testator ad seipsum retulerit effectum substitutionis. Hæc tamen Baldi opinio minime recipitur, sicuti post alios animaduertit Curti. in. d. l. precibus. nu. 37. Nam dictio mihi non mutat naturam substitutionis. l. si ita scriptum. §. qui filio. ff. de bonorum possess. secun-

tabu. notatur in. l. i. ff. de vulga. Quam obrem sensum legis Regiæ illum esse vere arbitror, ut compendiosa siue verbis communibus, siue directis constituta, post pubertatem fideicommissaria sit, si in ea isthæc verba exprimantur. Quandoquocumque filius meus sine liberis decesserit. Ex his etenim verbis lex præsumit, testatorem voluisse omnino etiam post pubertatem oblique substituere, quod iure communi, & Cæsareo uerum esse probat Bapt. à sancto Seuerino in. d. l. precibus. fo. 4. col. 3. versic. quarta conclusio.

17 Quinta principalis conclusio. Compendiosa facta à pagano verbis communibus, ante pubertatem erit directa postea vero fideicommissaria. Cuius asseruionis illa est optima ratio, quod verba communia conueniunt directe, & obliquæ substitutioni, sicuti & tempora, unde nimirum si mutatis temporibus, mutetur ipsa substitutio. Sed in specie, hanc substitutionem esse post pubertatem obliquam, probat text. hic, qui loquitur in compendiosa verbis communibus à pagano concepta licet glos. existimet, eam fuisse fideicommissariam substitutionem. Esse vero ante pubertatem directam, probat rectè intellecta decisio cap. si pater. hoc titu. in. 6. quo in loco mentio fit compendiosæ substitutionis, quæ primo fuit facta verbis communibus, nempe per uerbum, moriatur, & tamè inquit canon ante pubertatem esse directe intelligendam illam substitutionem. Nam de pubertate ibi nullum uerbum, sicuti nec in hoc cap. fit mentio pupilla-



riseratis, ita sane inducendus est text. in d. c. si pater. quem ad hoc ipsum citavit Bartol. in d. l. Centurio. num. 26. nec refert sit mater viua, an mortua. Ioanni. Andre. in d. c. si pater. glo. in §. qua ratione. inst. de pupil. Imol. Paul. Alexan. & Aret. in d. l. Centurio. Saly. Fulgo. Paul. & Ias. in d. l. precibus. quorum opinio communis est, secundum Ias. nu. 15. & Iaco. nu. 15. in d. l. precibus. eundem Ias. nu. 45. & Rip. nu. 118. in d. l. Centurio. Alex. consil. 12. volu. 3. col. 5. Corn. consil. 28. volu. 4. & consil. 114. vol. 3. & Socii Iuniorum consil. 94. nu. 28. r. vol. Guiljel. Benedi. hic tit. de compendi. nu. 27. Zasi. nu. 33. Alciat. lib. 10. parerg. c. 9. qui eandem sententiam veriorē esse existimant post Card. q. 36. & Imol. hic. nu. 152. col. 4. qui dixit esse sing. glo. in d. §. qua ratione. quam Vigli. ibi receptā esse cōmuniter asserit, quæ in d. Regia. l. 12. titu. 5. part. 6. probatur, illius vltima parte diligenter perpenſa. Atq; in d. c. si pater. Prima substitutio facta fuit verbis communibus, secunda verbis directis, & tamen vtraq; ante pubertatē censetur directa, etiam matre viuēte, quæ per eandē substitutionem excluditur.

Contrarium tamē probare nititur glo. in d. c. si pater. & in d. l. Centurio. & in l. precibus. vbiq; dicens præfatā substitutionem omni tempore fideicommissariam esse, quam sententiā, si mater viuat, probat Bar. in d. l. Centurio. nu. 27. cuius opinionem ante eū scripserat Oldra. consil. 99. & eam sequuntur dicentes communē esse Bal. in l. iam hoc iure. ff. de vulgar. & in l.

precibus. num. 38. Anani. consilio. 79. Aretin. consilio. 155. colum. vltim. Galiau. in d. l. Centurio. colum. 73. Matthæ. ab Afflictis decisio. 367. quibusdam rationibus, quas omittimus, ne lectorem nimis fatigemus. Deci. sane num. 19. & Curt. in d. l. precibus. num. 61. fatentur opinionem Barto. probabilem esse, quæ vero ex his opinionibus receptior sit, minime audent attestari. Nam & Cornē. consil. 93. vol. 3. colum. 2. dicebat primam opinionem receptam fuisse a canonistis, vltimam verò à iuris civilis professoribus, qua in re dubitat Baptist. de sancto Scuerino. in d. l. precibus. fol. 6. Sic & Bald. consil. 175. volu. 5. maxime dubius, cui opinioni accedat adserit cōmunem esse hanc vltimam. Verum nos priorī sententiæ accedimus, eo quod magis communis sit, & Regia lege apertius, quam contraria probetur.

Ex his ergo constat quid in præsentē controuersia agendū sit, omniſis aliorum perplexis traditionibus.

Sexta conclusio. Compēdiosa à pagano verbis obliquis concepta, erit omni tempore fideicommissaria. l. eo hæredi. §. cū filia. ff. de vulga. Bart. in d. l. Centurio. nu. 20. quem frequentissimo consensu ceteri sequuntur, secundum Ias. nu. 38. in d. l. Centurio. quamuis Deci. in d. l. precibus. dixerit, hanc substitutionem esse vulgarem, quem reprobant Curti. ibi num. 48. Galianl. col. 91. & Ripa in d. l. Centurio. num. 101. His igitur ad hoc breuissimum examen deductis, expeditum erit qualiter substitutio, cuius hic text. meminit,

nit,

Capitulum Raimundus §. 10.

nit, sic intelligenda si quidem hec fuit
 compendiosa à pagano cōstituta ver-
 bis communibus, & ideo post puber-
 tatem vim obliquæ substitutionis af-
 sumit: cum antea posset valere iure di-
 rectæ substitutionis. Eodem pacto ad-
 notandum est, secundam substitutio-
 nem, cuius meminit Romanus Pon-
 tificex in cap. si pater. esse cōpendiosam
 à pagano verbis directis factam, nec
 iure ordinario post pubertatem vale-
 re: imò omnino extingui: nisi ex cau-
 sa præsumpta intentione testantis, ne-
 pe pauperibus substitutis, sicut loqui-
 tur ille tex. qua ratione defendi potest
 id, quod Panorinit hic num. 20. opi-
 natur dicens, substitutionem illā post
 pubertatem posse vti fideicommissa-
 riam valere: id enim procedet ex mē-
 te testatoris: non alias. Imò in prædi-
 cta decisione c. si pater. probatur cō-
 pendiosam substitutionem factā ver-
 bis communibus instituto in re certa
 admitti iure directæ, & pupillaris sub-
 stitutionis ante pubertatem, si simpli-
 citer facta fuerit, quod est singulare se-
 cundum Franc. in d. cap. si pater. col.
 48. idem adserunt Imol. in hoc ca. fol.
 24. col. 1. Alexand. in l. Lucius. colum.
 vlti. ff. de vulga. idem Alex. nu. 39. Ias.
 nu. 36. Ripa. num. 154. & Galiau. in di-
 cta. l. Centurio. col. 59. secus esse dicen-
 tes, si in substitutione esset repetita ea-
 dem certa res: quo quidem casu facta
 substitutio verbo cōmuni non erit pu-
 pillaris, nec directæ, sed obliqua. Bal.
 consil. 96. vol. 4. Bar. in d. l. Centurio.
 nu. 31. vbi nu. 18. scripsit, compendio-
 sam verbis directis expressim in certa

re factam intra pupillarem ætatē dire-
 ctam pupillarem esse, & idem præfa-
 ur doctores fatentur passim recipientes
 Barto. per tex. in l. cohæredi. §. vlti. ff.
 de vulga. exceptis Galia. & quibusdā
 alijs, quorum sententiam in disputa-
 tione probat Soci. iunior cōsil. 122. nu.
 18. vol. 1. vbi Bar. opinionem commu-
 nem esse asserit: & ideo ab ea in cores-
 ponsio non distedit.

EX. §. DECIMO.

- 1 Legatum quibus formulis olim fieri solebat & inibi
 de verbo, lego.
- 2 Legatario competunt actio personalis, & Hypo-
 thecæ.
- 3 Intellectus ad l. 1. ff. de lega. 1.
- 4 Fideicommissario vniuersali quod remedium de iur
 aduersus heredem.
- 5 An facta fideicommissi verbalis restitutione, dominium
 directum transeat in fideicommissarium.
- 6 Hæres agit petitione hereditatis: fideicommissarius
 autem fideicommissariæ hereditatis petitione.
- 7 Specialis Hypotheca pro legato a testatore constituta,
 non tollit ipsius legis tacitam Hypothecam.
- 8 Intellectus ad l. fundus quem. ff. de annuis leg.
- 9 Venditio facta in fraudem portionis legitimæ an re-
 uocari possit?
- 10 Intellectus. c. cum contingat. de iur. iuran.

§. DECIMVS.



Lossa in verb. vsuca-
 pio, notat legatario cō-
 petere actionem per-
 sonalem ad persecu-
 tionem legati: qua in
 re, vt rem ipsam à radice deducamus:
 scire oportet antiquit⁹ quasdā legādi
 formulas inductas fuisse, & ex quali-
 bet earū. certas actiōes cōstitutas esse,
 con-

constat. nam legato relicto per vendicationem, in hunc scilicet modum, do illi solidos centum, actio in rem legatario dabatur. Per damnationem vero relicto, damno te hæres dare illi centum, aduersus hæredem personalis actio proponi poterat. Per præceptionem illis verbis, Præcipuam Titius ex parte hæres rem illam præcipito, iudicio familiæ herciscundæ agebatur. Ex sinèdi autem formula actio itidem ex testamento oriebatur, his sane verbis propositis, Damno te hæres, vt illi permittas rem illam accipere, quæ omnia explicuit Theophi. in princi. de legat. & præmittit ibi Iustinianus, & in l. i. C. com. de leg. Vnde licet verbum, lego, in duodecim tabularum legibus pro qualibet voluntate vltima deficietium accipiatur. l. verbis. ff. de verb. signific. à verbo Græco *λεγειν*, id est, desinare: quod hæreditas ab vno in alterum desinat, autore Alci. lib. 10. parerg. c. 1. ab hac tamè vltima, & apud veteres frequentissima legandi formula, peculiare est verbum istud particularibus legatis. Sed noua constitutio Iustiniani exequauit legata fideicommissis, atq; sublata harum formularum differentia pro quibuscunq; legatis easdem actiones concessit, ita sane vt legata aliqua re mobili vel immobili ipsius testatoris, aduersus hæredem competat personalis actio. Itè realis, eo quod dominium rei legatæ transferit in legatarium. l. à Titio. ff. de furt. & præterea Hypothecaria contra quamlibet aliam rem ipsius testantis. l. i. C. com. de legat. vbi post alios

Ias. docto. & præ cæteris Ripa in l. i. ff. de legat. 1. num. 38. l. 26. titul. 13. partita. §. Vbi vero rei legatæ dominium ad legatarium ipso iure, mortuo testatore minime transiret, solum personalis & Hypothecaria legatario conceditur, secundum communem, quam latius prosequuntur docto. maximè Alexand. Ias. & Iacob. de Nigris in dicta. l. i. Barba. hic num. 53. & Guiliel. Benedi. de lega. num. 146. mirum tamen est, cur legata fideicommissis dicantur exæquata constitutione Iustiniani, cum ante Iustinianum idem statutum esset iure ciuili. l. i. ff. de legat. 1. nisi dixeris, ante Iustinianum id receptum esse à Iuriscōsultis, non tamen Cæsarea constitutione diffinitum: quod Accursio, & doct. in dict. l. i. omnino placet: aut forsàn. d. l. i. habuit auctorem Iustinianum ipsum: sicuti ex codice Pandectarum vetustissimo deprehendit Francisc. Duarenus in l. Iuriscōgentium. §. & ideo. ff. de pact. quamobrem illius primi capituli. ff. de legat. 1. nullum auctorem ex Iuriscōsultis nuncupauit Holander. Sed & hoc ipsum reprobatur Antoni. Augusti. lib. 3. emendat. ad finem, dicens ex pandectis Florentinis illius auctorem esse Vlpianum libro. 67. ad edictum.

Quid in fideicommissis vniuersali? Et sane officium iudicis fideicommissario competit, vt hæres cogatur adire hæreditatem. glo. recepta communiter in l. non est cogendus. ff. ad Trebellia. adita autem hæreditate, vt hæres restituat, competit actio personalis ex testamento, & Hypothecaria etiã

mum quod aduersus ipsa Iurisconsul
 ti verba loquatur: imò in bonorū pos
 sessorem transferri dominiū directū,
 decreuit cōmunis opinio in. d. l. i. C.
 vnde legitur. quam ibi Alexan. Deci. &
 alij defendunt. Secunda ratio deficit
 manifeste. Aliud enim est, hæredem
 scriptum esse directum hæredē: nam
 id refertur ad ius illud vniuersale, q̄
 hæreditas repræsētat, non tamen ex
 hoc sequitur ergo dominus est dire
 ctus. l. si minor. ff. de adqui. hæred. Po
 test etiam cōtingere, quem esse domi
 num directum, vt vniuersalē, alium
 vero directum itidem dominum ali
 cuius rei particularis. l. i. §. vltim. ff. de
 rei vendi. Nō obstat tertia ratio, quia
 actiones difficiliter trāsmittūtur, quā
 dominium. l. quis ergo casus. iuncta
 gl. ff. de pecul. l. vlti. C. cōmu. de legat.
 §. sin autem sub conditione. ergo non
 sequitur actiones directæ minimè trā
 seunt in fideicōmissarium: igitur nec
 dominium directū. Sed & quarta ra
 tio penitus cessat, quia text. in dict. l. i.
 non confert fideicōmissarium cum
 vsufructuario: imò dictat in fideicom
 missarium transferri ius, & vsufru
 ctum, in eo quidē sensu, vt sicuti do
 minium trāsfertur, ita & cum eo trāsf
 latus sit vsufructus. Et quod commu
 nis sententiæ rationes cessent, constat
 ex alio, quod facta per hæredem resti
 tutione reali alicuius rei efficitur fidei
 commissarius illius rei verus, & dire
 ctus dominus quod negari non po
 test, & tamē adhuc actiones directæ,
 & nomen directi hæredis manent pe
 nes hæredē ipsum proprijs deniq; ra

tionibus destituta hæc opinio cōmu
 nis cōtrariā probari postulat, cui equi
 dē suffragatur tex. in. §. sed quia. instit.
 de fideicō. hære. vbi nihil remanet pe
 nes hæredē restituta hæreditate, ergo
 nec directū dominiū. Præterea, nō mi
 nus iuris habet fideicōmissarius vni
 uersalis facta verbali restitutione, quā
 particularis legatarius absq; vlla resti
 tutione. l. i. C. cōm. de leg. Sed legata
 rius efficitur dñs directus. l. à Titio. ff.
 de furtis. Igitur fideicōmissarius vni
 uersalis erit directus dñs, atq; ita à cō
 muni sentētia dissentiūt Paul. Castrē.
 in lect. Bononiensī. Soci. col. 3. & Rip.
 nu. 17. in. d. l. i. in princi. ff. ad Trebell.
 & Carol. in. d. q. 37.

Cæterū sicuti hæres dominiū ex so
 lo hæredis titulo habens ipsarum re
 rū hæreditariarū, etiam ante adquisi
 tam realē possessionē. l. cum hæredes.
 ff. de adq. posses. non agit hæredis iure
 rei vindicatione, sed petitione hæredi
 tatis. Bart. in. l. hæreditatis. C. de petit.
 hæredi. nisi agat hæres ex titulo domi
 nij, quem defunctus habuit, & in eun
 dem hæredem trāstulit: tunc etenim
 potest agere, etiam contra titulo pos
 sidentem, notatur in. l. 2. C. de petit.
 hæredi. Ias. in. §. actionum. de actio
 num. 218. Sic & fideicōmissarius vni
 uersalis, tametsi dominus sit post ver
 balem restitutionem non agit rei ven
 dicatione, sed fideicōmissaria hæredi
 tatis petitione. l. vlti. ff. de fideicō. hæ
 red. peti. vbi Bart. & optime Ias. in. l. i.
 col. 3. C. comm. de legat.

Eadem glo. dum subdit, actionem
 personalē tolli præscriptione triginta

Caput Rainuntius. §. 10.

annorum, est intelligenda, attento iure Cæsarum. Secus vero Regio iure, quo personalis actio tollitur viginti annis, Hypothecaria triginta, & idē in alia qualibet actione reali, vel mista. Regia & Taurina lex. 63.

7 Præter hæc ad perfectum huius gl. intellectum oportet tractare, an testatore cōstituente fundū aliquem in pignus pro soluendo certo legato, per hoc sit recessum à generali hypotheca omniū bonorū testatoris. ex. l. i. C. com. de leg. Et quibusdam placet hac speciali pignoris cōstitutione, nō cessare hypothecam legis. Bald. in. l. i. C. com. de leg. 3. col. versic. quæro quid si testator. optim. tex. in. l. fundus quem. ff. de an. lega. quæ ad hoc dixere sing. Roma. singu. 592. & Guil. Bene. hic tit. de leg. & fideicō. nu. 152. quorū sententiā probat Ant. à Fano. in tract. de pigno. 2. par. 4. mēbro. nu. 157. Nā & siflocator domus specialem sibi hypothecā adquisierit ex cōtractu, nō cēsetur renūciare legali hypothecæ, quæ à iure cōstituitur in rebus inuectis, & illatis. Faber, Ange. & Ias. in. §. item Seruiana. de actio. nu. 67. Bal. in. l. certi iuris. C. locati. pen. q. quibus communis aliorū consensus accessit, autore Antoni. in. d. tract. de pigno. 4. membro. nu. 91. qui tamen falso ad hanc sententiā allegat Dinum in. d. §. item Seruiana. Cynum, & Salyce. in. d. l. certi. qui potius contrariā in hoc sententiā asserunt. Sed videamus an text. in. d. l. fundus quem. Bal. Roma. & aliorum opinionē recte probet. Eius hæc sunt
8 verba. Fundus, quem paterfamilias li

bertis legatorum nomine, quæ in annos singulos reliquit, pignori esse voluit, ex causa fideicommissi rei seruandæ gratia petetur. Paulus notat hoc admittendum, & in alijs rebus hæreditarijs, vt & in eas legatarius mittatur. Hactenus Iuriscōsultus, qui loquitur in vltima parte text. de missione causa rei seruandæ, quæ legatarijs datur ex titulo, vt in possessionē legatorum. vt ibi adnotauit glo. nō de iure pignoris, aut hypothecæ à testatore constitutæ. Præterea legalis hypotheca pro legatis à Iustiniano fuit inducta. l. i. C. cō. de leg. nec de iure pandectarū erat cōstituta. Igitur non potest. d. l. fundus. hanc opinionē recte probare: cui obiectiōi tacite respōdet Rom. ex pandectarum iure fuisse etiā inductā tacitā hypothecā pro legatis. l. creditoribus. vbi Barto. ff. de separat. sed illa decisio loquitur de hypotheca iure prætorio competēti ex titulo, vt in posse. legat. text. & ibi glo. in. l. si postquā. C. vt in posse. lega. glo. in. l. is cui. §. postquam. ff. vt in posse. legat. Pau. Castren. in. d. l. i. C. com. de lega. tamen Cyn. ibi. 4. oppo. scripserit idem, quod Bartol. in. d. l. creditoribus. Potest sane nihilominus ex Iuriscōsulto. in. d. l. fundus. colligi opinio Bal. & Roma. quandoquidem cōstat, per specialem hypothecā testantis, non tolli illam missionem, quæ iure fieri potest in possessionem aliorum bonorum. Est tamen dubiū, an legans vel promittens centum aureos, aliamuē quantitatem super fundo Semproniano, videatur pignus illius fundi cōstituere pro solutione legati?

gati: qua in re Barto. in. d. l. fundus. re-
spondit, pignus censei constitutum.
Ias. in. l. 2. nume. 45. C. de iure emphy.
Curti. Iunior in. l. vlt. §. vlti. ff. de con-
tra. emptio. Ioan. Faber in. d. §. ite Ser-
uiana. col. vlti. de actioni, idem Bart.
in. l. Codicillis. §. instituto. ff. de legat.
2. quauis hæc promissio temporalis
sit, non perpetua, contra Guidonem
Papæ decisio. 432. qui in perpetua pē-
sione, non in temporali, præmissam
opinionem admittit, sed tamē in vtra-
que idē procedit, quod probatur ex
verbis ipsius contrahentis, aut legan-
tis, quæ Hypothecam apertissime de-
monstrant. Secus tamen erit, si pro-
mittens, aut legans diuersa oratione
vtatur in hunc modum, Lego aut pro-
mitto centum ex fundo Sempronia-
no: nō enim videtur pignus ex hoc cō-
stitutum, licet ad solutionē illius quā-
titatis fuerit designatus ille fundus. gl.
& Bar. in. l. Caius. ff. de annu. lega. per
illum tex. idem Bart. in. l. Lucius. ff. de
alimēt. legat. vbi est speciale in alimē-
torum legato, vt eius fauore pignus
censeatur constitutum, idem Ias. in. d.
l. 2. nume. 45. Faber. in. d. §. item Seruia-
na. col. vltim. à quibus in hoc dissentit
Curt. in. d. §. vlt. Maxime dubius in eo
discrimine, quod fit: an dictum fuerit
super tali fundo: an ex tali fundo. Itē in
eo, quod diximus speciali quodā ali-
mentorum fauore ex his verbis, pro-
mitto decem annua pro alimentis ex
fundo Semproniano soluenda, hypo-
thecam induci. Sed sane in primo du-
bio propria sermonis interpretatio vi-
detur differentiam probare, & consi-

tuere: præsertim considerata Juriscon-
sulti decisione in dict. l. fi. §. vltim. vbi
manifestum est, hypothecam non cō-
stitui, si quis promittat alteri centū an-
nua ex tali fundo. In altero autem du-
bio ex gloss. Barto. & alijs apparet spe-
cialiter id priuilegium alimētis cōces-
sum esse, idem Roma. notat in consil.
338. Feli. in capit. ad audientiam. in. 2.
nume. 6. de rescrip. Baptista de sancto
Seuerino in tracta. de pensionibus. q.
9. Paul. de Castro consil. 338. colum. pe-
nul. libr. 1. Guido Papæ. q. 576. Gigas
de pensionibus. q. 44. tametsi Anto. Fa-
nensis. d. membro. 4. nu. 164. versi. vi-
cesimus tertius casus, & idem Hiero-
nymus Gigas de pensionibus. q. 51. nu-
me. 17. nihil esse speciale in alimētis af-
seuerēt, sed regulare esse id Hypothe-
cæ ius quibuscunq; annuis pensioni-
bus, pro quarum solutione certus futi-
dus, certauē res designata fuerit. Et
cum hi Docto. præcipue eorum opi-
nionem probent non facta verborū
distinctione autoritate Barto. in dict.
l. fundus. & is loquatur eo casu, quo
super certo fundo: certauē re fit pmissio,
& constitutio pensionis, nō teme-
re eorum sententiam ad Barto. verba
referemus.

Glossa verb. deducēdas: tractat, an
alienatio facta per parentes in fraudē
portionis legitimæ, quæ filijs debetur
reuocari possit: in quo cōstat alienata
per libertum in fraudem legitimæ pa-
trono debita reuocari. l. vlti. ff. si quid
in fraud. patro. quā ad portionem le-
gitimā filijs debitam induxit Roma.
lingu. 610. sensu & idē Barto. in. l. notā

De testa. S vsque

Caput Rainuntius. §. 10.

vsq; ff. si quis à parē. fue. man. Sed tex. in. d. l. vlti. locum sibi vendicat principi aliter in filio arrogato: cū non fiat arrogatio nisi cōtracta fiducia, & legitima arrogati quasi ex cōtractu debita sit, vt inquit Bald. in. l. 2. C. si quid in fraud. patro. Vnde nulla querela, nulla reuocatoria cōpetit filio in bonis patris, oneroso titulo alienatis. Bar. in. l. hæreditariū. ff. de bonis auct. iud. pos. glo. Bar. Bal. Saly. Ange. & Paul. in. d. l. 2. Henri. hic. 3. col. & alij, quos Barb. hic refert num. 36. Suarez. in. l. quoniā in prioribus. 16. a. ampliā. C. de inoffi. testamen. Ioan. Andre. Cardi. Calde. & Abb. in cap. cum contingat. de iureiuran. quorum opinio communis est: si cuti asserit Carol. Moli. in consuetudi. Parisien. titul. 1. §. 8. glo. 3. q. 3. optimus text. in. l. Papinianus. §. quarto. & ibi Bald. ff. de inoffi. testamen. à qua sentētia non admodum licet discedere, & ideo eā intelligo veram esse, nisi emptor esset particeps fraudis, tunc etenim rescindi posset isthæc venditio. Bar. in. d. l. nō vsq;. Alex. in additionibus ad Bald. in. d. l. 2. Caro. Moli. in. d. q. 3. Ioan. Lupi in. c. per vestras. de donati. §. 17. ad finem. Secūdo potest ita intelligi opinio cōmunis, vt etiam cessante emptoris fraude venditio reuocetur, quādo facta fuit minori, quam iusto pretio: est enim donatio quædā ex ea parte, quæ iusto pretio deest: & ideo ad illam vsq;, quantitatem reuocabitur tanquam donatio inofficiosa. sensit Barto. in dicta. l. non vsq;. Bald. in. l. i. col. antepen. C. de inoffi. donat. Traquel. in. l. si vnquam. C. de reuo-

cand. donat. verbo, donatione largitus. nu. 9. Alex. in specie cōsil. 55. col. 2. vol. 1. dicens hoc ipsum omnes asserere. Tertio eadem venditio à filijs reuocari eodem iure poterit, quando solutio pretij conuenti non constat aliter, quam per confessionem patris. l. si forte. ff. de cast. pecu. & in hac specie Platea in. §. item si quis. inst. de inut. stipulat. la so. in. l. si arrogator. ff. de adopt. nu. 24. senserat Bart. in. l. cum quis decedens. §. codicillis. ff. de legat. 3. Alex. in. l. sæpe. ff. de re iudi. col. pe. Carolus in. d. q. 3. Cæpola caute. 36. Quarto eadē venditio reuocabitur, si præter fraudē probata fuerit eius simulatio, & fictio aliquot quidem coniecturis, glo. hic, & Barb. n. 37. quid enim si in morte fiat venditio hæc suspectis personis? certe simulatio præsumetur. glo. insignis in. c. de his. de sepult. quam Barb. hic existimat singularē esse. Vnde fortassis in hac controuersia iure probari poterit, non esse filiū ex iustis nuptijs natum peioris cōditionis, quam arrogatum, nec minus iuris habere quam patronū. Siquidem in his casibus, in quibus ipse dixi, filium agere posse ad reuocationem alienationis, patronus & arrogatus erunt ad eandem admittendi, nō in alijs, nec secus quā filius legitimus, & naturalis admittatur. Quod post huius operis secundā editionē videro placuisse quibusdam, qui questio nem istam diligentissime tractauerūt. Nec nos alia ratione quatuor casus distinximus, quam vt fere idem probaremus, non temere sequuti quæ veteres autores hac in re scripsere. Quinto licet

licet in Epitome de matrimonijs. 2. par. c. 8. §. 6. 14. nu. dixerim, bona patētū nō esse subiecta titulo, seu iure Hypothecæ pro filiorum alimentis: Si tamen parentes totū patrimonium alienauerint, ita vt nulla supersint bona, ex quibus alimenta percipere possint filij, non iniquū erit, quo ad alimenta præfatam alienationem reuocari, nō iure Hypothecæ, sed veluti factam in fraudem alimentorum, quo quidē casu oportet animum fraudandi probari. l. qui autem. ff. quæ in frau. credit. l. patronus. ff. de probat. aut aliam causam, quæ ipsam alienationē suspectā reddat, nempe si à matre sit dotis alienatio facta, etiam cum iuramēto, erit etenim reuocanda vsq; ad alimenta filijs præstanda, quæ aliunde exhiberi non possint. Imol. col. 6. & Alcia. nu. 22. in. d. cap. cum cōtingat. Faber in princip. quibus alii licet, vel non. Ioan. Igneus. in. l. i. §. si vir, aut vxor. ff. ad Sillani. num. 150. atq; hoc pacto est intelligenda glos. vltima. in. d. cap. cum cōtingat, quæ illum tex. dicentem alienationem rei dotalis iuramēto firmatam validam esse omnino, nisi in præiudicium alterius, quam alienantis facta sit, præiudicium istud in creditoribus, & filijs consideras apertissime intellexit. Nam aliter filij non possunt rescindere alienationē à matre factā, ex eo solum, quod ei essent successuri ab intestato, cū hoc præiudicium non sit principale, & ideo nō est sufficiens ad hoc, vt cōtractus retractetur. glos. in. c. quanuis puctum. de pact. in. 6. in fine, quam commendant Docto. ibi

& maxime Georgi. nu. 74. dixit aurea esse Felin. in. c. si diligenti. numc. 32. de foro compet. eadē idē Felin. allegat in. c. cum. M. de const. nu. 29. facit ad idē tex. in. l. si quis nec causam. ff. si cert. peta. vbi Ias. & insigniter Martinus ab Azpilcucta. in. c. si quando. col. 77. de rescrip. Nec tamē illud præmittam, posse nō incongrue glo. intellectum in. d. c. cum contingat. procedere, quādo res illa dotalis ex aui substitutione, aut alia quauis dispositione deberet ad filios alienantis peruenire, sit enim cōstat, nec eo casu alienationē validam esse in præiudicium filiorum, ita Ioan. And. Imol. col. 5. & Alciat. nu. 27. in. d. cap. cum contingat.

Sūt & in hoc capite aliquot Bernardi glossemata, quæ non indigent diligentiori examine, quam vt ad verbum relegantur, quæ ratione ea omittere libuit, ne lectore grauemus expositionum, & conclusionum repetitione.

EX. §. VNDECIMO.

- 1 Index appellationis potest sententiam primam supplere in his, quæ naturalis, & causa postulat.
- 2 Olim possessor presumitur hodie possidere, si presentem possessionem allegauerit, & ibi tractatur intellectus Regiæ. l. 10. tit. 14. part. 3.
- 3 Notorium an sit necessario ad legatum, atque ibidē agitur de intellectu glo. in cle. appellanti. de appellat.
- 4 Liberi primi gradus non computant in quartam Trebellianicam fructus perceptos ex hereditate ante mortem.
- 5 Filius rogatus post diem hereditatem restituere dedit portionem legitimam, & quartam Trebellianicam.
- 6 Ascendentes rogati hereditatem restituere post diem, easdem duas portiones deducunt.
- 7 Trebellianica non potest prohiberi, in status hereditibus liberi primi gradus.

Caput Rainuntius. §. II.

- 9 *Fructus percepti ex hereditate à liberis primi gradus non imputantur in Trebellianicam etiam si due portiones deducantur.*
- 9 *Non potest pater iubere filius rogatis hereditatem vestituere, et fructus ante mortem percepti computari in Trebellianicam.*
- 10 *Trebellianica portio, an amittatur non confecto inventario.*
- 11 *Filius non potest repudiare hereditatem patris pro ea legitima portione.*

S. V N D E C I M V S.



Hoc cap. §. cum autem primum apparet, Cardinalem plurima addisse sententiæ latæ per iudicem inferiorem, cum tamen iudicis officium in appellationis iudicio sit, pronũciare male, aut bene appellatum fuisse. l. eos. C. de appellat. Sic etenim inquit Imperator, Cum super omni causa interpositam prouocationem, vel iniustam tantum liceat pronũciare, vel iustam. Quamobrem videri potest, hanc sententiã Cardinalis aduersus illam de cisionem latam fuisse. Id tamen receptissimum est, dictionem illam, tantum, non excludere ea, quæ sunt propria ipsius actus. clemen. exiui. §. cum autem. de verbo. signi. quem text. dixit esse peregrinum Ioan. Anan. consi. 36. idq; passim doct. notant. Ille igitur iudex, qui causam appellationis tractat, id potissimum curare debet, vt male, vel bene appellatũ fuisse pronũciet, & præterea poterit condẽnare nõ condẽnatum, si natura litis, & causa hoc ipsum exposcat, atq; eadem ratione addere primæ sententiæ ea quæ a iu

dice omissa fuere. c. cum Ioannes. vbi Antoni. Abb. & alij, de fide instrumẽ. l. cum apud. ff. iudi. solui. gloss. in. l. in summa. ff. de re iudi. tex. hic. in quo & amplius probatur, iudicẽ appellationis posse primam sententiã reformare in his, quæ illa sententiã vel omiserit, aut perperam diffinierit, etiam nemine petente. Hic siquidem tutor nõ petierat deduci quartam bonorũ portionem iure naturæ debitã Adiectæ, sed tantum quartam Trebellianicam ex fideicommissio: & tamen Cardinalis propria sententiã iussit legitimam portionem Adiectæ debitam deduci: quod præ cæteris notat Abbas hic, & Felinus in dict. cap. cum Ioannes. nu. 13. procedit tamen, quando ex actis in iudicio constat hoc ius litigãtis. Poterit nanq; iudex, nemine petente, in his quæ sibi vt iudici manifesta sunt, propriam sententiã dicere, id est, ius reddere litigantibus. tex. hic adnotante Innocen. glo. in. c. peruenit. vbi Antoni. Abb. & Burgenl. col. 2. de empti. & vbi Fel. in. c. de quarta. col. penul. de præscrip. dicens esse ad hoc singul. & vnicum tex. in. d. c. peruenit. idẽ Fel. late in. c. cum ordinẽ. de rescrip. nu. 11. probat. c. cum olim. de verbo. signi. glo. celebris, & ibi præ cæteris las. in. l. vbi pactum. C. de transactio. Deci. in. c. si duobus. de appellat. col. pe. & in. c. ad hæ. in. 3. co. titu. Balb. de præscrip. 1. part. q. 8. notant alij doctor. quos citat Ripa in. l. 4. §. hoc autẽ iudicium. ff. de dam. infect. num. 28. optimus text. in. c. bonæ. in. 1. de post. præ. modo ex iuris communis sanctionibus id ius litigãti

rigati competat, secus si ex priuilegio id enim allegandum omnino est, & ex eo ius petendum. Anto. Burgesi. in. c. cum dilecti. col. 4. de emptio. Quæ omnia sunt ad praxim deducenda eo casu quo saltē generaliter ipsi libelli verbis comprehenduntur. Vnde valde utilis est illa clausula, Peto mihi iustitiā reddi, & exhiberi. Ex his tamē infero intellectum ad tex. in. d. cum dilecti. nec enim ibi iudex superior potuit iure supplere omīssa ab inferiori iudice, quia pretij iusti defectus, qui in eo factō resarciri ab emptore poterat, aduersabatur petitioni vēditoris, qui restitui rē precise petierat. vt ibi animaduertit Burgē. nu. 34. Cuius intellectus, licet plane pcedat, nō tamen excludit sententiā Abb. ibi, qui ex eo capite notat nō posse iudicē, apud quem tractatur, nullā fuisse sententiā ab inferiori iudice latā, eandē reformare ex actis, quādo simul & processus fuit nullus, atq; eas esse partes iudicis asserit, vt eā sententiā nullā fuisse pronūciat. idē notauit Barb. in. c. in literis. nu. 16. de offi. de leg. dicēs esse ad hoc textū vnicū, & singularem in. d. cap. cum dilecti.

Illud vero, quod diximus, iudicem posse sententiā ferre ex his, quæ sibi, vt iudici manifesta sunt, etiam si eorū allegatio omīssa fuerit, procedit quādo ea sunt cōperta iudici ex veris actis instrumentis, aut testibus. Secus autē si ex præsumptione, quæ deducitur à factō, vel animo ipsius tātū, pro quo præsimitur, ius litigantis sit iudici manifestum: tūc etenim oportet illā præsumptionē allegari. tex. in. l. si adulte-

ibid.

rium cum incestu. §. idem Pollioni. ff. de adult. quem ita intelligūt Bart. nu. 14. in. l. cum quid. ff. si cert. peta. Abb. dicens esse singula. in. c. afferte. de præsump. 2. col. & ibi Feli. & idē in. c. scribam. eo. titu. Alex. Ias. & Deci. in. l. nō hoc. C. vnde legit. col. 1. eādē Iurisconsulti decisionem dixit notab. Bald. in. l. 2. C. de in ius vocan. Alexan. in. l. qui bona. §. de illo. ff. de dam. infec. & singu. Capola de serui. tit. de seruit. verb. præd. c. 10. col. 1. quam opinionē asserunt communem esse lafo. 1. & 2. lect. nume. 25. Curti Junior. nu. 20. & Purpu. nu. 140. in. d. l. cum quid. vbi ipsam late explicat post Feli. in. c. cum ordinē. de rescript. col. pe. & Alex. in. l. 1. ff. de edendo. nume. 29. eaq; ratione cōmunis opinio probatur, quod omīssa allegatione præsumptionis, falsitas eius, quod præsimitur, vel simulatio potit præsumi iuste poterit: & ideo cessare debet iuris præsumptio: nā si animus litigantis, pro quo præsimitur, is esset, quem ipsa lex coniectatur, non esset à litigante allegatio hæc omīssa.

Hinc sane fit, vt quauis bona fides plærunq; præsumat, est tamen hæc alleganda. Bal. & Ange. in. l. super longi. C. de præscri. longi temp. idē Ange. in. l. eum qui. §. vlti. ff. de publi. Feli. in. c. fi. num. 8. de præscrip. Balb. in. l. Celsus. ff. de vsucap. 3. part. 2. col. Ias. col. fi. & Deci. col. 2. in. d. l. non hoc. Eadem ratione is, qui ignoratiæ prætextu se ipsum excusat, eā allegare debet: quod probat Alexā. in. d. §. de illo. per text. in. d. §. idem Pollioni.

Sed quoties præsumptio non ex fa-

Caput Rainuntius. §. II.

cto, vel animo proprio tantum, sed alterius oritur, non erit necessaria allegatio: sed erit satis factum ipsum deducere: iuxta Bart. opinionem in. d. l. cum quid. que in prefati docto. passim sequuntur: & id probatur in. l. omnes. §. Lucius. ff. de his, que in fraud. credi. Gynlidem notat in. l. nec exemplo. C. de falsis. & Alexā. in. l. qui iurasse. ff. de iureiu. Ex quo infertur intellectus ad tex. in. d. c. afferte. vbi nulla fuit necessaria allegatio: quia presumptio deducta fuit non tantum a facto illius vere matris, sed & simul a facto alterius: quod considerant Felin. ibi, num. 4. & Socin. in dicta. l. cum quid. col. pe. Ego vero existimo in dicto cap. afferre. non esse necessariam hanc subtilitatem: siquidem vera illa mater sepius allegauerat, illum infantem esse proprium filium, & hæc allegatio sufficiens est. Nec requiritur hac in re allegatio presumptionis ipsius, sed erit satis allegare id, ad quod presumpcio tendit: quod manifestum sit, sequenti exemplo: si quis etenim contendat in iudicio se ipsum excusare ignorantia, sat erit allegare ignorantiam, & eam probare casu, quo ipsa non presumatur: si vero ipsa ignorantia in eo facto a iure presumatur, non est necessarium dicere, ignorantiam illam presumi, quia sufficit eandem ignorantiam allegasse. Sic etiam qui ex bona fide proprium ius defendit, eandem bonam fidem allegabit, nec oportebit ipsum asserere, bonam fidem in eo a iure presumi. Maxime vero in. d. c. afferte. nulla erat necessaria allegatio presumptionis ex eo, quod

iudex ibi proprio motu, & officio ad veritatem inquirendam illa industria usus fuit, ut ipse veritatem indagaret, quo quidem casu non video esse aliquam allegationem necessariam, cum in his, que ex proprio officio iudex inquirat, allegatione penitus omissa ipse supplere possit, sicuti notatur a docto. in. l. l. C. ut que desunt aduocat. iudex suppleat, atque hoc pacto intelligendum est illud Solomonis iudicium, quod in. d. c. afferte. maxime commendatur. Cui similitudinem est, quod Suetonius scribit in Claudio Cesare. c. 15. Is inquam Cæsar negantem matrem, iuuenem quendam proprium filium esse, coegit ad confessionem indicto iuuenis matrimonio.

Ex præmissis omnibus deducitur veritas illius communis sententiæ, que asserit, olim possessorem, presumi, & hodie possidere. glo. Barto. & alij in. l. siue possidetis. C. de probat. Anton. Abb. & docto. in. c. cum ad sedem. de restit. spolia. Est enim id intelligendum si presens possessio allegetur. Bartol. in. d. l. siue possidetis. Arcti. in. l. Pomponius §. vlt. ff. de adq. poss. Bart. & ibi copiose Francis. Balb. in. l. Celsus. ff. de vsuca. 4. par. q. 1. quorum opinio communis est secundum Ripam in. c. cum ecclesia. nu. 23. de caus. poss. & Alciat. in tract. de presump. reg. 2. presump. 21. nam hæc presumpcio ex facto, & animo proprio descendit, igitur alleganda omnino est. idem ipse Alciat. probat eadem regu. 2. presump. 12. ab hac tamen opinione discedit Anton. Burg. quanuis eam communem esse concedat in. c. peruenit. de emptio. & vendi.

vendi. colū. 2. adducens tex. in capitu.
 præterea. in. 2. de transact. quo in loco
 probatur, non esse necessariam hanc
 allegationem, vt hæc præsumptio lo-
 cum habeat. senserat prius idem Feli.
 in. c. scribam. de præsumpt. & expref-
 sim notauerat Alex. consil. 133. colū. 2.
 vol. 1. sed nihilominus à cōmuni opi-
 nione non est recedendū. Nec enim
 obstat tex. in. d. c. præterea, cū ibi præ-
 sens ius, & sic subiectio præsens fuerit
 ab actoribus allegata. Sed quia opi-
 nionem Bar. in. d. l. cum quid. in ea ra-
 tione, quæ hanc communē sententiā
 fouet conatur reprobare Deci. & Cur-
 ti. Iunior ibi, dici forsan poterit suffice-
 re allegationem tacitam, & sic eā, quæ
 ex verbis, & intētionē possit recte col-
 ligi, licet expressa, omninoq; specialis
 non fiat. quod constat ex Panor. in. c.
 vlti. de præscri. vbi. nu. 34. scribit satis
 allegatā esse bonā fidē ab eo, qui alle-
 gavit præscriptionē cū præscriptio bo-
 nā fidē includat secundum eū, quæ se-
 quuntur Francif. Balb. in. d. c. Celsus. 3.
 par. col. 3. & licet Felin. dubitet. in. d. c.
 vlt. nu. 8. tamē Deci. idem notat in. d.
 l. nō hoc. col. 2. Alci. in. d. l. cum quid.
 vbi Alex. & Iuniores hoc ipsum cōce-
 dunt dicētes, sufficere tacitā allegatio-
 nem. Quod si hæc, & quæ paulo ante
 diximus adstrictum, & exquisitū exa-
 men deducas, forsan dices nihil refer-
 re, an ius litigantis sit ex præsumptio-
 ne, an ex veritate ipsi iudici compertū
 siquidem vbiq; & sufficit, & exigitur
 tacita quædam allegatio.

Prius tamen quam huic disputatio-
 ni finem faciam, libenter inquirā non

admodū facilem intellectum Regiæ.
 l. 10. tit. 14. par. 3. Ea enim probare vide-
 tur, agentem rei vendicatione, & alle-
 gantē modo reum conuentum possi-
 dere, omnino præsentem possessionē
 ex præsumptione probare, si probaue-
 rit olim rem illam, ipsum reum posse-
 disse, quibus sane verbis duo Regia le-
 ge probantur. Primū, præsumptionē,
 quæ ex facto, & animo alterius oritur
 allegandā esse, quod est contra Bart.
 & cōmunem in. d. l. cum quid. Secun-
 dum olim possessorem & hodie præ-
 sumi possidere, nō tantū in propriam
 vtilitatem, sed etiam in propriū dispē-
 diū, ita, vt olim possessor præsumatur
 hodie possessor, vt conueniri actione
 reali possit ratiōe possessionis, quod
 priori parti ipsius legis nō admodum
 conuenit, dū in ea sancitum est, olim
 possessore non posse actione reali con-
 ueniri ex præsumptioe præsentis pos-
 sessionis. Imo iure cōmuni olim pos-
 sessor non præsumitur hodie posside-
 re, quando præsens possessio in ipsius
 damnum ab aduersario allegatur. gl.
 Bar. & alij. d. l. siue possidetis. Abb. in
 c. cum ad sedem. nu. 15. de resti. spolia.
 Bald. in. d. l. Celsus. 4. par. q. ad finem.
 quorum opinio communis est secun-
 dum Ripam in. d. c. cū ecclesia Sutri-
 na. nu. 27. & Alci. reg. 2. de præsump.
 præsump. 21. nu. 6. Ex quibus apparet
 hanc opinionem ab omnibus receptā
 Regia cōstitutioe reprobari eo casu,
 quo præsens possessio ab aduersario
 allegatur, q̄ adhuc obstat Doctorum
 opinioni. Sed forsan Regia decisio est
 intelligēda in re mobili, tūc em̄ olim

Caput Rainuntius. §. II.

possessor præsumitur hodie possessor etiam in eius præiudicium, auctore Pano. in. d. c. cum ad sedem. nu. 16. vel quando quis paulo ante motam litè arbitrio iudicis, rem petitam possidebat, nam quauis neget se hodie possidere, præsumitur hodie possessor, aut saltè dolo desijisse possidere. idè Abb. in dicto capitu. cum ad sedem, nume. 15. l. si rem. ff. de except. rei iudica. non ignorabit. C. ad exhiben. vbi Salycet. post alios. & Ripa in dicto capitu. cum ecclesia. numer. 28. optime Ioan. Arelat. in additionibus ad Alcia. dict. præsump. 21. numer. 6. Paul Castren. in. d. l. siue possideris. His quidem casibus: Regia lex poterit sane intelligi, ne cõmunem opinionem tollat: fateor tamen primum intellectum non omnino cõgruum esse: cum illa decisio Regia in parte prima loquat in re mobili, & immobili. Secundus vero intellectus maxime restringit illius legis verba, quæ valde generalia sunt. Nec me latet præfatam Regiam legem ita à quibusdam intelligi, vt ea illius legis pars, quæ à nobis difficilis censetur, loquatur in eo, qui propriam possessionem allegat ad eius vtilitatem, in quo sensu plana est, & facilis ea decisio, ac mirum in modum, omniq; ex parte probat opinionem cõmunem, quæ asserit, olim possessorè, hodie præsumi possidere, si præsens possessio ab eo allegetur.

Illud sane prætermittendum nõ est quod Balb. scribit in. l. si certis annis. C. de pactis. dicens ex præstatione diutina causam à iure præsumi, modo allegetur ab eo, in cuius fauorem præ-

sumptio inducta fuit, quod probat ex d. §. idem Pollioni. & sequuntur eum cæteri Docto. ibi maxime Ias. col. vi. idq; defenditur ea ratione, quod quauis causa à iure præsumatur, in genere tamen hæc præsumptio à iure colligitur. Vnde necessaria est allegatio ad certitudinem causæ, siquidè causa certa deducenda est in iudiciu: atque ita ipse defendo Bal. sententiam, in cuius intellectu plane defecit Feli. in cap. de quarta. de præscriptio. nume. 41. prædicta etenim ratioe allegatio necessaria est: licet isthæc præsumptio iuris ex alterius facto oriatur.

Ex præmissis omnibus in summa cõstat, notorium, quod ex actis constat: necessario allegandum nõ esse, quod probat Iason in. l. ait prætor. §. si damnentur. ff. de iureiuran. 1. colum. late Feli. in dicto capi. cum ordinem. nume. 11. ex hoc intelligens glo. in cle. appellanti. de appella, quæ dixit, notorium allegandum esse, quauis non probandum, quam gloss. dicit singula. Abb. ibi Franc. in cap. 1. de appell. in. 6. Barba. in capit. 1. col. 22. de offic. ordi. commendat Rochus Curti. in cap. vlti. de cõsuet. q. 3. ad finem relectionis, & sequuntur eam Docto. cõmuniter vt asserit Hippol. in. l. 1. §. si quis dicatur. nu. 24. de quæstio. Regia. l. 8. in Madricio cõuentu statuta, est enim ea glo. intelligenda, nisi notorium aliquid sit ex actis, id enim allegandum necessario nõ est, vt Feli. post alios existimat, idè dicès quado quis est absens, nam pro absente iudex supplet etiam in notorijs aliter quam ex actis. Prima tamè
decla-

declaratio est admittenda ita generaliter, vt in casu Cle. appellanti. locū nō habeat, etiam refragante Felin. Nam in appellatiōe ab interlocutoria sententia requiritur expressio causæ nominatim pro forma, & ideo nec satis esset appellante in genere causas proponere facta relatione ad acta processus, argumēto sumpto ab his, quæ notantur. in. l. 1. ff. de libe. & posthu. maxime per Alexan. & in hac specie sic intelligunt dictæ glo. interpretationem Angel. in. l. vbi autem. §. illud. & ibi Alexan. ff. de verbor. obligatio. Thomas dubio Rotæ. 43. Franc. & Deci. in. c. consuluit. in. 2. de appellat. idem Deci. in. c. vt debitus. eo. titu. col. 3. Alber. Brunus. in tractat. de formæ implemento. fol. 25. col. 2. Rota. 7. in nouis. tametsi in ipsius additione probe tur opinio Felin.

4 Glossa. in verbo, Contestata. dum allegat. l. iubemus. C. ad Trebelli. probat, à liberis primi gradus fructus perceptos ante restitutionem faciendam, eueniente eius cōditione: non esse cōputandos in quartā Trebellianicam, etiā si testator hoc voluerit. text. in. d. l. iubemus. quæ expressim loquitur, quando filius rogatur restituere hæreditatem fratri, aut alteri ex liberis testatis, & fortiori ratione idē erit, si rogatus fuerit extraneo restituere. Salyce. Paul. in. d. l. iubemus. Imol. in. l. quod de bonis. §. cum auus. ff. ad. l. Falci. quibus refragatur ratio illa, quod dicta decisio. l. iubemus. correctoria sit, & antiquiori iuri contraria: nam ex. l. in fideicommissariam. ff. ad Trebel. Fru

ctus percepti ab hærede ante restitutionis euentum imputantur in quartam Trebellianicā. Imo ex alio præmissa opinio falsa apparet: quia dict. l. iubemus. in fine dicitur, illam decisionem seruandā esse in personis ibi contentis, & tamen in ea lege mentio tantum fit liberorū primi gradus ex parte hæredum, & ex parte illorum, quibus restitutio fieri debet connumerantur liberi descendentes ab ipso testatore, quo fit vt fructus in quartā Trebellianicam computandi sint, quando restitutio iniūgitur liberis primi gradus, vt extraneis fiat. Cinus, Alberi. Fulgo. & Corne. in. d. l. iubemus. Alex. col. 3. & Vincen. col. 4. & Claud. in. d. l. in fideicommissariam. Abb. consil. 79. volu. 1. Ant. Rub. cōsi. 40. ad finem. Ego vero potius priori sententiæ assentior, quippe qui iniquum existimem in restitutione faciendā liberis testatoris fructus in quartam non computari: ac non itidem, si restitutio fieri debeat à liberis primi gradus extraneis, & ita hanc opinionem, quam ipse elegi, Ripa approbat in dict. l. in fideicommissariam. nu. 29. nec obstat. l. iubemus. non posse extendi ad alios, quam ibi nominatim expressos: id enim intelligendum est respectu illius, qui rogatur restituere: nam oportet esse filium testatoris, vel obtineri primum liberorum gradum: quem sensum probat Regia. l. vlt. titu. 11. par. 6.

Eadem gl. dum soluit obiectionē, concedit, liberos primi etiam gradus computare in quartam Trebellianicā fructus perceptos post moram ex hæ

Caput Rainuntius. §. II.

reditate restituenda: quod approbant doct. hic cōmuniter secundum Alexan. & Ripam in. d. l. in fideicōmissariam. num. 28. Scribit tamen Claud. ibi. col. 2. dicens hanc opinionem cōmunem, eam procedere ad hunc effectum, vt filius non lucretur hos fructus, sed teneatur eos restituere, non tamen præcise imputare in quartam Trebellianicam: quod verum est.

Glossa magna elegantem quæstionem discutit, cuius decisionem hanc proponit. Filius rogatus sub conditione hereditatem restituere, ita vt diuersis temporibus deducenda sit portio legitima, item quarta Trebellianica, poterit vtrinq; portionem retinere: quod si pure sit rogatus restituere, tūc alteram tantum portionem deducet. gloss. huic simil. in. l. quanquam. C. ad l. Falci. quarum opinio in hoc. c. & in c. Rainaldus. euidenter probatur, & vbiq; seruatur, atq; communis est. Bart. in. l. Papinianus. §. meminisse. ff. de inoffi. testa. Alexand. in. l. in ratione. §. quod vulgo. ff. ad. l. Falcid. col. 4. Ias. in authen. res quæ. col. 3. C. commu. de leg. & in authen. nouissima. C. de inoffi. testa. nume. 39. & in. l. filium. nume. 8. C. famil. hercif. & ibi optime Ioan. Corasius nume. 45. Soci. Iunior consil. 131. volumi. 1. nume. 59. Detius consil. 55. nume. 8. & consil. 228. colum. vlti. & consil. 416. col. 1. Catelli. Cotta in memorialibus, dictione, filius. quā opinionem & plures alij sequuntur, quos referunt Paul. Parisi. consil. 1. volum. 3. nume. 78. idem consil. 25. lib. 2. nume. 56. & Aymon consil. 50. Nec

oberit huic sententiæ text. in. d. l. iubeamus. quæ loquitur in eo casu, quo diuersis temporibus portiones prædictæ deduci possent, & tamen, inquit, dodrans restituatur: quia dodrans ibi restituitur ex bonis, quæ deducta portione legitima penes hæredem remanserūt. Alex. post alios in. l. quod de bonis. §. quod auus. ff. ad. l. Falci. Item nō obstat. authen. res quæ. vbi tantum fit mentio deductionis legitimæ portionis ex bonis, quæ rogati fuerunt liberi restituere. Nam portio legitima in ea constitutione solū detrahenda proponitur, quando pure iniuncta fuit restitutio, si tamen & hæc interpretatio dura videbitur, negauimus sensum illum à contrario, qui nobis negotium facessit: multo minus oberit Regia. l. vltim. tit. 11. part. 6. quæ in specie differit, Filium rogatum restituere hereditatem post diem, vel sub conditione, non imputare fructus in portionem legitimā: ecce enim ex illa lege legitima tantum deducitur, neq; vlla mentio fit Trebellianicæ. Quamobrem sciendum est illam legem, legitimā appellare eam portionē, quam Trebellianicā nos dicimus, quod ex eadem l. constat & maxime adiuncta. l. 4. tit. 11. parti. 6. quæ Falcidiam legitimam nuncupauit. Imò communis opinio vendicat sibi locum in ascendētibus, qui rogati ab eorum liberis hereditatem restituere sub cōditione vel post diem, duas portiones detrahunt, legitimam scilicet, & Trebellianicā. Angel. & Cuma. dubitante Baldo in. l. si à milite. §. vltim. ff. de testamen. milit. quorum

quorum opinionē dicentes eam esse communem sequuntur Ioan. Cro. in l. qui Romæ. §. duo fratres. col. 22. ff. de verbo. obliga. & Aym. Sauilli. consil. 110. quanuis Alexan. contrariū tenuerit in. d. §. quod vulgo. col. 7. Iaf. in. d. l. filium quem habentem. num. 90. & Catel. Cotta, dictione, filius. quo in loco Iasonem citat alibi eadem opinionem comprobantem. Est tamen hac in re notandum, præfatam opinionē de duabus portionibus deducendis, quæ communis est, minime procedere, vbi legitima portio semis esset, ne plus ex hæreditate capiat grauatus quam honoratus. Bald. in consili. 94. libro. 2. cui subscribit Carol. Molin. consil. 3. libr. 7.

7 Verum, ad huius rei cognitionem scire oportet, nū pater possit prohibere detractionē Trebellianicæ ipsis liberis primi gradus? Et Bal. ac Salyc. in d. l. iubemus. opinantur, detractionē Trebellianicæ etiam eo casu quo due portiones sunt deducendæ, non posse prohiberi institutis, & rogatis liberis primi gradus per tex. in d. l. iubemus. quæ in specie loquitur in liberis primi gradus post mortem restituere hæreditatem rogatis, eis concedens, vt non obstante contraria parentum voluntate, Trebellianicam deducant, non imputatis in eam fructibus ex fideicommissio ante diem restitutionis perceptis: esset profecto vana isthæc constitutio, nisi locus esset huic opinionem Bal. cui subscribit Corne. ibi. & Deci. consil. 218. idem Deci. consil. 81. col. 2. asserens hanc opinionem esse com-

munem, & idem asserunt eam secuti Iaf. in. l. Marcellus. num. 55. ff. ad Trebel. idem consil. 99. volum. 4. Rip. in. l. nemo potest. ff. de legat. 1. num. 52. Catel. Cotta. dictione, Trebellianica, & Socin. Iunior consil. 131. num. 58. volumi. 1. diligenter describens huius opinionis autores: quos reperit consilio. 137. num. 7. eodem volumi. Eandem sequitur Crott. in. d. l. nemo potest. Nec in hoc. d. l. iubemus. correctæ censetur, vt scribit late Pau. à monte Pico in. l. in quartam. ff. ad. l. Falc. col. 11. & Carol. Ruinus consil. 21. nu. 8. volum. 3. & idem consil. 163. volu. 2. num. 14. Sed cōtrariū pluribus potius placet ex tex. in auth. de hæred. & Falc. §. si vero expressim. quo probari videtur etiam si lijs rogatis. restituere hæreditatē posse prohiberi detractionem Trebellianicæ, qua ratione posteriorem sententiam tenet Roma. sing. 192. cuius opinio communis est aduersus Bal. sicuti profitentur Paul. à monte Pico in. d. l. in quartam. col. 117. Anton. Corset. in tract. de excel. regis. q. 73. col. 4. Corn. consil. 22. volu. 2. col. 9. Paul. Parisi. consil. 1. num. 83. vol. 3. Cassad. decisio. 4. de testam. & Anto. Rube. consil. 2. num. 16. qui excepto Pau. Pico eam sequuntur, vt vel hinc mirari liceat interpretum iurisciuis inconstantiam quam Aym. Sauil. considerat consil. 16. col. vlti. Nam Cinus in. d. l. iubemus. & pleriq; alij in ea sunt sententia, vt opinentur. Trebellianicā prohiberi posse in liberis, etiam primi gradus, per auth. sed cum testator. C. ad. l. Falc. & text. in. d. §. si vero. quibus non possum in

hoc

Caput Rainuntius. § II.

hoc dubio accedere ob filiorum fauorem, & ideo opinor veriore, ac magis receptam esse Bal. sententiam: nec enim eius opinio omnino cōvincitur aliqua iuris ciuilibus autoritate. Cum in d. auth. sed cū testator. & in d. §. si vero. non tractetur de liberis primi gradus: tamen si Falcidia prohiberi possit, etiam in liberis primi gradus. Imò Falcidia nō potest deduci simul deducta iam legitima. Bar. per tex. ibi in l. Papi nianus. §. quarta. ff. de inoffi. testa. l. 1. §. vlt. ff. si cui plus quā per. l. Falci. Polit. dicens hāc communē in l. filium. col. 12. C. fami. hercif. & in specie Soci. Iu nior consi. 136. volu. 1. nu. 9. Nec opi nor Ias. consi. 84. nu. 9. & consi. 86. col. 3. vol. 1. opinionem contra Bald. cōmunem esse profiteri: quia licet lo quatur in eisdē responsis in liberis pri mi gradus, tamē dum asserit cōmuni ter teneri Trebellianicā prohiberi pos se, de ea opinione intelligit, quæ tra ctat quæstionē & eā diffinit in his hæ redibus, qui liberi primi gradus non sunt: quod nos inferius tractabimus in. c. Rainaldus. §. 3. nu. 7. Ex his tamē aliquot tractāda sunt, & inferenda.

8 Primū, fructus perceptos à liberis primi gradus, non esse computandos in quartam Trebellianicā, etiam eo casu, quo duæ portiones sunt deducē da. Bart. & Alexan. in l. quod de bo. nis. §. quod auus. ff. ad Trebellia. Paul. à monte Pico in d. l. in quartam. col. 117. & sequentibus. Carol. Ruin. consi. 21. nu. 11. vol. 3. & hęc est cōmunis opi nio secūdum Alex. in d. §. quod auus. Ripam in d. l. fideicommissariam. nu.

30. Paul. Parisi. d. consi. 1. num. 98. & cō si. 25. lib. 2. num. 55. Soci. Iuni. consi. 131. num. 62. volumi. 1. & eundem consi. 132. num. 2. eo. volumi. quibus ad stipu lat. tex. in hoc. c. Rainūtius. & in. c. Rai naldus. sicuti visum est Claudio in. l. mulier. §. cū proponeretur. ff. ad Tre bell. quanuis in hac illatione contra rium asserant Paul. Castrenf. & Alex. in. d. §. cum proponeretur. idem Paul. in. l. scimus. §. repletionem. C. de inof fic. testa. & in d. l. iubemus. 3. limitatio ne. Deci. consil. 481. num. 13.

9 Secūdo infertur, non posse nec in directe prohiberi detractionem Tre bellianicā liberis primi gradus à iure concessam: nempe, si pater iusserit fru ctus ex fideicommissio ante morā per ceptos in quartam Trebellianicā cō putari: quod probatur ex eo, q̄ nec pa ter directe poterat Trebellianicæ por tionis deductionem prohibere. Igitur, nec poterit mandare vt fructus, quos iure optimo sibi præcipuos per cipiūt liberi, in eam portionē compu tentur: nam esset in effectu prohibere Trebellianicā. d. l. iubem. & late hęc illationem tutatur Paul. à mōte Pico in. d. l. in quartam. col. 113. & Soci. Iu nior in dicto consi. 131. num. 54. volu. 1. licet Bald. in. l. quoniam in prioribus. C. de inoffi. testa. ad finem. contrariū notauerit per tex. in. l. si debitor. ff. ad l. Falci. quo decisum est, ex voluntate testatoris eam quantitatem, quæ ab eo heredi instituto debebatur, in quar tam posse imputari. Qua ratione & Alexan. ibi videtur Baldi opinionem probare: quā concedūt omnes qui in

eam

eam iure sententiam, vt existiment, quartam Trebellianicam posse prohiberi à patre filijs institutis, & rogatis hæreditatē restituere. Sed minime obstat priori sententiæ tex. in. d. l. si debitor. quippe qui locū manifeste sibi vè dicet, extraneo hærede instituto: non in liberis primi gradus, vt animaduertit Picus, & suaderi potest hoc discrimen alia ratione. Nam pater instituens filium hæredem, non potest ei iniungere, vt in legitimam portionem imputet quantitatem à patre sibi debitam: posset tamen instituere extraneum iure hæredi, vt cõpenset cum ipsa hæreditate quacunque quantitatem à testatore ei debitam. Cinus in. l. 2. C. de iure dot. Roderi. Suarez in dict. l. quoniam in prioribus. C. de inofficio testam. 7. ampliatione. Ex quibus multo probabilior est prior opinio, quæ quidē consequenter deducitur ab his, quæ paulo ante probauimus.

Fructus vero tempore mortis testatoris pendentes, & stantes in quartam Trebellianicam omnino cõputantur, atq; in portionem legitimam filijs debitam, aut saltem non recipiunt eos præcipuos hæredes, etiam liberi primi gradus rogati hæreditatem restituere. Alexand. & Claud. in. d. l. in fideicommissariam. tradit Paul. Parisius consil. 27. ad finem. vol. 3. & consil. 20. col. vlt. eiusdem volum.

Ceterū, non erit alienum ab hoc tractatu inquirere, an filius non conficiens inuentarium, perdat Trebellianicæ deductionē: Et Cyn. Bal. Salyc. in. d. authē. sed cum testator in specie

respondet Trebellianicam amitti. Soci. in. l. Marcellus. §. quod autem. col. vlt. ff. ad Trebell. Oldra. consil. 134. loquens in liberis primi gradus. idē Corne. consil. 303. col. 4. vol. 1. idem Corne. con. 22. volu. 2. col. antepenult. vtr obiq; dicens hanc opinionem magis cõmunem esse: quod expressim Deti. fateatur eam secutus consil. 481. num. 16. & Paul. Parisi. consil. i. nu. 88. vol. 3. idem Parisi. consil. 18. num. 107. lib. 2. & consil. 16. num. 65. eod. libro. idem notat ipse Deti. consil. 236. num. 5. Sed liberis primi gradus ob omissionem inuentarij non amitti Trebellianicam, eleganter asserit Guido Papæ. q. 33. cuius opinionem sequitur dicens cõmunem esse Aymon. Sauilli. consil. 17. Eandē præmittit Corne. consil. 180. col. 7. volumi. 4. Anto. Rube. consil. 43. num. 9. dicens eam cõmunem. Huius tamen controuersie decisio ab ea disceptatione pendet, an Trebellianica locum habeat omissio inuentario: sicuti Falcidia eo non confecto excluditur omnino. Sūt enim, qui differētiā constituent inter Trebellianicam, & Falcidiam, dicentes, Trebellianicam nō amitti inuentario non facto etiam ab extraneo hærede, cum nullibi id iniure sit statutum: & quanuis in authent. de hæred. & Falci. §. si vero non fecerit. sit expressum in Falcidia: non tamē illa constitutio iura vetera corrigēs est extendenda ad Trebellianicam: maxime cum non sit eadem vtr obiq; ratio ino diuersa, vt notat Alexan. hanc opinionem secutus in. l. Marcellus. in princip. ff. ad Trebellia. post Bart. Angel. &

Caput Rainuntius §. II

gel. & Paul. Castren. ubi Ias. idem probat, dicens ab hac opinione non recedendum in iudicio. quam etiam Clau. ibi fatetur communem esse. idem concedit Alexand. in consilio. 29. colum. 3. volumi. 5. Aymon consil. 17. colum. vltima. & Socin. Junior consilio. 137. numer. 9. dubius an hæc sit communis sententia asserit eam seruandam fore, ex eo quod consuetudine recepta sit. idem scribit Corn. dicto consil. 180. cuius opinionis autor est idem Barto. in d. authent. sed cum testator. His vero non obstantibus verior est illa sententia, quæ censuit Trebellianicam amitti non confecto inuentario, & ea probatur non coniecturis, sed iuris Cæsarei autoritate: siquidem in authent. de hæredi. & Falcid. §. sancimus. cautum est, ad confectionem inuentarij citandos esse legatarios, & fideicommissarios, si hæres velit non tantum dånium effugere, sed & lucrū nõ amittere. Igitur nõ confecto solèmiter inuentario perdit hæres Falcidiã ex legatis, & Trebellianicã ex fideicommissis. Deinde in eadẽ constitutione. §. si vero non fecerit. scripsit Iustinianus: si vero non fecerit inuentarium secundum hanc figurã, sicut prædiximus, non retinebit Falcidiam, sed cõplebit legatarios, & fideicommissarios. quæ text. ad hãc õpinionem mire exaltat Roma. in authent. similiter. C. ad l. Falc. fol. pe. col. 1. ex quib⁹ cessant rationes primæ opinionis: quibus respondet Corne. in d. consil. 303. volum. 1. vltimam hanc sententiam recipiẽs, quam communem esse eam secutus asserit Socin. Junior

consilij. 2. volum. 1. num. 3. qui in filijs testatoris specialiter loquitur: sicuti Odrad. Corn. Deci. Parisi. & fere omnes, qui priorẽ sententiã approbant. Quo fit, vt non ita recepta sit contraria opinio: sicuti eius assertores opinantur. Nã & Carol. Moli. in Alexan. consil. 67. libro. 4. opinionem hanc, quam sequimur, veriolem & magis communem esse existimat. Quinimo à liberis primi gradus iustius est, ob inuentarij omissionẽ amitti Trebellianicã, quippe quibus duæ portiones, legitima & Trebellianica, iure competant, etiam si hæreditatem restituere rogentur.

Nec mihi placet q̄ Paulus notat in l. cum tale. §. cum Titius. ff. de con. & demonstra. dicens, sat esse fieri quãdam bonorum descriptionem, etiam non seruata solèmitate. l. vltima. C. de iure deliberan. & auth. de hæredi & Falcid. ad euitãdam Trebellianicæ portionis amissionem. Hoc enim contrariũ est his rationib⁹, ex quibus opinionẽ primã probauimus. tamen si Paulo subscribat Soci. Jun. d. consil. 132. nu. 5.

Ex eadem gl. adnotauit hic Panor. Filium hæredem institutum nõ posse retenta sibi portione legitima hæreditatem patris repudiare, quia legitima tũc defertur filio iure hæreditario, vt inquit hæc gl. Hæreditas vero nõ potest partim adiri, partim repudiari, ne quis deeedat pro parte testatus, & pro parte intestatus. l. 1. & 2. ff. de adq. hæredi. notat in hac specie Barto. in l. gerit. num. 22. ff. de adquiren. hæredi. & ibi Aretin. num. 5. Barto. in l. quia poterat. ff. ad Trebellianicam quorum õpinio

nio communis est, secundum Alexā. ibi colum. penulti. & Socin. num. 157. in. l. i. ff. de vulga. Deci. & Curti. in. l. 3. C. de impube. & alijs. & procedit, nisi filius hæres institutus haberet vulgare substitutum, atq; esset ita legatis grauat, vt eis solutis legitima portio integra non esset: tunc etenim poterit filius repudiare hæreditatem, legitima portione retenta. l. si libertus patrono: ff. de bonis liber. quam ita frequentiori consensu præfati docto. interpretatur. Quinimo mortuo patre intestato, nõ potest filius repudiare hæreditatē, & legitimam retinere. Abb. hic colū. penult. Soci. in. d. l. i. num. 31. Ripa ibi num. 159. Alexand. consi. 75. colum. 3. volum. 1. & Guiliel. Benedict. hic titu. de vulgar. num. 48. tradit Ias. in authentic. vnde si parens. num. 5. C. de inoffic. testam. qui præcedentes conclusiones refert, & approbat. quibus adde. l. 21. Tauri.



DE executoribus vltimarum voluntatum diximus aliqua in. c. 3. & in c. si hæredes. ist. tit. præter quæ & illud considerandum est, nõ oportere cuius negotium hoc cõmitti: tamen si canõ hic religiosos, clericos seculares, & laicos ad hoc munus absq; vlla distinctione admittat. Nam & monachi executores vltimarum voluntatum esse nequeunt, nisi impetrata superioris licentia. c. 2. hoc titu. in. 6. & Clementi. 1. titu. eod. ex qua cõstitutione monachi suscipientes hanc exequendi prouinciam coram ordinarijs iudicibus conueniri possunt de fraude, & culpa, atq; vt rationem reddant administrationis. Hi verò monachi, qui sunt ex ordine minorum, ab hoc arcetur officio. Cle. exiui. §. verum. de verb. signi. quãuis designari possint in testamentis ad consilium exhibendum executoribus vltimarum voluntatum, ex eadem Clementina constitutione. Quo in loco adserit Cardina. præfatis monachis nec ius eligendi pauperes cõmitti posse, cum isthæc electio sit exequutionis pars. idem Anch. ibi. num. 23. Domi. & Frac. in. d. c. 2. in prin. quibus Barto. refragatur in tracta. minori. lib. 3. c. 4. dicens, hæc electionē committi posse his religiosis, cum ea sit facti potius quam iuris, & quæ fieri possit per eum, qui huius muneris capax non sit. l. cum pater. §. hæreditatem. ff. de lega. 2. l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad

EX CAPITE T V A.

- 3 Religiosi quomam pacto possint esse executores vltimarum voluntatum, & an electio possit eis cõmitti?
- 4 Exequutio facta a religioso eo casu, quo non potest esse executor, an valeat?
- 5 Fœmina potest esse executrix vltimarum voluntatum.
- 6 Minor viginti quinque annis, maior decem & septem potest esse executor testamentarius.
- 7 Distributio iniuncta a testatore post diem certum, an possit ante diem fieri?
- 8 Testator non potest derogare potestati episcopo competenti circa executionem vltimarum voluntatum.
- 9 Voluntas testatoris sola principis autoritate mutari potest: nec sufficit consensus episcopi.
- 10 Episcopus excludi non potest a cura ecclesie alicuius, etiam si patronus tempore constructionis hoc expressum disposuerit.

Caput Tua.

ff. ad Trebel. idem notat expresse Roma. consil. 409. colum. 2. sensit Bal. in authen. ingressi. 2. col. C. de sacros. eccles. idem in. l. id quod pauperibus. colum. 3. C. de episco. & cleri. quorū opinio mihi magis arridet ex eo, quod ratio. d. §. verum. cesset in hac electione facienda. Imo arbitror posse eadē ratione cōmitti huic monacho electionem exequutorum. quanuis Domi. & Franc. in. d. c. 2. contrarium teneant ex eo quod exequutor debet esse certus. Ioan. Andre. & docto. in. c. 1. ad finem. de procu. in. 6. quorū ratio friuola est, quia certitudo in alterius voluntatem confertur. Paul. Castren. in. l. 1. col. pe. ff. de procu. Bal. in. d. l. id quod pauperibus. num. 15.

2 Quid autē erit dicēdum, si religiosus ex alio, quam minorū ordine: nō obtenta superioris licentia exequutoris munus assumat, valebit ne id, q̄ ipse gesserit?

Et Frederi. cōsi. 293. ad finem respōdet, exequutionem factam per monachum non impetrata superioris licentia validam esse, modo non præcesserit superioris contradictio. idem Roma. consil. 409. 2. col. & in singul. 242. manet miles procurator esse non potest, & tamen si à iudicio non repellatur tenent actus per eum gesti. l. filiusfamilias. §. veterani. ff. de procurat. Eādem Frederici sentētiā sequitur Deci. in. l. in ambiguis. §. non est. ff. de reg. iur. & Feli. in. c. 2. col. 1. de iudic. atq; eadem decisio passim intelligitur etiā in exequutione testamēti facta per religiosum ordinis minorū: ex quibus

hæc opinio magis cōmunis est, secundum Deci. consil. 494. col. vltim. & eūdem consil. 499. nu. 12. vtrobiq; tamen ab ea recedit ea ratione, quod actus regulariter factus contra iuris prohibitionem est nullus. l. non dubium. C. de legib. nec procedit argumētatio à milite exercente officium procuratoris, quia in monachis est prohibitio magis stricta, quod constat ex Panormit. in cap. in nostra. colū. vlt. de procurat. optimus tex. in. c. sed nec. ne cleri. vel monachi. quem Deci. commēdat in. c. 2. de iudic. num. 8. vnde opinio Frederici nō potest recto iure procedere, à qua etiam discedit Franc. in. d. c. 2. in principi. ist. tit. in. 6. illum tex. ad hoc inducēs: cum ibi dixerit illa decisio. Religiosus exequutor esse nō potest. hæc vero verba actum in contrarium gestū nullū esse manifeste ostendunt. glos. in Reg. 1. de reg. iur. in. 6. cōmuniter ibi recepta, & in. l. Gallus. in princip. ff. de lib. & posthu. Igitur non probatur iure prima opinio, etiam si communis sit.

3 Fœmina vero nō excluditur ab hoc munere exequendi vltimas voluntates. l. à filio. in principi. vbi Bart. ff. de aliment. & cibar. lega. tex. in argumētum in. c. nos quidem. ist. tit. gloss. in. c. 2. in princ. hoc tit. in. 6. Ioan. Oldendor. de exequut. vltim. volun. tit. 5. Bart. & ibi Deci. nu. 21. in. l. 2. ff. de reg. iur. Bald. in. l. id quod pauperibus. 2. col. C. de epif. & cleri. Ioan. Andr. & doctor. in dict. c. 2. quorum opinio communis est, & eam seruari consuetudine notat Specula. tit. de instrum. edit. §. nunc vero.

nu. 76. Imo vxor relicta exequutrix à marito in testamēto, non amittit ius executionis, etiam si contrahat secundas nuptias. Barto. in. d. l. à filio. Deci. in dicta. l. nume. 21. idem consi. 21. Bal. in authen. eisdem pœnis. C. de secun. nupti. ad finem. Oldendorp. d. cap. 5. licet tutelam amittat. not. in authent. matri & auix. C. quando muli. tuto. offi. fungi potest. scribit tamen Bald. in cap. ad audientiam. in. i. de rescript. relicta, aut commissa à testatore executione testamenti proprijs fratribus non censi fororibus delegata, ob imperfectum fœminarum cõsiliu. l. vltima. C. de legit. tuto. idem asserit Ias. in. l. ex facto. col. pen. ff. de vulgari.

4 Minor vero viginti quinque annis, maior vero decem & septem, poterit esse executor testamēti. ex ratioe text. in. c. qui generaliter. §. vlti. de procur. in. 6. vbi statuitur, minorem habentē decem & septem annos, posse constitui procuratorem ad negocia. Regia l. 12. titul. 5. part. 3. quæ insigniter probat opinionem Pauli Castren. in. l. 1. §. pupillus. ff. de adqui. posse dicentis, minorē decem septē annis non posse, nec ad negocia procuratorem constitui: quanuis Franc. in dict. §. vltim. dixerit, minorem etiam decem & septem annis, procuratorem posse legitime constitui extra iudicium. l. sed si quis. §. vltim. ff. de instit. & idem communiter est receptum, secundū Alex. in. l. exigendi. C. de procura. & Iaso. in dict. §. item adquirimus. nume. 36. Vnde fit, vt tex. in. d. §. vlti. dicens, maior decē & septem annis procurator ad

negocia licite deputatur, ita sit intelligendus, vt nō excludat minorem doli capacem. Verum huic opinioni Regia lex aduersatur manifeste, nec probatur in dict. l. sed & si quis. communis assertio: id etenim tantum ibi deditur, Pupillum institutorem obligare eum, qui ipsum præposuit: quoniā sibi imputare debet qui eum præposuerit. Nec obstat Paulo Castrensi dictus. §. Pupillus, quia loquitur in seruo impubere adquirentē possessionē domino. Ex quibus mallē ipse intelligere textum in dicto ca. qui generaliter. eo pacto, quo Regia lex intellexit. At in hac specie, minorem viginti quinque annis, posse designari executorem, si maior sit decem & septem, sensit glo. ibi recepta communiter in dicto cap. 2. in princip. ist. titulo. in. 6. Nec enim alicubi prohibitū est minoribus hoc executionis officium. Licet dubitet Speculator dicto. §. nunc vero. nume. 75. & contrarium potius probauerit Oldendorp. in dicto tracta. de execut. vlti. volun. capi. 4.

5 Colligitur præterea ex hoc canone, executores debere omnino diligēter sequi testatoris voluntatē, & id à deo verum est, vt executor nequaquam possit præuenire diem ab ipso testatore designatā ad executionem vltimæ voluntatis. Bar. per tex. ibi in. l. cū pater. §. à filia. ff. de legat. 2. Nam si restituta sunt ex iussione defuncti centum post quatuor mēses pauperibus, restitutio ante illud tempus facta præ iudicium infert pauperibus post illū diem futuris, idem Angel. & Alexan.

Caput Tua.

in. l. stipulatio ista. §. si quis dolum. ff. de verbo. obliga. col. 2. laf. dicens hanc sententiam communem esse in. l. post mortem. C. de fideicom. idem fatetur Deci. in. l. cum tempus. ff. de reg. iur. ab ea tamen diuertens his rationibus. Prima, quod testator ita disponēs potius salutem animæ respexit, quam tēpus executionis, quod forte adiecit, existimans ante illud non posse absq; detrimento rei familiaris hanc distributionem fieri. Item quod non magis futuros pauperes, quam præsentes dilexerit, aut considerauerit: siquidem & in præsentes pro animæ salute censetur pia isthæc distributio. Et præterea, diem à testatore constitutum præueniri, conducibilius est ipsi animæ testatoris, quam eandem diem expectari. Idem asserit Anchar. consilio. 202. Abba. consilio. 11. r. dubio. volumi. 2. quibus accedit decisio text. in. l. vxorem. §. Scæuola. ff. de legat. 3. vbi post mortem rogatus restituere hæreditatem, poterit viuēs cum voluerit, eam restituere. idem probat text. in. d. l. post mortem. Vnde nisi aliud ex coniecturis possem à voluntate testantis colligere, libentissime vltimæ opinioni accederem, atq; ita effugio Iurisconsulti verba in. d. §. à filia.

6 Hæc vero cōclusio, quam ex hoc. c. collegimus, procedit, quando voluntas testātis licita est, quod si illicita sit, seruanda non est. gloss. hic, quæ secundum Abb. in hoc text. probatur, dum dicit, executores testamentarios esse cogendos exequi vltimam defuncti voluntatem per episcopum, etiam si

testator interdixerit episcopo hanc coactionem. Ea etenim prohibitio illicita est, & ideo non est seruāda, ex quo Bald. scripsit in. l. Lucius. in. 2. §. vltim. ff. de legat. 2. minime derogari potestati Episcopi, ad quem ex negligentia erat deuoluta executio testamenti paterni, etiam si filius patris hæres in proprio testamēto mandauerit, vltimam patris voluntatem per quosdam certos executores ad effectum deduci. quod Bald. probat ex. §. Damæ. eiusdem. l. Lucius. imò nec potest testator prohibere Episcopū exequi vltimam voluntatem, negligentibus executoribus, & elapsa dilatione iuris, ea eadem ratione per istum text. quē in hac specie notat Barb. hic. nu. 4. contra Anch. quanuis Abb. in legatis, quæ pia non sunt, idem asserat, qd Anchar. posset tamen testator euitare episcopi iurisdictionem in executione vltimæ voluntatis, si in casum negligentia alios executores prioribus, & negligentibus substitueret, sicuti ipse notauit in. c. 3. huius tit. idem erit, quādo testator expressim voluit tempus datum executoribus à iure, eis minime obesse, nec currere, sed liberā eis executionē relinquat, vt cum voluerint, exequantur eius vltimam voluntatem. Bald. in. l. r. ff. de legat. 1. idem Bal. in. l. nulli. C. de episc. & cle. Abb. in. c. nos quidem. ist. tit. 2. colū. Barb. in. c. Ioānes. ist. tit. col. vlt. Gualdens. de arte testandi. tit. de execu. caute. 6. facit in argumētum. l. sed si ante. ff. ad Trebel. Sic etiam testator poterit executoribus dilationem datā à iure

re prorogare. Bald. consi. 301. vol. 2. & Franc. à Rip. in l. nemo potest. vlt. col. ff. de legat. 1. Sed & si testator in specie designauerit, quid sit agendum de pecunia, aut legata, eo casu, quo prima eius iussio non fuerit ob negligentiam executorum ad effectum deducta, nec possit modo in eandem causam expedi, minime poterit Episcopus illam voluntatem mutare. Bar. in l. liberto. §. Lucius. ff. de annu. lega. non enim ita temere mutanda est testantis voluntas, cum à solo Romano pontifice, aut summo Principe, possit derogari vltimis voluntatibus. clem. quia contingit. de religio. domi. l. legata. ff. de administr. rer. ad ciuitat. pertinen. Imo à Tyberio non potuit impetrari, vt legata pecunia Trebianis in opus noui Theatri, ad munitionem via transferretur vt scribit Suetonius in Tyberio capit. 31. tradunt ad hæc plurima Feli. numer. 17. & Deci. numer. 11. in cap. cum accessissent. de consi. Rochus de iure patro. verbo, construxit, quæstion. 11. & verb. honorificum, numer. 7. & 8. Nec sufficeret consensus hæredis, vt mutetur in totum vltima testatoris voluntas per episcopum etiam in alicuius ecclesie constructione, aut erectione constituta. Cardina. quæstion. 5. Imol. colum. 4. in d. clem. quia contingit. Feli. in dict. c. cum accessissent numer. 19. Rochus dicto verbo, construxit. q. 14. optimus text. in l. si ego. ff. de iure doti. Sunt sane qui opinentur, auctoritate episcopi posse vltimam voluntatem testatoris mutari, si nondum est executioni mandata, plura enim licet

antiqui be

ante executionem actus, quæ postea minime permittentur. l. patre furioso ff. de his, qui sunt sui, vel alie. in c. quæ admodum. de iureiura. qua ratione in hac specie asserunt hanc conclusionem Imol. in l. 1. colum. 3. ff. de condi. instit. Hippo. singu. 194. Feli. in c. super his. col. 2. de accusat. Ioan. Lupi. in repeti. rubri. de donatio. §. 47. col. 4. quibus hic canon obstat, quo iniunctum est Episcopis minus compellendi executores testamentarios ad seruandam exactissime defuncti voluntatem. Ecce igitur qualiter ante eius executionem, ad præsulis curam spectat obseruare testantium voluntates, non mutare: & idem colligo ex his, quæ adnotauit Guido Papæ decisione. 556. Nec tamen inficior, decreto & auctoritate Episcopi posse pecuniam à testatore in certum usum pium, non ita necessarium destinata: expendi in alium itidem pium usum magis Reipublicæ Christianæ, ac religioni necessarium, cui necessitati alium de subueniri nequeat, absque maxima difficultate. tex. in l. pen. ff. de operi. publi. quem ad hoc ipsum eleganter induxit Ioannes ab Imola in dicta colum. 3. quo pacto possunt intelligi plura, quæ congesit Bertachi. in trac. de Episcopo. 4. parte. 4. lib. numer. 52. & sequ. & plerique alij eandem tractantes controuersiam.

8 - In his vero, quæ paulo ante notauimus ex huius cap. decisione, concinit & illud, quod in ecclesia, aut oratorio auctoritate præsulis constructo, ac deinde dotato, Episcopus institutionem ministrorum, curam & regimen

De testa. T 2 habet

Caput Rainaldus.

habet, cap. praterea. capit. relatum. & alibi sæpissime. de iure patro. text. in capit. 1. 16. q. 5. quem dicit vnicum esse Felin. in cap. cum venerabilis. de exceptio. num. 32. text. in cap. vno. de iure patro. in. 6. capit. nullus. 16. q. 7. Abba. in capit. cum ecclesia Vulterana. de elect. colum. 3. Abb. in cap. cum ex in iuncto. de hæreti. etiam si testator, aut oratorium constituens prohibeat Episcopi curam, aut institutionem prædictam: quod in hoc tex. optime probatur, & expressim adnotarunt Innocé. in cap. in Lateranensi. de præb. Abb. in cap. requisisti. hoc titu. colum. pen. idem in cap. nobis. de iure patro. Bartol. in. l. quoties. §. vltim. ff. de admittu. Felin. in dict. cap. cum venerabilis. num. 33. optimus text. in capit. sic quidam. 10. q. 1. nec quicquam oberit, si testator ipse velit, bona illa, aut dotem oratorij in alium pium vsum expédi, eo casu, quo Episcopus eius prohibitioni renitatur. Rota Antiq. 868. Felin. d. numero. 33. Rochus de iure patro. verbo, pro eo quod, quæst. 12. Cuius quidem quæstionis nos meminimus in Epito. de sponsali. 2. part. cap. 3. §. 1. numero. 20.

Glossa in verbo, pijs voluntatibus, duo tractat, quorum primum in cap. 3. alterum in cap. si hæredes. ist. titu. explicuimus.

Dum glossa vltima dicit, infra titulo proximo, voluit citare text. in cap. proximo.

EXCAPITE

Rainaldus.

- 1 Qualiter accipiantur huius cap. verba illa. Hoc modo.
- 2 Condicio hæc, si sine liberis decesserit. non excludit foeminas.
- 3 Ecclesia substituitur a sub præmissa conditione, an præferatur foeminis.
- 4 Prohibitio alienationis facta ab arbitris, non impedit translationem dominij.
- 5 Prohibitus simpliciter alienare aliquam rem, non prohibetur eam rem, vel legare, vel extraneo hæredi relinquere.
- 6 Prohibitio alienationis extra familiam, impedit extranei hæredis institutionem.
- 7 Prohibitus alienare aliquam rem, etiam in hæredem extraneum, non potest eam extraneo etiam hæredi relinquere.
- 8 Alienationis prohibitio extra familiam, minime excludit legitimum successorem, etiam si is non sit de familia.
- 9 Prohibens rem alienari extra familiam addit: Volo eandem rem in familia remanere. excludit successorem legitimum, qui non sit de familia.
- 10 Successor legitimus non potest consequi rem alienari prohibitam, si ipse sit ex illis, in quos prohibitum fuit alienatio.
- 11 Verba prohibitionis vniuersalia, etiam successorem legitimum repellunt.
- 12 Successor legitimus admittitur ad rem alienari prohibitam, etiam si non sit de familia, nec instituitur hæres, modo alius scriptus hæres non fuerit.
- 13 Masculi ex foeminis descendentes an veniant appellatione generationis, posteritatis, sobolis, aut progenij.

CAPUT RAINALDUS.



Rimum hic considerandum est, Rainaldum institutum fuisse à Peponè patre hæredem pure, ac demum rogatum fuisse hæreditatem restituere sub illa conditione, si sine liberis masculis decesserit. Nec refert quod hic scriptum sit, Rainaldum institutum hæredem hoc modo: nam id est referendū ad ipsius

ad ipsius institutionis & testamenti seriem, nō ad modum aliquem institutioni adiectum, quasi dixerit cōditor huius canonis, Rainaldum hæredem hoc pacto, hac serie institutum fuisse: sicuti gloss. sensit, & Barba. hic fol. 21. col. 3. explicat, vel expone hoc modo, id est, hac conditione. glo. hic. ex qua adnotauit Lāfran. 2. col. modum quādoq; cōditionem significare, si sequētia verba conditionem præ se ferant, ac rursus conditionem pro modo assumi, si ex sequentibus verbis id appareat, quod ipse non negauerim: tamē ad huius textus, intellectum nihil id conducit, cum possit hic canon intelligi, vt prius dixi: vel institutionem dicere possumus factam adiecto modo, fideicommissum autem sub conditione.

2 Colligo deinde ex hoc tex. verba illa, si sine liberis decesserit, nō excludere fœminas, nisi expressim à testatore ita concepta fuerit cōditio, si sine liberis masculis decesserit. tex. insignis in l. cum acutissimi. C. de fideicō. vbi Docto. Cardi. & Ancha. hic, & id passim receptum est. Sed si esset statutum in ea prouincia, fœminas excludi à successione extantibus masculis, alium intellectum haberet testatoris conditio, si quidem esset de masculis, nō de fœminis intelligenda. ex mēte Barto. & aliorum. 2. colū. in l. hæredes mei. §. cū ita. ff. ad Trebellia. Feli. in. c. ius generale. 1. d. col. 3. Alcia. lib. 1. de verb. signific. col. 10. Soci. Iunior consil. 1. nu. 113. vol. 1. & alij autores, quorum ipse memini in. c. Rainūtius. §. 2. nu. 2. Ex;

plicat Tiraq. in. l. si vnquam. C. de reuocan. donatio. verbo, susceperit. nu. 112. & sequentibus: atq; nu. 86. & 102. Idem sane respondēdum erit, quādo testator vniuersalem hæredem filium masculum instituerit, & fœminam in re certa, ac demū filio substituerit, præmissa apposita conditione alterum filium masculum, aut agnatum quendam. Ex hoc enim cōiectura sumi potest, velle testatorem illa bona ad masculos, fœminis exclusis pertinere, cōseruandę familię gratia. Fulg. & Pau. in. l. 1. C. de condi. inser. Soci. consil. 6. volū. 3. Deci. consil. 15. & consil. 370. latius Socin. in. l. cum auus. ff. de condi. & demonstr. num. 80. qui alios ad hęc conclusionem allegant: à quibus non oportet discēdere, autore Curtio Iunior, consil. 35. colum. 2. Ex quo ipse infero, non substitutis agnatis, etiam filiam testatoris substitutā fratri, si sine liberis decesserit, excludi à neptantis filia instituti. Et quanuis id possit disputari, hæc tamē decisio æquior est verior, atq; colligitur ex his, quę præfati Doctores tradunt, & in specie Deci. dicto consil. 370. colum. pen. & Parisi. consil. 89. colum. penul. lib. 2. licet contrarium responderit Curti. dicto. consil. 35.

Imo dicta conditio, si sine liberis decesserit, quāuis stante. d. statuto ita intelligenda sit, vt masculi fœminis præferantur, tamen si institutus decesserit absq; liberis masculis, filia superstitē, excluditur substitutus: nec eo casu ob erit filię municipalis cōstitutio, vt explicat Caro. Moli. in Alex. cōsi. 15. libr.

Caput Rainaldus.

4. ex mente Docto. aduersus Andre. Alcia. in. d. col. 10. & in reg. 3. præsum. 32. numer. 4. Sic etiam si testator esset extraneus, nequaquam essent mares fœminis eiusdem gradus preferēdi ex ratione statuti, secūdam Alexā. in. d. consi. 15. & ibi Carol. Molinæ.

3. Itē, quando in hisce dubitationibus explicandis tutissimum est: ipsam testatorum voluntatem aucupari, ex ea præsumpta deducitur, piam causam substitutā filio masculino si sine liberis decesserit, excludere filias ipsius instituti, neptes testatoris. Anto. consil. 25. Curti. Iunior. d. consi. 35. colū. pe. mihi sane non placet hæc vltimarum volūtatū interpretatio: opinor enim ex paterna dilectione, potius testantem diligere neptes, quam piam causam, nec vrget ratio aliqua vt substituta ecclesia, aut substitutis pauperibus alicui mortuo absq; filijs, de solis masculis, ac non itidem de fœminis eam cōditionem intelligēdam esse. Vnde accedo libenter Soci. consi. 23. vol. 1. versicu. decimo octauo. & eius filio Soci. in. d. l. cum auus. numer. 42. & Parisio consi. 86. col. penult. lib. 2. quos habeo huius opinionis authores aduersus Curti. cuius sententia procederet forsā, si testator filias habens, eas ab vniuersali hæreditate exclusisset, & ecclesiam, vel pauperes substituisset. Sed & illud hac in re notandum est, cōditionem hanc, Si Titius sine liberis decesserit, omnino deficere Titio decedente liberis relictis, tametsi ipsi liberi postea mortem obierint, nullis relictis liberis. Nō enim censetur repetita hæc

conditio in liberis instituti, quēadmodum eleganter asserit Oldra. consi. 21. & consi. 141. ex. l. si quis hæredem. vbi Ias. idem notat. C. de instit. & substi. l. cum vxori. C. quādo dies leg. ced. l. ex facto. §. si quis autē. ff. ad Trebell. vbi Paul. colū. vlti. & Ripa col. 1. idem Ripa. in. l. Centurio. numc. 168. ff. de vulgari. & ibi Galiau. col. 93. latissime omnium Andre. Tiraqu. in. l. si vnquam C. de reuocan. don. verbo, susceperit. numer. 153. Parisi. consi. 18. libr. 2. Abb. consi. 40. lib. 1. Alexan. consi. 53. num. 11. & consi. 139. lib. 6. numc. 3. & ibi Caro. Moli. idem Alexan. consi. 31. lib. 3. vbi idem Carol. aliquot autores allegat. Paul. Castren. conf. 97. libr. 2. Deci. consi. 218. & 237. atq; alibi frequentissime. optimus tex. in. l. filius familias. §. cum quis. ff. de lega. 1. tradit Soci. Iunior consi. 111. num. 20. lib. 1. Corne. cōsi. 146. lib. 2. quo in loco addit, hæc opinionem procedere, nisi ex aliquot cōiecturis contrarium à mēte testatoris deduci possit: quod Soci. Iunior etiā explicat consil. 1. numer. 70. libr. 1. pulchre Aymon consi. 98. numer. 1. & sequentibus Hierony. Gratus consil. 5. col. 2. lib. 2. Parisi. consi. 86. lib. 2. numc. 24. & duobus sequentibus responsis.

Glossa in versicul. quibusdam bonis, quærit, quænam bona essent hæc, quæ deducta fuerunt in compromissum. Et id constat ex intentione text. glossa, & Doctorum bona isthæc fuisse partem illorum bonorum, in quibus Rainaldus fuit hæres institutus, quin vt rectius huic capi. aptetur intellectus, præmittēdum erit, totam hæredi-

hereditatem Peponis ex sexaginta-
quatuor aureis constare: & deinde est
fingendum quæstionem, quæ fuit ar-
bitris commissa, ad triginta duos au-
reos pertinere.

4 Glossa in verbo, Neutra pars, pro-
bat, prohibitionem alienationis alicu-
ius rei factam ab arbitro non impedi-
re translationem dominij, secuta alie-
natione. idē Innocē. & communiter
Docto. hic Barto. in l. filius familias. §.
diui. colum. penult. ff. de legat. 1. & ibi
Ias. 2. lect. num. 127. Crot. fol. 7. colum.
4. & Ferdinandus Loazes Præsul Her-
densis. numer. 467. Nam licet iudicis
prohibitio ita alienationē impediatur:
vt ea nihilominus facta dominiū nō
transferratur. l. si sciens. ff. de contra.
emptio. causa prohibitionis expressa.
Barto. quem cæteri sequuntur in di-
cto. §. diui. tamē in prohibitione facta
ab arbitro, etiam causa expressa, non
erit idem: cum potestas arbitri depen-
deat, & oriatur à contractu. l. non di-
stinguemus. §. nunc de officio. ff. de ar-
bitro. In contractu autem non potest
prohiberi alienatio ita fortiter, vt si
fiat, translatio dominij impediatur re-
gulariter. gloss. communiter recepta
in l. ea lege. C. de condi. ob causam.
Vnde erit idem in prohibitione, quæ
facta fuerit per sententiam arbitri:
quod adeo verum est, vt locum sibi
vendicet, etiam in arbitris, qui eligun-
tur autoritate & mandato legis. Fer-
dinandus Loazes in dicto num. 467.
contra Ioan. Crott. & Ripam numer.
94. in dicto. §. diui. Idem erit etiam in
casu, quo ex sententia arbitri oritur

actio, secundum Ferdinand. & Ripam
refragante Crotto: cuius opinio in
his duabus extensionibus refelli po-
terit ex his, quæ Decius adnotauit cō-
silio. ii. col. 3. ac potissimum ex ratio-
ne adducta paulo ante pro communi
& principali opinione.

Eadem glo. asserit, prohibitum alie-
nare simpliciter, minime prohiberi in
eadem re heredem aliquem etiam ex-
traneum instituere, aut eam in testa-
mento, aliaque vltima voluntate lega-
re: notat Barto. in l. peto. §. fratre. ff. de
legat. 2. optimus text. in l. 1. ff. de fun-
do dora. Bald. in l. ea lege. C. de condi-
ctio. ob causam. colum. 3. Angel. consil.
57. col. 3. vbi pulchre loquitur Alexā.
consil. 155. visis. colum. 1. vol. 2. Ias. con-
sil. 96. vol. 4. colum. 5. facit tex. in l. ex
hoc edicto. §. alienare. ff. de alie. iudic.
mut. caus. fact. Cæterum, hanc senten-
tiam Angelo tribuentes Ioan. Crott.
& Frederic. Herdensis in d. §. diui. in 7.
q. Bartol. ad examen adducunt, eam
penitus improbant per tex. in l. pe-
to. §. fratre. & §. prædium. vbi res pro-
hibita alienari non potest ad heredē
extraneum peruenire. ad idem aduer-
sus Ange. adducunt. l. pater filium. §.
fundum. ff. de legat. 3. qua probatur,
prohibitum in vita alienare aliquam
rem, posse eandem testamēto, cui vo-
luerit relinquere. Igitur si perperuā,
vel simplex esset prohibitio, nequa-
quā posset heredem extraneum eius-
dem rei facere, nec alicui extero eam
legare. Item rem adeo perplexā red-
dunt, vt Barto. aduersus Angelum ci-
tēt, atq; asserant frequēti interpretū
De testa. T 4 con-

consensu dānari Ang. opinionē. Ego vero hac in re distinctius procedam, ne confusione quadam singularis & egregia quaestio obruatur.

1 Prima cōclusio. Prohibitus simpliciter alienare aliquam rem, etiam cōtractus, vel legis prohibitionē minime prohibetur hāredem extraneum instituere, aut eam rem extero legare. Bart. in. d. §. fratre. & alij, quos paulo ante citavi. Hæc enim prohibitio refertur ad alienationem, quæ inter vivos fit, nō ad alienationem in ultima volūtate factam. Et dum Ange. Alexan. ac cæteri ita intelligūt eorum sententiam, nullum patiuntur discriminē, nec Bartolo refragatur, nec communi opinione reprobantur.

2 Secūda cōclusio. Prohibitio alienationis facta favore familiae, aliarumque personarū, impedit in eisdē bonis extraneū hāredem institui. d. l. peto. §. prædium. & §. fratre. tex. etiam in argumentum in. d. l. pater. §. fundū. Bart. in. d. §. fratre. & in. l. si ita quis. §. ea lege. ff. de verbor. obligat. cuius opinio communis est: sicuti fatetur Ias. Crot. & Præsul Ilerdensis in dict. §. diui. 7. q. Bart. & Chassa. consil. 19. col. 2. nec iure potest quisquā ab hac opinione dissentire, cū in prædictis locis apud Iurisconsultos satis sit expressa. Notat Deci. consil. 86.

3 Tertia cōclusio. Prohibitus alienare aliquam rem, etiam hāredem extraneum instituendo, aut eam extraneis legando minime potest hāredem extraneum in ea re instituere, aut extero legare, quod ratione probatur. Nam

potest testator hāredi in his bonis, quæ ei relinquit libertatē testandi tollere. l. qui filium. in princ. ff. ad Trebe. Potuit enim illa bona hāredi non relinquere, ergo poterit eiusdem hāredis potestatem limitare. l. videamus. §. penult. ff. de in li. iur. hanc igitur conclusionem in specie defendunt Ias. in 2. lect. nu. 139. Ioan. Crot. & Loazes in 7. q. Bart. in dict. §. diui. & est fere expressa apud Bar. in. d. §. fratre. Tamen si Ang. & Alex. quos primo loco adduximus contrarium probauerint, à quibus non est ausus recedere Ias. in d. §. diui. r. lectio. num. 105. nec Cotel. Cott. in memorabilibus dictione, Alienatione prohibita. Prima tamen opinio verior ex eo apparet, quod isthæc prohibitio facta fuerit in utilitatē successorum ab intestato: quo quidē casu est locus secundæ conclusioni. His vero obstat fortiter text. hic dicens, iudicium arbitratorum non potuisse impedire, ne legatum valeret, & tamen per eos fuit prohibita alienatio favore liberorum masculorum, qui geniti forent à Rainaldo, vel patruis, ex quo videbatur quidē legatum relictum à Rainaldo auunculis non valere: per pensā secundæ cōclusionē, atq; etiam tertia: nisi dixerimus, arbitros præter compromissum sententiā dixisse in prohibitionē alienationis, & excessivē potestatis propriæ limites. Aut legatum valuisse ex eo, quod alienatio facta aduersus prohibitionem arbitratorum omnino valeat, licet pœnæ locus sit, quod gloss. in principio notavit, vel est intelligenda arbitratorum sententiā

ria extrantibus Rainaldi liberis masculis, quibus ipse destitutus, & carens mortem obiit.

8 **Quarta cōclu.** Prohibitus alienare aliqua bona extra familiam potest in eisdem bonis instituere hæredem eum, qui ei futurus erat legitimus successor ab intestato. gloss. secundum Bar. in l. peto. §. fratre. cui est similis in l. pater. §. Iulius Agrippa. ff. de leg. 3. quam dixit singu. Ias. in d. l. si ita quis promiserit. §. sic lege. colum. 4. & Aretin. in l. vetre. num. 6. ff. de adq. hare. tex. secundum Bar. & Paul. in l. cum pater. §. cū inter. ff. de leg. 2. quæ ad hoc existimat singu. esse Imol. ibi, dicere eam opinionem esse communiter receptam. idē fatetur Ias. lect. in l. 102. & 2. lecti. num. 135. Ferdin. Loazes. num. 155. in d. §. diui. & Alexā. consil. 36. volu. 1. & pleriq; alij, qui passim hanc questionem tractat, quos Andre. Tirāq. congerit libr. 1. de retract. §. 26. num. 4.

Quæ quidem opinio locum habet, etiam si testator prohibens illa bona alienari extra familiam, speciatim addiderit, se ipsum velle, bona illa penes familiam monere. tex. in d. §. cum inter. sic etiam omnes approbates dict. gloss. in §. Iulius Agrippa. præmissam conclusionem intelligunt, secundum Alex. in d. consil. 36. col. vltim. Ias. in l. voluntas. col. 2. C. de fideicom. Alex. consil. 59. volu. 3. quorum opinionem, & intellectum defendit Ferdinā. Loazes. in d. §. diui. num. 158. inducens verba Iuriconsulti in dicto. §. fratre. quæ argumento à contrario sensu præmissa prohibitionē facta extraneum hære-

dem excludentia, legitimū hæredem admittere videntur, idem Deci. cōsil. 422. Sed & ipse Deci. parum sibi constans, consil. 481. consil. 23. Soci. in l. quæ Romæ. §. cohæredes. ff. de verbo. obli. ga. 4. casu. à glo. & communi opinione recedunt eo casu, quo testator nō ratum prohibuit alienationem extra familiam, sed addidit, Etyolo prædicta bona penes meam familiam manere: ex quibus sententia communis intelligenda erit, vbi simpliciter vetuit testator alienationem extra familiam. Quibus insigniter ad stipulatur ratio illa, quod facta prohibitionē alienationis, adiectis hæc verbis. Quia volo ea bona in familia manere, inducitur à testatore fideicommissum inter eos, qui sunt de familia. tex. in d. §. fratre. Aretin. & Socin. post alios cōmuniter in l. qui Romæ. §. cohæredes. Deci. d. cōsil. 23. Curti. Junior consil. 22. num. 18. eleganter Ferdin. Loazes. in d. §. diui. num. 532. plures assertiones hac in re diligentissime distinguens. & ita Bar. verba intelligens in dict. §. cohæredes. quæ adhuc sensum induci possunt. Ergo nō poterunt dicta bona exire familiam, etiam ad hæredem legitimum vltimæ possessoris intestati.

Nec huic limitationi obstat sensus ille à cōtrario deductus ex d. §. fratre. quia dū extraneū successorē excludit, legitimū admittit, q. tamē sit de familia. Vnde non possum nō recipere Soci. & Deci. interpretationē: maxime, quia principalis ipsa cōclusio gl. in d. §. Iulius Agrippa. indistincte à pluribus refellitur, præcipue à Bal. & Imol:

De testa. T 5 in d. §.

Caput Rainaldus.

in. d. §. fratre. Soci. consi. 43. vol. 3. De-
 ci. consi. 481. Ioā. Crot. in. d. §. diui. fol.
 8. Fulgo. in. consi. 117. Saly. in. l. ea lege.
 nu. 14. C. de condict. ob. caus. post Pe-
 trum à Bellaperti. à Baldo relatū, quo-
 rum sententia mire cōuenit testatoris
 voluntati, quæ cura, ac diligentia ex-
 actissima inquirenda est: nō alia sane
 ratione, quam ne quid aduersum eius
 consensui ex eius dispositione opine-
 mur. Quod si hæc controuersia libero
 ac ingenuo iudicio diffiniēda est, ego
 cōmunē assertionē opinor testatoris
 iudicio refragari. Nec obstat elegans
 decisio in. d. §. cū inter. nam ea proce-
 dit in hærede legitimo, qui ramē filius
 est vltimi possessoris. Piū etenim est,
 nec à mēte testātis alienū, ꝑhibitū rē
 aliquā extra familiā alienare, posse eā
 rē expresse, vel tacite trāsferre in eum
 qui ei naturali quadā lege hæres legiti-
 mus & necessari⁹ existit, secundū Ful-
 go. & Saly. Secūdo, poterit & eadē Iu-
 riscōsulti respōsio aliter intelligi, vt res
 prohibita alienari extra familiā liber-
 torū, iure possit trāsmitteri in libertæ fi-
 liū, quasi is sit de familia libertorū: ꝑ
 Accur. scribit in. d. §. cum inter. Nam
 quod quidam obijciunt, nomen fami-
 liæ ad fœminarum liberos nō extēdi,
 verū est, cū de familia ratione sangui-
 nis agitur, nempe de agnitione: secus
 vero vbi nulla habetur sanguinis, sed
 conditionis, & status ratio: argu. text.
 in. l. pronuntiatio. §. vl. ff. de verb. sign.
 Et præsertim hoc ipsum coadiuuatur
 ex eo ꝑ testator prohibēs rem aliquā
 alienari extra familiā libertorū, ipsis
 liberis consulere vult: & ideo mirum

non est, si libertarum filij admittantur
 cum eorum matri consultum fuerit à
 testatore, atq; matris conditionem se-
 quantur libertæ filij. Vnde præfata Iu-
 riscōsulti decisio minime esset admit-
 tenda, quādo prohibitio facta fuisset
 vtagnationi, aut generi consuleretur,
 Est & aliter intelligenda gl. in. d. §.
 Iulius Agrippa. vt procedat, nisi ille,
 qui intestato succedit, fuerit prohibi-
 tus bona præfata acquirere. text. in. l.
 codicillis. §. matre. ff. de leg. 2. gl. in. d.
 §. Iulius. glo. in. d. l. si ita quis promise-
 rit. §. ea lege. quā dixit alibi non repeti-
 ri Bal. in. c. 3. de pact. dixit singul. idem
 Bal. in. l. quotiens. in. 1. C. de fideicom.
 quorum opinio communis est: & eā
 sequuntur Ias. 2. lect. num. 138. & Fer-
 di. Illedéf. ibi. num. 157. in dict. §. diui.
 Bart. in. l. ventre. col. 3. versicu. Tertius
 casus. & ibi Paul. Castrenf. col. vltim.
 ff. de adqui. hæredi. & idem Bart. in. d.
 §. ea lege. col. penul. cui illud addendū
 est, nihil referre, an statutum prohi-
 beat rerum alienationem extraneis,
 peregrinis, & aduenis fieri, an ipsos
 peregrinos, seu extraneos acquirere:
 vtroq; etenim casu idem erit ex Are.
 in. d. l. gerit. num. 7. & Tiraq. libr. 1. de
 retract. §. 1. glo. 9. nu. 169. nō enim po-
 terit extraneus ex successione ab inte-
 stato illa bona obtinere. Secus vero si
 statutum prohiberet alienationem re-
 rum, extra ciuitatem: nam posset exte-
 rus iure successionis legitimæ illa bo-
 na habere: quā distinctionē ipse colli-
 go ex Bart. in. d. §. ea lege. & in. d. l. vē-
 tre. vbi Are. nu. 7. non exacte hāc dif-
 ficultatem expendit.

Tertio,

11 Tercio, prima & communis sententia erit intelligenda, nisi verba prohibitionis essent ita vniuersalia, atque ampla, vt videatur etiam excludere alienationem in legitimum heredem, extraneum tamen a familiae testatoris prohibentes alienationem: quod colligitur ex intentione disponentis. tex. in auth. de resti. fideicommissi. Arcti. in l. Pantonius. §. 1. col. 2. ff. de acqui. hered. & in d. l. ventre. nu. 7. Deci. consil. 23. col. 3. Curti. Senior consil. 40. col. 8. Anto. Rube. consil. 1. Iaf. in d. §. diui. 2. lectio. num. 137. & ibi Ferdinan. Ilerden. nu. 136. Cardi. consil. 135.

Quarto, adeo vera quibusdam apparet opinio communis, vt concedant rem prohibita alienari extra familia: posse ab illius rei possessore in vita tradi extraneo, qui tamen erat eidem intestato successurus. arg. l. 1. & l. cum quo. §. vlti. ff. ad Trebel. quod duodecim rationibus nititur probare Presul Ilerden. in d. §. diui. nu. 164.

12 Quinto, sunt qui arbitrentur predictam communem sententiam procedere, etiam si successor legitimus ab intestato, non fuerit heres institutus: nam ad eum, alio non instituto heredem, nihilominus transit res prohibita alienari extra familia, tamen si extraneus sit l. milites. §. vlti. ff. de re milita. Milites, inquit, si heredes extiterint, possidere ibi praedia non prohibentur. l. 1. §. pen. ff. de falsi. Cicero in oratione pro L. Flacco. Andre. Tiraq. lib. 1. de retract. §. 1. in glos. 9. nume. 166. quae tamen ex ratione iuris prohibet etiam locum sibi vendicant in herede extraneo, non

tantum in legitimo. Sed probat in hac specie tex. in d. l. cum pater. §. cum inter. vbi Bart. Roma. consil. 457. col. 2. Alexand. consil. 55. vol. 3. Socin. consil. 292. volu. 2. Iaf. in d. §. diui. l. 1. lect. nu. 101. Et fatetur hanc opinionem communem esse Soci. consil. 251. col. 3. volu. 2. & Tiraquell. lib. 1. de retract. §. 26. num. 5. omniumque diligentissime Laurenti. Syluanus consil. 6. num. 26. Quod si passim conceditur prima, & principalis communis assertio, quando ipse legitimus successor ab intestato, haeres instituitur, non video cur nullo alio heredem instituto, sed ipso legitimo successore iure capiende hereditate, non sit idem dicendum, licet non defuerint, qui huic vltimae conclusioni aduersentur.

Glossa in verbo, legitime, duo probat. Primum, naturalem filium excludere substitutum sub illa conditione, si substitutus sine liberis decesserit. l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Trebel. vbi Alexand. & Ripa id late tractant. Feli. & Detius in cap. in praesentia. de probatio. num. 35.

Secundum probatur ex gloss. filium naturalem non excludere substitutum sub praefata conditione ita expressa, si sine liberis legitimis decesserit: quod passim doct. concedunt.

13 Caeterum, Barb. hic col. 32. colligit ex hoc capite, dicens tex. istum singulare esse, sub mentione proles masculos contineri, quod minime dubium est. Ipse vero sensu eodem nomine expresso foeminas excludi: sed hoc non recte probatur in hoc tex. cum Rainaldus decesserit absque liberis masculis, & foeminis:

Erit

Caput Rainaldus. §. 1.

Erit tamen operæ pretiū perpendere, sit ne verum quod Barb. adnotauerit. In quo illud primo est cōsiderandum hæc nomina, Proles, generatio, soboles, posteritas, synonyma esse. l. cum quis. C. de natur. lib. l. ne diutius. C. de agri. & cēsit. lib. ii. quo quidē præmissio. gl. in. l. i. C. de condi. insert. scribit, quēlibet sequi generationem patris, nō matris. Vnde appellatione posteritatis, generationis, aut primogeniei, nō comprehenditur descēdens a fœmina, quo itē fit vt nec masculus natus ex fœmina, dici vere possit de generatione alicuius. Bartol. in. l. quia tale. ff. solut. matrimo. idem Bartol. in. l. i. ff. de probat. tex. optimus in. c. vbi cūq; de pœnis in. 6. & in. l. i. ff. de iure immunit. Laurus à Palatijs in tractat. de statut. exclud. fœmi. colū. 33. Nico. de Vbal. de success. ab intest. Fol. ii. col. i. Contrarium tamen probatur in. l. officiales. C. de episc. & cleri. imò natū ex fœmina dici vere potest sub progenie posteritate, & generatione cōprehendi. probat. l. cum acutissimi. C. de fideicom. vbi Corne. col. i. l. Iuriscōsultus. §. parētes. ff. de gradi. c. i. de schismat. in. 6. late Andre. Tiraq. lib. i. de retractu. §. i. in glos. 9. nu. 239. ad idem text. in. c. nouit. de iudi. vbi Hosti. Anto. & Deti. num. 3. Paul. Castr. in. d. l. i. C. de condi. insert. Domi. in. c. statutum. in. 2. de hæret. in. 6. Deti. in. cōsi. 223. colū. 2. quorum opinio communis est, vt testatur Nicol. de Vbal. in dicto fo. ii. col. i. Nec obstat tex. in. d. c. vbi cūq; quia locū habet in pœnis, quæ debent intelligi strictē. gl. ibi, quam in hac re

sponsione post alios sequitur Deti. in dicto cap. nouit. Item. l. i. ff. de iure immunit. tractat. de priuilegio immunitatis, quod conceditur aduersus publicam vtilitatem, & ideo non est intelligēdum de masculis, qui à fœminis descendunt, vti sentit glo. in. d. c. vbi cūq; & gloss. in. l. si ita scriptum. ff. de leg. 2. Deci. in. d. consi. 223. idem in. l. 2. ff. de regu. iur. num. 68. Ex quibus illa l. i. in alijs priuilegijs, quæ non sunt ita odiosa reipublicæ, non procederet, tametsi Curti. Iunior consil. 5. num. 40. eā intellexerit, in quacūq; dispositione, quæ contra ius cōmune facta fuerit. Neptis vero ex filio masculino dicitur descendere per sexum virilem. gl. singul. in. l. Gallus. §. nunc de lege. ff. de libe. & posthu. quam Barto. & docto. ibi approbant, & Hippo. singula. 33. & probatur in. l. lege duodecim. versi. huiusmodi. C. delegit. hæred. verum an appellatione liberorū masculorum, veniant mares ex fœminis descendentes, explicant Paul. Corne. & alij in. l. i. C. de condit. insert. optime Carol. Moli. in consuetu. Parisi. titul. x. §. 16. in prin. Socin. consi. 14. lib. 3. Cœpola consili. ciuili. 7. & Catelli. Cotta dictione, Agnati. & omnium latissime Andre. Tiraq. in tract. de primogenijs. q. 12. & 13.

E X. §. P R I M O.

1 *Dominium rei legatæ, à morte testatoris trāsfit in legatarium.*

2 *Fideicommissum conditionale non transmittitur ad hæredes.*

3 *Fideicommissum purum transmittitur ad hæredes*

mortuo

- mortuo fideicommissario, etiam ante aditionem hereditatis.
- 4 Ius accrescendi admittitur inter fideicommissarios:
 - 5 Verbum, lego, adiectum vniuersitati bonorum an inducat heredis institutionem?
 - 6 Intellectus ad Regiam. l. 1. tit. de testu. lib. 5. ord.
 - 7 Pœna adiecta in testamento, qualiter committatur, & an hereditas possit à testatore adiri in pœna?
 - 8 Præceptum de non inferenda molestia, aut de nō mouēda quæstione, an intelligatur de quæstione iuris?
 - 9 Libellus qualiter cōcipiatur ad legatum, cui fuit adita pœna.

§. PRIMVS.



Clossa in verbo, medietatem, dum adserit, dominium rei legatae transire in legatarium à die aditæ hereditatis, est ita intelligenda, vt vera sit adquisitio dominij. Nam fictè dominium rei legatae transiit in legatarium à die mortis. l. à Titio. ff. de furt. Regia. l. 34. titu. 9. part. 6. ab adita autem hereditate vere fit trāslatio dominij. l. si tibi homo. §. cum seruus. ff. de lega. 1. vbi glo. & docto. gloss. in. d. l. à Titio. atq; hoc pacto communis omnium cōsensus hanc quæstionem dissoluit, vt fatetur Ioan. Crottus. in. l. si is, qui pro emptore. §. q. Bart. conclus. 2. ff. de vsucapio. quo in loco conatur defendere etiam ab adita hereditate esse fictā hanc dominij translationem. Quod si res legata sit aliena, nō equidē ipsius testatoris, etiā si sit heredis, non transiit dominium in legatariū absq; traditione. l. magis puto. §. si fundus. ff. de reb. cor. glo. in. l. Papinianus. ff. de seruituti. cui ius opinio communis est secundum

Alex. & Aret. in. l. si heredis seruus. ff. de legatis. 1. idem probat glof. hic etiā si consentiat hæres, aut dominus in legatum. Bal. & Angel. in. l. 1. C. comm. de leg. Ias. in. l. 1. nu. 121. ff. de lega. 1. vbi Ripa. num. 57.

Eadem gl. dum dicit, & illud locū habet, refertur ad conclusionem illā: legatae rei dominium trās sit in legatarium ab adita hereditate. Item dum scribitur in ea, legare intendit: addendum erit, aliās non.

Porro hic quæritur, cur vnus tantum patruis fit in hac lite, & controuersia mētio: cum pluribus patruis fuerit à Pepone relictum fideicommissum? Et glo. in verb. vni ex patruis. responder, ex duobus patruis Rainaldi alterum obijisse mortem viuente Rainaldo, & ideo fideicommissum extinctū fuisse, nec ad eius hæredes quidquam ex eo pertinebat. Vnde ex gl. constat, legatum relictum sub mentione mortis heredis censi conditionale. l. hæres meus. ff. de condi. & demonst. gl. in. l. post mortem. C. de fideicō. & ad hanc conclusionem dixit Lāfran. hic col. pe. esse huius. c. gloss. singularem. à qua consequēter deducitur fideicommissum conditionale mortuo fideicommissario ante conditionis euentum, non trās mitti ad hæredes etiam suos, etiam à testatore descendentes. gloss. hic relata ad iura, que allegat glo. in. d. l. hæres meus. & in. l. vnica. C. de his, qui ante apert. tab. communiter recepta, quod apparet ex his, quæ late tradunt Ias. consi. 29. vol. 3. Corne. consil. 180. col. 2. vol. 4. Ex quo patet hæredē ante

Caput Rainaldus. §. 1.

ante euentum conditionis scienter fideicommissum restituētem, posse idem repetere, deficiēte postea conditione gl. in. l. qui se debere. verb. condicere. ff. de condi. caus. dat. iuncta. l. sub cōditiōne. ff. de cōdi. in deb. quo in loco Iurisconsultus inquit. Solutum pendente conditione scienter non repetitur. Id etenim intelligitur, non repetitur, pendēte cōditiōne, secus vero ea omnino deficiēte. Alex. post alios ibi. Ange. Alex. in. l. stipulatio. §. si quis dolū. 2. col. ff. de verb. oblig.

3 Sed si fideicommissum purū sit, moriente fideicommissario ante restitutionem fideicommissi, imō ante aditionem hæreditatis, trāsmittitur ius illud fideicommissi ad proprios hæredes fideicommissarij: sicuti contra gloss. notant Bart. & doct. in. l. cum filio familias. ff. de lega. i. tex. in. l. vnica. §. in nouissimo. C. de cad. toll. & §. cum igitur. vbi dies legatorum, & fideicommissorum quo ad transmissionem cedit à morte testatoris, & opinionem Bart. profitetur esse communem Ias. in. d. l. cum filio. nu. 118. & ibi Ripa col. vlti. & Guido Pape consi. 132. Alex. in. d. l. cum filio. col. 11. Deci. cōsil. 490. num. 10. & sequenti.

Ex his potest optime tolli discriminē, quod tractari in hac re solet. Nam gl. per text. ibi in. l. in causa. §. Pōponius. ff. de minor. probat, legatum alicui relictum ipso legatario rogato illud hæredi post mortem restituere, non deberi hæredi hæredis, si ante legatariū hæres mortuus fuerit. Contrarium tamen Barto. respondet in. l. Titia. in

prin. §. vlti. ff. de lega. Est enim Barto. opinio intelligenda, quando testator legatum reliquit legatario ad tempus vel ad vitam eius, vt vsar verbis Bart. Opinio vero glo. erit recipienda, quādo legatum simpliciter factum fuit legatario, sed rogauit eum testator, vt post mortem illud hæredi restitueret. Paul. Cast. in. l. pe. C. de legat. & in. l. si à me tibi. ff. ad. l. Falcidi. Anto. Rube. consil. 23. tradit Paul. à monte Pico in d. l. Titia. §. vlti. col. 9.

4 Eadem glo. probat inter fideicommissarios vniuersales esse locū iuri accrescēdi, si sint cōiuncti i. l. vnica. §. hæc autem omnia. C. de cadu. toll. Bar. eleganter consi. 53. Ias. in. l. re cōiuncti. ff. de lega. 3. num. 206. & ibi Ripa. num. 170. optime Paul. Parisi. consi. 131. libr. 4. nu. 28. etiam si fideicommissum sit cōditiōnale: quod in hac gl. iuncto tex. probatur. Planum igitur sit, qua ratione fideicommissi restitutio à Pepono Rainaldo iniuncta, ad alterum ex patris deuenerit, eiq; fuerit facienda.

Oportet præterea ad interpretationē huius. c. tractare, fuerit ne quisquā à Rainaldo hæres institutus: Et ne à probatissimis veterū placitis diuertamus, à Rainaldo patruū hæredem institutū fuisse opinamur. Verbum etenim, lego, adiectū vniuersitati bonorum, nullo hærede instituto, inducie hæredis institutionem. tex. hic sing. secundum Card. hic. & eundē, & Imol. col. 7. in. c. Rainuntius. ist. titu. Franc. in. c. si pater. col. 20. hoc tit. in. 6. Bald. in. l. inter omnes. vlt. col. C. fami. her. cis. Nam Rainaldus patruo & eius fi-

lijs

*De Maguidain
ipna l. in a de legat
expositio ff. de
l. i. ff. de leg. 3.
et §. qui plures
fert opinionem etc*

lijs medietatē quorūdam bonorum & reliqua bona paterna legauit. Hoc vero legatum appellat hic text. institutionem in vltima parte. Idem notant Alex. in. l. i. col. 2. ff. de legat. 1. & Guiliel. Benedi. in. d. c. Rainuntius. verbo, reliquit, col. 2. dicēs hanc opinionem cōmunem esse: quā sequitur Politus de substit. titu. de compendiosa. num. 26. & Alcia. in. l. verbis legis. ff. de verbo. signifi. quibus accedit id, quod nos adnotauimus in dict. c. Rainuntius. §. decimo. in principio.

Verum Bart. in. l. Centurio. num. 19 ff. de vulgari. expressim cōtrariam elegit opinionem, dicens verbum, lego, etiā adiectum vniuersitati bonorum nullo alio hærede instituto, nullam præ se ferre hæredis institutionē. l. verbis legis. præallegata. & l. mulier. §. vltimo. ff. ad Trébel. quibus nō probatur Bartoli opinio, quæ tamē receptior est, vt testantur Ias. in. d. l. Centurio. num. 37. Galiaul. ibi. col. 60. & Iacob. de Nigris in rub. ff. de lega. 1. fol. 6. col. 3. apud quem & Crottum, ibi ac Ripam in. d. l. Centurio. num. 97. est longa huius quæstionis disputatio. Et licet Alex. in. l. i. ff. de lega. 1. dixerit ab opinione Bart. nō esse recedendum: non video cōgruam respōsionem ad istum text. tametsi varie ab vtriusq; iuris professoribus intelligatur.

Quamobrem vltèrius est cōsiderandum, quod gl. hic dixerit in hoc. c. verbum, lego, assumi proprie, & improprie. Proprie quidem respectu auūculorum. Improprie, respectu patruī, ne corruiat vltima Rainaldi voluntas: ex

quo Abb. & Barb. hic fol. 27. colligūt, verba testamentorum etiā improprie assumi, ne dispositio pereat, aut euertatur: quod & in alijs actib⁹ regulare est. tex. iūcta gl. in. c. cōstitutus. de religio. domi. Sed & illud gloss. huius. c. sensit, quod mihi admodū placet: nēpe, verbum, lego, additū vniuersitati bonorum inducere, alio nō instituto hærede, institutionē hæredis, quando sicam non induceret, testamentū minime posset valere: alioqui sensit Bernardus, verbum, lego, adiectū vniuersitati bonorum, nō operari hæredis institutionem. Atq; ita potest Bar. decisio intelligi: nam in substitutione verbum, lego, adiectū vniuersitati bonorum, potest omīssa hæredis institutione operari effectū, quoad fideicōmissariā substitutionē. Vnde nulla cogit necessitas, prædictum verbum, ad directam substitutionē deflectere. Nec erit isthæc absurda opinionum conciliatio, quam Lancelo. Galiaul. in dict. l. Centurio. colū. 60. cōminiscitur, cui glo. hæc mihi insignis suffragatur. Ex his infero, verbū, lego, additū etiam vniuersitati bonorū in codicillis, aut apposita codicillari clausula, nequaquā significare institutionē hæredis, sed fideicōmissum, cum actus hic validus sit absq; institutione hæredis. Deinde ex eadem concordia libet Regiā l. i. intelligere, titu. de testamen. lib. 5. ord. qua sane præmissa, si in testamento nihil cōtineretur, quod præcise exigeret institutionem hæredis, verbum lego, additū etiam vniuersitati bonorum, minime induceret hæredis institutionē,

Caput Rainaldus. §. i.

tutione, quia ea ad illum actum necessaria non esset. Tertio, inde apparet, cocepta in hunc modum substitutione, Quam docum; filius meus decesserit, lego omnia bona sua Titio, verbum istud dicitur etiam substitutionem inducere, & eam pupillarem: alioqui fideicommissaria admitti non potest, quoad bona pupilli: quod asserit Politus de substi. tract. compendiosa. num. 25. Non me latet Iacob. à Nigris in. d. rubric. ff. de lega. 1. hanc concordiam improbasse ex eo, quod etiam in substitutionibus sit maximus fauor, eas directo iure potius, quam obliquo valere, cum testamentum possit assumere vires à substitutione. l. 3. §. vltimo. ff. de liberis & posthumis. Hoc tamen ipse concedo in substitutione vulgari, non in pupillari. l. 2. ff. de vulgari. & in vulgari substitutione, quoties necessaria sit directa heredis institutio ad effectum actus, erit adhuc locus huic interpretationi, qua verbum, lego, ad heredis institutionem inducimus.

Glossa in verbo, adiiciens, colligit ex textu, posse à testatore poenam statui contra heredem, aut legatarium, eius voluntatem non seruantem, vt vel omnia bona, vel eorum partem amittat. Et idem notant omnes doct. hic, quibus addit Abb. hanc poenam omnino deberi in foro animarum. Cuius decisionis ipse memini in Epitome de spon. 2. part. c. 6. §. 8. num. 10.

7 Addit eadem glo. oportere vt poena locum obtineat, preceptum testatoris iustum esse: alioqui si id illicitum sit, adiectio poenae non valet. dixit glossa

hanc notandam fore Corset. in sing. verbo, pactum &, probatur in. l. 1. ff. de his, quae poe. nomi. quo in loco glossa communiter recepta eandem opinionem explicat. Imò & idem erit, si id, quod adiecta poena praecipitur, sit ignominiosum, aut impossibile de iure, vel de facto. Bart. Paulus, & doctores in dicta. l. 1. Faber. in. §. poenae quoque: institut. de legat. text. in dicta. l. 1. Praeter haec tamen ex hoc cap. animaduertito, heredem institutum nomine poenae non priuari hereditate directo, quia semel fuit haeres, sed per fideicommissum, vt in poenam hereditatem teneatur restituere, retenta quarta, vel Falcidia, vel Trebellianica, quod Bar. notauit in. l. paterfamilias. num. 6. ff. de haere. insti. quo in loco addit semel factum heredem pure, non posse in poenam priuari hereditate, nisi ob propriam culpam. l. vxorem. §. si haeres. ff. de lega. 3. d. l. si paterfamilias. que text. dicit singul. ad hoc Roma. singula. in. Corset. in sing. verb. testator. Pau. Castren. in. l. Seius & Augerius. ff. ad. l. Falci. vltra Bald. Imol. & Angel. in. d. l. si pater. illam decisionem valde extollentes. Imò hereditas semel pure data, non potest adimi sub conditione, absque culpa primi instituti. Bart. Angel. & Imol. in. d. l. paterfamilias. Socin. consil. 21. col. 2. volum. 3. & probatur in. l. si te solum. ff. de haeredi. institut. Vnde istae ademptiones, cum vel fiant, aut praesumantur fieri nomine poenae, minime probantur à iure, nisi heredis culpa prauiua sit ad earum effectum. Quod si hereditatis ademptio fiat in

fiat in tempore, quo nondum est ad
quisita, vt puta in eodem testamen-
to, aut alio solenniter, & pure, sine
aliqua causa recte fieri potest. l. si ita
scriptum. §. regula. ff. de liber. & pos-
sithum. l. si mihi & tibi. §. in legatis. ff.
de legat. 1. Bald. Paul. & Alexand. in
l. hereditas. vltim. colum. C. de his
qui. vt indig. Paul. in. d. l. Scius & Au-
gerius. & Socin. d. consil. 21. colum. 2.
contra Barto. in. dict. l. pater. nume. §.
& in. l. si ceterum. §. si eodem. ff. de te-
stamen. milit.

8 Probat præterea tex. hic autore Ab-
ba. poenā a testatore legatario, aut hæ-
redi iniunctā, si voluntati testantis cō-
tradixerint, aut alicui legatario mole-
stiam intulerint, locū habere, & com-
mitti ex sola molestia facti, licet iure
effectū nō sortita: quod in hoc. c. pro-
batur euidenter, si sententiam Car-
dinalis recta ratione pensitemus. Ea
etenim est voluntas testantis, & pro-
hibentis molestiam inferre alicui, vt
expensas, damna, & inquietudines
ab eo velit auertere. Quin in dubio
quoties molestiæ mentio fit, mole-
stiam facti, non iuris intelligimus.
text. in. l. vnica. C. de nundi. l. Aure-
lius. §. Cai. ff. de libe. lega. si quis enim
proprio testamento ita cauerit, Quæ-
stionem meis curatoribus nemo fa-
ciat. Est id intelligendum, nisi curato-
res testatoris res aliquas detineant.
Hinc & Bald. dixit in. l. 1. C. de his quæ
pœ. nomi. col. 5. hæredem posse actio-
nem iustam mouere, aut iuris exce-
ptionem proponere aduersus testatis
9 vxorem, licet testator iusserit hæredi,

ne vxorē iniuria, aut aliqua molestia
vlllo pacto afficeret. Vnde poterit ex
legato vxori relicto Falcidiā detrahe-
re. Imol. in. l. pater familias testamēto.
ff. de hæredi. insti. Sic e contrario pro-
missa defensio ad iustam, non ad ini-
quam refertur. Bart. in. l. damni. ff. de
dāno infect. ex quibus comprobatur
idem, quod ex hoc. c. adnotauit Abb.
hic & idē Corse. in sing. verb. poena.
Quandoq; tamen ex qualitate actus,
& subiecta materia, vel præsumpta cō-
trahētium, aut testantium voluntate
prohibitio inferendæ molestiæ, aut mo-
uendæ quæstionis, etiam de iusta mo-
lestia, aut licita quæstione intelligitur.
glos. in. l. Lucius. §. tres hæredes. ff. ad
Trebel. Bal. in. l. vlt. C. de actio. empr.
col. vlti. Alex. in. l. clam. in prin. col. 3.
post glo. ibi. ff. de adqui. poss. qui faten-
tur, legato relicto alicui monacho, ita
vt Abbas ei non meueat quæstionē,
adiecta poena, quæ in eum casum re-
legatam ad alium transferat, posse ex
quodam æquitate monachum rem le-
gatam retinere, nec eam ab Abbate ei
auferendam esse: quæ quidem opinio
difficillime defenditur ex quadā æqui-
tate, & quo ad rei legatae vsum, vt ex-
plicant Paul. Castrenf. in dicto. §. tres
hæredes. & Bald. in cap. clerici. de iu-
dic. ad finem. Alioqui falsa est, secun-
dum Angel. in. l. seruus vxori. ff. de
hæredi. insti. & Ias. in authen. ingressi
C. de sacros. eccles. nume. 39. Nā hæc
poena adiecta fuit præcepto impossi-
bili de iure, vt constat.

Glossa in verbo, venirēt, proponit
quandam actionis formulam ad pe-
De testa. V tendā

Caput Rainaldus. §. 2.

tendam aliquam rem, quæ sub pœnæ
cômisione fuerit promissa, aut lega- 1
ta. Potest enim petitio ita concipi, Pe-
to rem, & si eam nolueris dare, aut cõ
tradixeris petitioni, pœnam peto. no-
tant idem docto. hic, & Corset. hunc
tex. allegans in singul. verbo, libellus,
idem asserit gloss. in. l. 2. §. item si in fa-
cto. ff. de verb. obli. ibi recepta cõmu-
niter: & est melior iuris, autore Baldo
in. l. si pacto quo pœnam. vltima col.
C. de pact. vbi ceteri docto. idem cõ-
muniter concedunt. & Deti. in. l. qua
tenus. ff. de regu. iur. libellus siquidem
iudicialis potest offerri disunctiue,
aut alternatim. l. vbi autem non ap-
paret. §. illud. ff. de verbor. obligatio.
notatur in. l. si rem. in. 1. ff. de rei vendi.
Ias. in. §. curare. de actioni. num. 10.
& Mari. Socin. in cap. 2. de libe. oblat.
num. 20.

EX. §. SECVNDO.

- 1 *Litis contestatio in causa appellationis an sit neces-
saria.*
- 2 *Filius potest absq; iusta causa ex consensu proprio ex
heredari.*
- 3 *Late discutitur, vtrum portioni legitima possit appo-
ni grauamen ex consensu filij.*
- 4 *Intellectus ad Regiam legem. 27. Tauri.*
- 5 *Portio legitima an sit deducenda in vna tantum re,
vel ex omnibus hereditarijs rebus.*
- 6 *Donatio simplex ab initio valida nõ imputatur filio
in legitimam: quod late ibidem tractatur.*
- 7 *Donatio facta filiofamilias ad consequendos sacros
ordines non imputatur in legitimam. auctore Fa-
bro, a quo dissentio.*
- 8 *Regia leges. 26. & 29. inter Taurinas constitutio-
nes explicatur.*

§. SECVNDVS.



Lossa in verb. conte-
stata, colligit litis con-
testatione esse necessa-
riam in causa appella-
tionis, non obstante
primi iudicij contestatione: quia pri-
ma cõtestatio fuit facta propter prin-
cipale negocium, & propter ipsam pe-
titionem primam. Hęc verò contesta-
tio quæ fit in causa, & iudicio appella-
tionis ad illam pertinet controuersia,
quæ tractat de iniquitate, & iustitia
sententiæ, à qua fuit appellatum. Ve-
rum hac in re duo sunt præcipue cõsi-
deranda. Primũ, in appellatione ab in-
terlocutione iudicis, nõ esse litis cõte-
stationem necessariam. text. in capit.
interposita. §. vltimo. de appellati. vbi
doctores vnanimi consensu hoc ip-
sum tradũt: nã in exceptionis quæstio-
ne litis contestatio necessaria non est.
glo. Abb. Cardi. Imol. & communi-
ter doct. in. c. prudentiam. §. sexta. de
offi. de leg. Frac. in dict. §. vltimo. con-
tra gl. ibi. Deti. dicens hanc opinionẽ
esse cõmunem in cap. per tuas. de ap-
pellat. 2. col. Igitur nec in appellatione
ab interlocutione litis contestatio re-
quiritur: idq; est ab omnibus receptũ.
Secundum, licet in iudicio appellatio-
nis, præmissa in primo litis examine
contestatione, altero litigantium ab-
sente non sit necessaria cõtestatio. l. vl-
ti. §. illud. C. de tempo. appella. d. c. per
tuas. vtroq; tamen litigante præsentem
non est procedendũ ad diffinitionem
causæ, nisi præuia litis contestatione,
nec sufficit primi iudicij contestatio
tex. hic. ex quo id notat Abb. & doct.
in. d. c.

in. d. c. per tuas. à contrario sensu. vbi Docto. id asserunt communiter. Bar. in. d. §. illud. Bal. in. l. 1. ad finē. C. ne liceat tertio prouocare. Potest tamē nō temere dici non esse hanc contestationem præcise necessariam, si à nullo ex litigantibus petatur: videntur etenim eam remittere, quod eis licet in appellationis iudicio: atq; ita cōmunē sententiam interpretantur Franc. in. 8. casu. & Deci. in. d. c. per tuas.

Colligitur præterea ex hoc tex. iuncta. gloss. legitimam portionem, quæ filio debetur, nullū grauamē pati. celebris est decisio in. l. quoniam in prioribus. C. de inofficioso testamē. in cuius interpretationem nō omittam discutere, an pater ex consensu filij possit grauamen aliquod portioni legitimæ apponere? Nam quibusdam videtur hoc fieri posse, ratione deducta à. l. vlt. C. de pact. qua licet pactū iniri super futura successione ex cōsensu illius, cui est succedendum. tex. ad idē in l. non putauit. §. si quis sua manu. ff. de bono. posse. cōtratab. quo probatur, filiū posse vel tacite cōsentire propriæ exheredationi. vnde glo. in. l. si quando. §. generaliter. C. de inoffi. testamē. scripsit cōsentiente filio, valere omnino eius exheredationem. Quam sententiam approbant ibi Cinus, Fulgosi. Saly. & Paul. idem notat Alexan. in l. si quis posthumos. §. 1. ff. de liber. & posthu. imo idem erit in præteritione vt eadem glo. fatetur, & vtrunq; probat Imol. in. l. filio præterito. nu. 58. ff. de iniust. rup. Alex. Deci. nu. 8. & Curti. l. iunior. nu. 49. inuito ibidem Ias. in.

l. posthumo. C. de bono. posse. contra tab. Et licet non desint qui ab opinione glo. discedāt, tamen Bart. ibi eam approbat, & hæc est communis opinio, secundum Nicol. Boeri. decis. 14. col. 3. & Rodericū Suarez in. d. l. quoniam in prioribus. 10. extensione. quā præter alios sequitur Alex. in authen. non licet. 2. colū. C. de liber. præ. Nec erit necessariū in exheredatione hanc causam exprimere, quod filius cōsensit, si post iste cōsensus probetur: vt animaduertunt Saly. & Ias. in. d. §. generaliter. num. 8. Imol. in. d. l. filio præterito. num. 58. Alex. in. d. authen. non licet, & Suarez in dicta limita. 10. contra Barto. Rapha. & Paul. in. d. §. generaliter, quorum opinio facillime eueritur ex eo, quod Iustiniani Nouella, vt cum de appe. cogno. §. causas. exigēs exprimi causam exheredationis, minime procedat quando filius exheredationi cōsensit, sed quando inuitus exheredatur. Ex quibus apparet, hanc opinionem communem probari in. d. §. si quis sua manu.

Porro tunc erit huic sententiæ communi locus, quando filij consensus in ipso actu exheredationis fuit præstitus: nam secus esset, si ante ipsum actū esset pactum ad effectū nō succedēdi, quod non valet. l. pactum. C. de pact. l. pactum. C. de collationibus. Sicuti parum prodest post testamentum idē consensus præstitus iam orta querela inofficiosi testamenti, cuius exercitiū nō impeditur per pactum inter patrē & filium. tex. in. d. l. si quando. §. illud. secus vero, si ipsi exheredationi cōsen-

Caput Rainaldus. §. 2.

sus præsterur tempore quo fit, impedit enim tunc querelam oriri. Sic sane Ioan. ab Imol. communem opinionem tutatur in. d. l. filio. nu. 38. ipse etiam exigere consensus filij expressim vel ex aliquo actu approbante exheredationem omnino deductum. per text. in d. §. si quis sua manu.

Verum, ut id quod quaestio principalis requirit, expediamus, ex his colligere licet, grauamem addi posse legitimæ portioni consentiente filio, quæ assertionem non est ausus fateri Ioan. Lupi. in repeti. rub. de donatio. inter virum & vxor. §. 47. col. 2. nec itidem Roderic. Suarez latius eius disputationem tractans in. d. ampliatio. 10. Ego vero aliquot proponam, quæ huius controuersiæ partim diffinitionem attingat, partim eius cognitionem aperiant.

Primum pactum initum inter fratres consentiente patre, iuxta ipsius testamenti dispositionem, validam efficit grauaminis adiectionem in fauorem filiorum, aut liberorum ipsius testantis constitutam, non reuocato consensu patris ante eius obitum. l. vlti. C. de pactis. ex qua hoc optime probatur.

Secundum, grauamem legitimæ portioni additum, validum est filio, etiam viuentente patre, consentiente, ac pacifcente iuramento præstito, etiam si hic consensus sit præstitus post testamentum argu. c. quanuis pactum. de pact. in. 6.

Tertium, filius post mortem patris liberrime potest grauamini consentire l. si quando. §. illud. C. de inoffic. testa. l. 6. tit. 8. par. 6. & hæc sane tria axiomata, quæ proposuimus, concessit Ro-

de. Suarez. d. 10. extensione.

Quartum, ego libenter concedere posse à parente grauamem portioni legitimæ apponi consentiente filio, etiam viuentente patre, quando id grauamen tendit in fauorem descendendum ab ipso testante, vel alicuius eorum, nec tamen excludit ipsius filij consentientis liberos: quo fit, ut in legitima consentiente filio, possit absque Regia licentia primogenium constitui: quod Ioan. Lupi. d. §. 47. tetigit, nec tamen id ausus fuit diffinire.

4 Quintum inde infertur fortiori ratione, posse grauamen adijci legitimæ portioni ex consensu filij, cui pater in compensationem grauaminis in his rebus tertiæ & quintæ bonorum partem prælegauerit: non enim gratis consentit filius grauamini, & ideo mirum non erit si eius consensus actum efficiat validum unde Regia. l. 27. in Taurino conuentu condita, quæ permisit patri tertiæ & quintæ bonorum partibus, quas vni ex filiis prælegauerit, grauamen aliquod constituere in fauorem descendendum ab ipso testante, erit extendenda, ut procedat id grauamen non tantum in tertiæ & quinta partibus, sed & in legitima portione, si consensus filij accesserit.

Sextum, non verebor cædidi lectoris iudicio committere propriam sententiam in dictæ Regiæ legis interpretatione. Arbitror sane filium honoratum à patre præ cæteris fratribus tertiæ & quinta partibus, non posse consentire grauamini eisdem partibus addito in fauorem extranei alicuius, qui non sit ex descend-

scendētibz à testatore, in præiudiciū etenim id fit aliorum fratrum, à quorum portione legitima hæ partes, saltem tertia deducitur, atq; ex hoc mille fraudibus patet via, siquidē pater cupiens auferre hanc tertiam partem à filijs, & eam extraneo cuidā concedere, facillime extorquebit ab vno ex filijs consensum, de syderio & cupiditate consequendi à patre portionē illam quā liberē potest pater cui libuerit, relinquere. Ergo ne huic fraudi locus sit minime censeo hunc actum licitū esse, neque consistere posse.

Septimum, erit principalis quæstionis decisio: nam in ancipiti disputatione audeo equidem asserere, filium nō posse consentire grauamini apposito legitimæ portioni in præiudicium liberorū: quinimo hic cōsensus ab eius filijs reuocabitur, vel ex titulo in officio se donationis, vel ex ratione. l. si vnquā. C. de reuoca. dona. siquidē in officiosa renuntiatio aut remissio reuocatur, tāquam in officiosa donatio, Baldus cōsil. 183. volum. 4. & tradit Andre. Tiracquel. in. d. l. si vnquam. verbo, donatione largitus. nu. 142. & quanuis iste consensus respiciat ius quærendum, quod minime est dignum consideratione. ex Bal. in. l. illud. col. 4. C. de sacros. eccles. & Tiracq. nu. 147. attenda tamen Doctorū dubitatione, an filius possit grauamini adiecto legitimæ cōsentire, nō temere prædicto modo temperabitur opinio eorum, qui hunc cōsensum valere existimarunt, eandem que moderationē adhiberi placet sententiæ iam communiter receptæ, quæ

asserit, filium posse ex hæredationi sine iusta causa consentire.

Octauum erit animaduertendum, semoto præiudicio filiorum consentientis, grauamē legitimæ addi posse ex consensu filij, cui legitima debetur etiam in fauorē extranei. Neq; enim video cur non liceat consensum præstari à filio ipsi grauamini, si ex hæredationi factæ sine causa idem consensus præstari potest.

Glo. in verbo, portiones, refert quibusdam placere, legitimam portionē quæ filio debetur, posse deduci in vna tantum re, quam filius eligere potest, idem Barb. hic. foli. 36. Bald. in. l. suus quoq; ff. de hæredi. instit. Cyn. in authent. res quæ. C. commu. de leg. quorum opinio minime recepta est. Ideo glo. asserit, legitimā esse deducendam ex omnibus rebus hæreditarijs: quod ita apertius est intelligendum, vt arbitrio boni viri, id est, iudicis, legitima deducatur in vna vel pluribus rebz, & id probatur ex ratione tex. in. l. nō amplius. §. vlt. ff. de legat. 1. & l. 2. C. quā. & qui. quart. pars deb. lib. 10. Abb. hic col. pe. Barto. & Imol. in. d. l. suus quoque. in princ. Alex. in. l. in quartam. ff. ad. l. Falci. nume. 15. vbi Paul. à monte Pico col. 50. asserit hæc cōmunem opinionem esse. Idem fatetur Ripa ibi nume. 112. Areti. cōsil. 156. col. pe. Curti. Iunior cōsil. 21. col. 4. & Roderic. Suarez in. d. l. quoniā in prioribus. 11. amplia. fol. 3. Ex quo apparet, hæredē nō posse eligere ex rebus hæreditarijs aliquam rem, quam filio tradat in suam legitimā portionē, hæc enim electio

Caput Rainaldus. §. 2.

hæredi non datur. Eandem sententiã
 Bar. sequitur dicens communem esse
 Ias. in. d. l. filium quem habetẽ. C. fa-
 mi. hercis. num. 17. quo in loco addit
 filium nõ posse petere legitimã por-
 tionem sibi assignari in re, quã pater
 pprio testamẽto legauerit: nec est in
 ea re danda legitima: quod Bald. ante
 alios asseruit in rubr. ff. de rer. diuisi. 2.
 col. Alex. in. l. in ratione. in. 2. in princ.
 ad. l. Falc. idẽ in. l. Marcellus. §. res que.
 ff. ad Trebel. col. vlti. idẽ & Ripa in
 dicta. l. in quartam. num. 101. Ias. in. l.
 scimus. nu. 7. C. de inoffi. testa. Roder.
 Suarez in. d. l. quoniam in prioribus.
 limita. §. modo hæc res legata non sit
 multo melior cæteris rebus hæredita-
 rijs, ita vt filius ex hoc fraudem patia-
 tur in legitima portione. Paul. à mote
 Pico in. d. l. in quartã. col. 46. Ex quo
 ipse infero, patrem posse portionẽ le-
 gitimã filio assignare in re certa: mo-
 do res illa nõ sit admodũ deterior cæ-
 teris rebus hæreditarijs, & ex hoc fiat
 fraus legitimæ portioni sicuti ex mæ-
 re aliorum deducit Rip. in. d. l. in quar-
 tam. nu. 118. Hinc etiam erit intelligẽ-
 da Regia & Tauri. lex. 19. ex qua pa-
 ter potest meliõrationẽ filio cõstitue-
 re in re, quã ipse pater voluerit elige-
 re: huic enim decisioni locus erit, nisi
 res illa ita sit cæteris præstantior, vt ex
 ea assignatione fraus fieret legitimæ
 portioni aliorũ. Est & illud hic adno-
 tandũ, meliõrationẽ non debere solu-
 ui in pecunia, sed in rebus ipsis hære-
 ditarijs, ex quibus iure optimo legiti-
 ma portio esset deducẽda. Regia lex.
 20. inter Taurinas sanctiones.

6 Caterum, hic est considerandum
 ex cõmuni doct. interpretatione rece-
 ptum esse donationẽ à patre factam
 filio simpliciter, quæ tamen ab initio
 valuit, nec indiget, vt morte cõfirme-
 tur, nõ imputari filio in legitimã por-
 tionem nisi hoc à patre donãte fuerit
 dictum. tex. in. l. si quando. §. & gene-
 raliter. C. de inoff. testa. melior iuris se-
 cũdum Ias. ibi. & hæc est opinio Bart.
 cui & cæteri consentiũt in. d. l. in quar-
 tam. & in authet. ex testamento. C. de
 collat. Quod si donatio morte confir-
 met, habet vim legati, & ideo in quar-
 tam, & portionẽ legitimã imputatur.
 l. etiam. §. si debita. ff. de bonis libert. l.
 filium quem habentem. C. fami. her-
 cis. tradit Bart. in. d. l. in quartam.

Histamẽ obstat Regia lex. 4. tit. 15.
 par. 6. dicens donationem simplicem
 factam à patre filio familias, nõ impu-
 tari in legitimã portionẽ, si eam pa-
 ter nõ reuocauerit: ergo loquitur di-
 cta lex in donatione, quæ indiget con-
 firmatione per mortẽ patris: vnde cõ-
 festim sequitur donationẽ simplicẽ,
 quæ morte patris cõfirmatur, mini-
 me imputari in legitimã. Sed ego
 existimo Regiam decisionem intelli-
 gendam esse in donatione, quæ ab ini-
 tio valuit, nec ad eius confirmacionẽ
 indiget morte donãtis: & quod sequi-
 tur in eadem Regia lege, si eam pater
 non reuocauerit, intelligo quando re-
 uocatio fieret ex illis causis, quæ per-
 mittunt, donationem ab initio omni-
 no validam reuocari: ita tandem cõ-
 muni doct. sententiã nequaquam Re-
 gia sanctione tollitur.

Item,

Itē, & illud est animaduertendū donationem factā à patre filiofamilias quæ ab initio nō valuit, sed morte cōfirmatur, in legitimam portionē imputandā esse, non tamē conferendā. l. illud. ad finem, ita cōmuniter ibi intellecta. C. de colla. quem intellectū cōmunem esse fatētur Alex. & nouiores in dicta auth. ex testamento, quo in loco Philippus Deci. post Rom. ad uersus receptam vulgo sententiā scribit, hanc donationē conferendā esse per tex. in l. si donatione. C. de coll. & in auth. de triēte & semi. §. illud. cui opinioni suffragatur Regia lex. 3. titul. 4. part. 5. dicēs, donationē simpliciter filiofamilias factam à patre, nō valere sed tamen post mortē patris conferri, & imputari in legitimam portionē.

Prefata vero cōclusio, quæ asserit, donationē filio simpliciter factā ab initio validam, non esse in portionē legitimam imputandam, procedit quando titulus donationis expressim patet. Quod si absque donationis titulo traditio aliquorum bonorum fiat à patre filio, bona sic tradita imputantur in portionem legitimam. Bart. in. l. i. §. si parens. ff. si quis à par. fuer. manumi. l. as. in. l. si quando. §. & generaliter. C. de inoffi. testamen. col. i. Alexan. in l. illud. C. de collat. 3. colum. quorum opinio est intelligenda, quando dicta bona non excedunt legitimam: nam si eā excederent, vel maioris æstimationis essent, titulus donationis esset omnino præsumendus. Corne. in dicta. l. illud. columna. 3. Ripa in. d. l. in quartam. numero. 145. Pulchre Soci.

consi. 18. volum. 4. col. penul. nec esset isthæc traditio liberalitas, ni hoc modo foret intelligenda. idem Ripa hoc ipsum explicat in ea. l. in quartam. numer. 39. & Imol. in. l. cum quo. §. vltimo. ff. ad. l. Falci. & ibi Alexā. ita intelligentes Iuriscōsultum ibi. à quo Barto. propriam accepit opinionē: ex quibus intelligi diligēter potest text. in. d. §. & generaliter.

7 Est tamē hoc in tractatu egregia dubitatio, an donatio facta à patre filiofamilias ad effectum, vt sacerdotij ordinem adsequivaleat. c. Episcopus. de præben. imputetur in portionem legitimam. Et Ioan. Faber. in. §. vlti. instit. de inoffi. testa. in ea est sententia, vt existimet, non esse hanc donationem imputandam filio in legitimam portionē: cum hæc bona ad hunc effectum donata vendi non possint, igitur non imputantur. l. omni modo. §. imputari. C. de inoffi. testa. atq; multo minus militia spiritalis à filio adquisita, vt constat: quod vltius apparet ex eo, quod hæc donatio nō est, nec potest dici ob causam facta, sed simplex, qui ppe quæ necessariā nō præ se ferat causam, ex qua pater donare teneatur, vel vtilitatem aliquam nāciscatur: vt tradit Aymon Sauil. consi. 136. ex his omnino respondens, non adducta Fabri decisione, prædictam donationē non esse imputandam filio in legitimā. Quin & illud sensit idē Aymon, oportere hanc donationem ab initio fieri præstito iuramento vt valeat, nec indigeat confirmatione ex obitu donatoris, cum sit simplex donatio. Ipse

Caput Rainaldus. § 2.

tamē opinor hanc donationem posse dici ob causam factam fuisse, & ad similitudinem donationis, quæ fit propter nuptias filiofamilias: siquidē hæc donatio fit, vt matrimonium spirituale contrahatur ab ipso filio, sicuti donatio propter nuptias fit ad matrimonium carnale. Nec quidquam refert quod illa dicatur donatio ob causam in tractatu collationis, quæ habet necessariam causam. Paulus & Deci. colū. vlti. in. l. vt liberis. C. de colla. quia hæc donatio fit ad alimenta, quæ pater ipsi filio præstare tenebatur tēpore, quo filius sacrum ordinem assumpsit, ex his, quæ Deci. notat in. d. c. Episcopus. * Vt plane in locum alimentorum succedat aut saltem æquitatis impulsu facta esse censeatur: qua in re diligenter obseruanda sunt quæ à multistraduntur ad cognitionem donationis ob causam in. l. in quartam. ff. ad. l. falcid. & quod de his bonis, & patrimonio isto synodus Tridentina decreuit sess. 21. cap. 2. * quò fit, vt isthæc donatio valida ab initio sit, nec indigeat morte patris ad eius confirmationem: quod est aduersus Aym. qui dixit, hanc donationem simplicem esse, & sensu absq; iuramento donatoris ab initio nõ valere. Et præterea existimo eandem donationem in legitimam portionem imputari: quemadmodum & donatio propter nuptias imputatur, ex cõmuni opinione Doctor. in dict. authen. ex testamento. Et ideo in præmissa quæstione à Fabricio, & sequacib' discedo. Quin æquissimum esse arbitror hæc opinionem

seruari, vt donatio præfata in legitimam imputetur. Nec est verum prædicta bona non posse alienari. Glossa, Abbas, & Imola, in capit. tuis. de præbend. Felinus nume. 10. & Decius. 18. in cap. ecclesia sanctæ Mariæ. de constitutio. Diximus tamen illam donationem huic similem, quæ fit à patre filio in causam matrimonij, esse donationem, quæ fit propter nuptias, non vt existimemus, eam esse proprie donationem illam, quæ propria significatione donatio propter nuptias dicitur: Nam & in Epitome in. 4. decret. 2. par. cap. 3. §. 7. num. 12. id apertius explicuimus, quam, vt quis existimare iure valeat, nos ea in re à vera huius rei cognitione discessisse: Sed quod verba hæc: propter nuptias: possint latiori quadam significatione adsumi. Azo etenim in summa. C. de donat. ante nupt. scribit, improprie sponsalitiæ largitatem quandoq; dici donationem propter nuptias: tamen si non satis probetur eius opinio in Auth. eo decursum. C. de donat. ante nupt.*

Iure autem Regio, quo pater potest quintam, & tertiam bonorū partem vni ex filijs donare, aut legare, donatio causa dotis vel donationis propter nuptias quatenus legitimam portionem nõ excedit, in legitimam imputatur: excessus vero in tertiam & quintam bonorum partem. Regia. l. 29. Tauri. Hæ quidem donationes, quæ simpliciter fiunt, & quæ iure Cæsareo in legitimam non imputarentur, in tertiam & quintam partem iure Regio imputantur, non in legitimam

mam portionem. Regia. l. 26. Tauri. qua sancitum est, donationem simpliciter factam à patre filio, non in legitimam, sed in tertiam & quintam partem imputari: & ideo censeri constitutam filio melioratione: etiam si hoc expressim à patre donante non dicatur. Nec obstat dict. l. 29. quæ probat, donationem factam à patre filio propter nuptias aut causa dotis, cæterasq; donationes esse conferendas, & tamem melioratio tertiæ & quintæ partis non confertur, cum ea præcipua sit ipsius filij, cui est facta &, ex eo, quod sit prælegatum, quod non est conferendum. Bal. communiter receptus in. d. auth. ex testamento. col. 1. igitur non quælibet donatio simpliciter facta in tertia & quinta partibus intelligitur: quod refragatur legi Taurinæ. 26. Quamobrem id, quod prius dixeram, oportet hic præmittere, donationem propter nuptias, aut causa dotis, non in tertiam & quintam partem, sed in legitimam imputari: alioqui non essent conferendæ istæ donationes, quod repugnat Regiæ & Taurinæ legi. 29. Quod si donatio causa dotis, aut propter nuptias, facta fuerit titulo meliorationis expressæ, non erit conferenda: siquidem tertia & quinta partes non conferuntur, ut constat. Sit igitur id expeditum, has donationes quæ fiunt ob causam dotis, vel donationis propter nuptias, & similes, non censeri tacite factas respectu meliorationis: quod adhuc in. l. 25. Tauri probatur: quanuis contrarium adferre conetur Ioan. Lupi. in. c. per vestras 3. notab. §. 22. nume. 12. Lex ergo Re-

gia. 29. in eisdem sanctionibus Taurinis, quæ iubet, conferri donationes causa dotis, & donationes propter nuptias, cæterasq; donationes: in his ultimis verbis est intelligenda de his donationibus, quæ ob causam fiunt, & in legitimam iure imputantur, aut de his, quæ ab initio minime valuerunt. Nam de donationibus simplicibus intelligi recto sensu non potest, cum in tertiam, & quintam partes imputentur, quæ conferendæ non sunt. Vel sane intelligatur in his donationibus, quæ in legitimam portionem imputantur. Sic etenim præfatas Regias constitutiones ad concordiam deduxit Rodericus Suarez in. l. quoniam in prioribus. C. de inofficio. testamen. §. q. post limitationes.

Ex quibus deducitur iure Regio donationes simplices factas à patre filio familias, nec in legitimam regulariter imputari, nec conferendas esse: tametsi Cæsarum legibus donatio simplex conferenda sit, licet non imputetur in legitimam, quando ab initio valuit, ex ea resolutione, quam fatentur communem esse Alexan. & nouiores in dicta auth. ex testamento. Deinde etiam apparet Regio iure, meliorationem tertiæ & quintæ partium, minime esse conferendam: in quo video plerosq; Taurinarum legum interpretes hæsitasse, à quibus Cifontanum excipio, qui præ cæteris rectius dictam Regiam constitutionem intellexit. Quibus omnibus addenda est celebratissima Caroli Cæsaris, ac Regis inuictissimi, Pragmatica sanctio anno. 1534. in conuentu

Caput Rainaldus. §. 3.

Madritio decreta, quæ vetuit dotis titulo filias à parentibus melioratione accipere.

EX. §. TERTIO.

- 1 Legitima, & Trebellianica qualiter deducuntur?
- 2 Impensa funeris quo pacto detrahenda sit?
- 3 Corporis funus non impeditur ob æs alienum.
- 4 Actione reali, an condemnetur, qui non possidet, si scipit tamen litem?
- 5 Falcidia deducitur ex legatis pœnalibus.
- 6 Trebellianica prohiberi potest, sicut Falcidia: & qualiter Falcidia deducatur contra voluntatem testatoris?
- 7 Trebellianica non deducitur ex fideicommissis pio.
- 8 Clausula codicillaris operatur repetitionem legatorum à successoribus intestati.
- 9 Testator an possit statuere, ut legata debeantur, etiã hereditate nõ adita, & quid ea dispositio operetur.
- 10 Iuramentum habet vim clausulæ codicillaris.
- 11 Legata pia debentur hereditate non adita, & in ibi Regia. l. 1. tit. 2. lib. 01. di. explicatur.
- 12 An possit quis legatum, vel hereditatem repudiare in præiudicium alterius.
- 13 Intellectus ad l. liberto octuaginta. ff. de bonis liber.
- 14 Heres debitoris an possit repudiare legatum debito vi delat. in præiudicium creditorum?
- 15 Huius capituli Epitome.

§. TERTIVS.



Lossa in verbo, licet ipsas, tractat qualiter sint deducendæ legitima portio, & quarta Trebellianica, & eleganter adserit, prius esse deducendam portionem legitimam, & demum ex reliquis bonis Trebellianicam, ita ut ex duodecim vncijs ratione legitimæ portionis deducantur quatuor: ratione Trebellianicæ deducantur ex octo duæ, quam deductionem sequuntur

docto. hic magis communiter, & inquit Lanfran. hic vlti. colum. ipsum non legisse alibi ita pulchram gloss. iure autè Regio diuisio hæreditatis paternæ fit in hunc modum. Nam hæreditas soluto ære alieno diuiditur in quindecim æquales vncias, quarum tres in quintam bonorum partem deducuntur, deinde in tertiam partem quatuor, reliquæ octo proportionè legitima supersunt ipsis filijs. Regia etenim lege, aut si maioris huius regni moribus est inductum: ut quinta pars deducatur ante omnia ære alieno soluto. l. 214. styli.

Quid autè dicendū de impensa funeris: hæc etenim deducenda est prius quam æs alienum. l. impensa. de relig. & sumpti. fune. Regia. l. 12. titu. 13. parti. Et tamen inquit lex. 30. Tauri. impensam funeris esse soluendam ex quinta bonorum parte, cur igitur si impensa funeris deducitur ante æs alienum, quinta vero pars post ipsum æs alienum? Qua ratione existimo, impensam funeris esse deducendam ante æs alienum, quando isthæc impensa facta fuit circa ipsum sepulchrū, & necessaria ad sepeliendum corpus defuncti. d. Regia lege. 12. Pulcher tex. in. l. at si impediat. vers. funeris. & in. l. funeris sumptus. ff. de religio. & sumpt. fune. quo in loco vestiaria dicuntur vestes illæ, quibus induti mortui sepeliuntur, vel quæ sternuntur super sepulchra, quas Homerus lib. 2. Odysseæ appellat Taphia, ut mirer cur Accursius conetur in. d. l. literam & sensum euertere. De hac autem impensa leges præfatæ loquuntur:

quuntur: hæc enim impensa ari alieno præfertur. Huic distinctioni & illa simillima est, quod impensa funeris facta in sepeliendo ecclesie rectore circa ipsum corpus, simplicè sepulturâ, & funalia eidem necessaria expectat ad successorè in ipsa ecclesia. Impensa vero facta circa vestes lugubres, & magnificum sepulchrum ad patrimonij hæredes, secundum Abb. in disputat. Sempronius. & dubio. eundem in cap. vt præteritæ. col. pen. de electio. Deci. confi. 157. Sed & eadem impensa deducitur ex quinta bonorû parte, si defunctus liberos reliquerit: si vero parètes ex tertia parte ratione legis. 6. Tauri. Quod verum est, quando quinta pars vel tertia deducta post æs alienû, huic impensæ sufficeret. Quod si ita deducta nõ sufficeret, deducetur impensa funeris ante æs alienum: & si contigerit adhuc sic deductam præiudiciâ inferre creditoribus, & filijs, quoad legitimam, incumbit onus istud, & præiudicium potius filijs, quâ creditoribus. Verum, si impensa funeris deduci nõ possit, quin præiudicet creditoribus, propter fauorem funeralis impensæ, patientur creditores hoc præiudiciû: & hoc pacto dicemus impensam funeris deduci ante æs alienum. In cuius comprobationem accedat gl. in. c. ex parte. in. r. de sepulcu. vbi Abbas, idem & Franc. in. c. qua frôte. de appellat. post dictam glo. scribunt, non posse impediri funus alicuius, ex eo, quod eius creditores petat corpus detineri in sepulchro, donec solvatur æs alienû, vel detur cautio de soluendo, quod adeo

verû est, vt nec ex publico instrumento, vel ex eo cõtractu, qui paratam defert executionẽ, hæc sequestratio humani corporis possit fieri. Rode. Sua. in repetitione legis Regiæ. post legẽ post rem. ff. de re iudicata. 6. ampliat. Hippo. singu. 199. sensit Felin. in capit. quam sit. de iudæ. optimus est textus in. l. vlt. titu. 13. part. 1 tametsi Angel. in authent. vt defuncti seu funera eorû. & Didacus à Segura in. l. si ex legati causa. fol. 6. colum. 4. ff. de verbo. obli. ga. contrarium notauerint. Nec est recipienda glo. in. §. sunt quorum. versu. si quis etiam ausus. 2. q. 6. dicens, posse creditores petere à iudice, vt impediatur funus debitoris, donec eis sit æs alienum solutû. Hoc etenim iniquû est: & maxime in Christiana republica. Igitur si a creditoribus nõ potest impediri, quin defunctus sepeliatur, iure optimo impensa ad ipsum funus necessaria, erit præferenda ari alieno.

ds Gl. in verbo, cû nihil de petitis, explicat, cui obstat, quod licet filij non possiderent, susceperunt tamen litẽ: & ideo poterant condemnari. l. is qui se obtulit. ff. de rei ven. l. si à re. §. si fundum. ff. de except. rei iudi. Sed id intelligendum est, quando reus suscipit litẽ in dicens seipsum possidere, secus si simpliciter susceperit reus litẽ, nam si nõ possideat, absoluedus erit. Bart. in. d. l. is qui se obtulit. post gl. libi. Regiæ. l. 2. titu. 3. par. 3. gl. in. d. l. si à re. §. 1. vbi Soci. dicit hanc opinionem cõmunem esse. idem notant Abb. & Felin. in. c. pen. de except. Mathes. notabi. 138. atq; hoc modo potest hæc senten-

Caput Rainaldus. §. 3.

4
 tia, cuius meminit text. hic, intelligi.
 Actor vero qui agit actione reali con-
 tra reum non possidentem, reo sim-
 pliciter accipiente litem, nec asserente
 seipsum possidere, declaratur domi-
 nus per sententiam, & ad hunc effectum
 tendit lis, quanuis reus absoluat ex
 eo, quod non possideat. d. l. si à te. §. 1.
 ex qua & ille effectus oritur, quod si
 ex noua causa possessio rei petite de-
 ueniat ad reum, fiet executio contra
 eum primæ sententiæ. l. sed & si posses-
 fori. in prin. ff. de iure iu. Bal. in. l. cogi.
 C. de petit. hæred. Abba. & Feli. 1. & 2.
 colum. in. c. examinata. de iudi. Abb.
 Imol. & Fel. in. d. c. pen. de excep. quo-
 rum opinio cõmunis est, secundum So-
 ci. in. d. l. si à te. §. 1. col. 2. & 4. Nec ob-
 stat text. in. d. c. examinata. vbi reus nõ
 possidens absoluitur à iudicio reali, nõ
 tamen declaratio dominij actoris fit.
 Quia ibi prius quam doceret, actor se
 esse dominum rei petite cõstitit reum
 nõ possidere, & ideo ipse reus fuit ab-
 solutus absq; declaratione dominij: si-
 cuti Cardi. Abb. Feli. & cæteri magis
 communiter eum text. interpretatur.
 Ex quibus sequitur, in actione reali,
 actore probante dominium, ipso autem
 reo nõ possidente, ferendam esse senten-
 tiam, quæ licet absoluat reum, decla-
 rabit tamen actorem rei petite domi-
 num esse. Imò & si pendentem lite, rei pe-
 tite possessio ad actorem peruenerit, du-
 rat adhuc lis ad effectum, vt ipse actor
 declaretur dominus rei petite. gl. Bar.
 & Paul. in. d. l. si à te. §. 1. Alexad. num.
 46. & Ias. nu. 85. in. l. naturaliter. §. nihil
 commune. ff. de adqui. poss. Quod si

reus non tantum litem suscepit, sed
 asseruerit se possidere, si actor probet
 dominium damnatur reus in effectu,
 ac si possideret, quanti actoris inter sit
 l. qui se liti. ff. de peti. here. id est, in æsti-
 matione rei petite fiet executio ipso
 reo non possidente, sed tamen condẽ-
 nato ad rei restitutionem, & actori de-
 fertur iuramentum in litem, prætaxa-
 ta à iudice æstimatione, quam iurabit
 actor veram esse. Regia. l. 2. tit. 3. part.
 3. l. qui restituere. ff. de rei v. l. in actio-
 nibus. §. 1. ff. de in lit. iu. Sed an sit satis
 reum extra iudicium adseruisse: seipsum
 rem petitam possidere, modo hæc ad-
 fertio in iudicio probata fuerit? Et Bart.
 fatetur id satis esse. in. d. l. is qui se obtu-
 lit à quo contrarium Ias. collegit in. §.
 omnium. nu. 99. & nu. 23. de actio. de-
 ceptus forsan corrupto Barto. codice.
 Nam & Abb. in. d. c. pen. colum. 2. idẽ
 quod ipse ex Bar. collegi, notat: cuius
 & Bart. magna est autoritas, licet ipse
 mallet probare id quod Ias. notauit:
 non enim est tanti facienda extra iudi-
 cialis assertio, ex his, quæ notantur in
 cap. at si clerici. in. prin. de iudi. & in
 l. vnica. C. de confes. in. d. c. pen. colum. 2.
 ✕ Reus tamẽ absolutus, in dubio cõ-
 setur absolutus ex eo, quod non possi-
 debat, si ex actis potest cõstare, domi-
 niũ ab actore probatum fuisse, vel præ-
 sumitur absolutus ex defectu domi-
 nij actoris, si actor probauit reum possi-
 dere. gl. Bart. & docto. in. l. si quis ad
 exhibendum. ff. de excep. rei iudi. di-
 cit eandẽ glo. sing. Lanfran. in. c. quo-
 niam cõtra. de proba. §. interloquuto-
 ria. nu. 43. commendant Abb. & Feli.
 col. 3.

col. 3. in. d. c. pe. de excepti. Quod si ex actis hoc dubium tolli nō poterit, ab solutio ab instantia, censetur procedē re ex eo, quod nō fuit probata possessio rei. Abb. 3. & Feli. 4. col. in. d. c. pen. post Bal. ibi. & gl. in. l. i. §. si fideiussor. ff. quarum rer. actio. nō det. ex quibus si simpliciter absoluat reus censetur absolutus, ex eo quod actor non probavit dominium, quando ut dixi, ex actis non potest aliud cōstare: nam d. glos. voluit eum, qui iuravit se non esse obligatū, in dubio videri iurasse de tota obligatione. quam dicit ordi. Paul. in. l. si duo patroni. §. idem Iulianus. ff. de iureiur. & inquit sing. esse Bal. & Feli. in. d. c. pe. & esse communi ter receptam Alex. in dict. §. idem Iulianus. col. 2. Sic ergo sententia absolvens simpliciter, à toto iure ab actore prætenso, absoluisse videtur.

Glossa in verbo, in quibus, colligit ex textu posse quē instituere heredem eum, cui instituens fuerat rogatus restituere certā hæreditatem, atq; in eadē hæreditate tenet institutio, tamen si grauamen adiectum rei cōprehēse sub primo fideicomisso, non valeat. sequuntur eam doct. hic. tex. idem probat in. l. irritum. C. ad. l. Falci. vbi Bart. & doct. communiter.

3 Glossa in verbo, beneficio, indiget cēsura dū dicit, hæredem non deducere Falcidiam ex legatis, quæ in pœnā fiūt, nam id falsum est. cum pœna illa legata fuerit, & ideo ex eo legato Falcidia detrahitur. Ioan. Andr. Cardin. Abb. & doct. hic, quos sequitur Alexā. in. l. cum pater. §. vlt. & idem in. l. i.

§. itē si ita. ff. ad. l. Falcid. nu. 10. quantum hæres ex his, qui soluit legatario in pœnam procedentem à condēnatione iudicis, deducere possit Falcidiam. d. l. cum pater. §. vlt. & l. seq. quæ quidem decisiones Bernardū in præmissis errorem induxerunt.

Glossa vltima ad intellectū tex. notat posse hodie Falcidiā prohiberi à testatore, si eā prohibuerit testator sciēs quantitātē patrimonij, quæ scientia in dubio præsumitur. Bar. in auth. sed cum testator. C. ad. l. Falcid. cuius opinionem las. commendat in. §. item si quis in fraudem. de actioni. nu. 48.

6 Sed an Trebellianica à testatore prohiberi possit, cōsistit in ancipiti cōtro uersia. Nam gloss. in. d. auth. sed cum testator. adserit pphiberi nō posse. idē Bar. in. l. nemo potest. col. 2. ff. de leg. i. Alex. in. l. Marcellus. in prin. in. 3. q. ff. ad Trebell. ea ratione, quod Falcidia est inducta in fauorē testatoris, ut qui in testamēto ab eo scriptus hæres sit, facilius ipsam hæreditatē adire velit. Trebellianica vero non ideo statuta est, ut hæres adeat, cum possit cogi, sed ne hæredis institutio vana sit, & ne solo nomine ipse hæres directis actionibus gaudeat, & sic principaliter in fauorem hæredis. Vnde nō potest testator Trebellianicam prohibere.

Huic opinioni suffragatur hic Romanus pontifex dicens, Falcidiam cōtra voluntatem testatoris deduci, quibus verbis quarta Trebellianica necessario subintelligitur: cum Falcidia intelligi non possit, quippe quæ cōtra testatoris voluntatem deducatur dict. au-

then.

Caput Rainaldus. §. 3.

then. sed cum testator. & in authē. de hæred. & Falc. §. si vero expressim. Et præterea iure antiquo Trebellianica prohiberi non poterat. l. si vt allegas. C. ad. l. Falc. l. Titia. ff. ad. l. Falc. hoc autem ius nõ reperitur hætenus correctum, ergo non est dicendum Trebellianicã posse à testatore prohiberi. quam sententiam probant Alci. libr. parad. c. 19. Ioã. Crot. in. d. l. nemo potest. fol. 3. col. 2. post glos. in. d. l. si vt allegas. & alios, quos Alex. retulit. Verum contrariam opinionem sibi parũ constans adserit Bar. in dict. l. Marcellus. glos. in dicto. §. si vero expressim. quæ magis cõmuniter hætenus fuit recepta, vt fatentur Ioan. Crot. & Alcia. in locis præmissis. Ias. in. d. l. Marcellus. num. 45. Ripa. in. d. l. nemo potest. nu. 44. Alexã. consil. 67. volu. 1. & Socin. Iunior consil. 137. num. 6. volu. 1. Ias. consil. 84. nu. 9. volu. 1. & consil. 89. colum. 3. eod. volumi. cuius opinionis prima ratio est, quod Falcidia, Trebellianicæ iure veteri æquiparatur, & ecõtrario Trebellianica Falcidiæ. d. l. Marcellus. igitur noua lex in Falcidia statuta erit seruanda in Trebellianica. glo. in. l. si quis seruo persuaserit. C. de furtis. & in. l. quod vero contra. ff. de legibus. Bartol. in. l. vt tantum. in princip. ff. de seruo. corr. late Stephanus a Fredericis. part. 1. de interpreta. iur. 14. argumen. & id locum habet etiã in correctorijs. Ias. in. l. transigere. C. de trasactio. num. 15. Ioan. Crot. in. l. si constante. ff. solut. matrimo. in. 2. lectu. super. 7. quæst. Barto. Fortu. in. l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de liber. & post

hum. col. 87. nec obstat, quod sit æquiparatio Falcidiæ, & Trebellianicæ in vno casu, nõ vniuersalis, nã & si concedam quandoq; differre Trebellianicam à Falcidia, tamen contendam libenter regularem esse earundem similitudinem, & id satis erit. l. Titia. ff. ad legem Falcidiam. lege iubemus. C. ad Trebellian. l. cohæredi. §. cum filia. ff. de vulgar. text. insignis in. §. sed quia hæredes. institu. de fideicom. hære. ex quo cessat omnino vltima ratio prioris opinionis. Secũdo vltima hæc opinio probatur ab eadem ratione, si quidem eadem ratio inducẽdi, & prohibendi Trebellianicam est illa, quæ hæc duo in Falcidia statui persuasit, quod ita ostendo. Lex enim Falcidia statuta fuit principaliter ad imponendum modum legatis: sicuti lex Vconia, & aliæ leges in hunc finem fuere latæ: vt constat ex Iustiniانو in princ. inst. de. l. Falc. & ibi explicat Theophilus legem Furiam, qua cautũ erat, ne cui vltra mille aureos legare liceret eadem ratio constat ex. l. 1. ff. ad. l. Falc. in princ. Sic etiam, vt modus adhiberetur fideicommissis Senatusconsultum Pegasianum permisit hæredi rogato hæreditatem restituere, quartã, quæ Trebellianica nũcupatur, retinere ad exemplũ legis Falcidiæ. d. §. sed quia. & ibi Theophilus. Igitur cũ eadem sit omnino ratio, & expressã in ipsis Senatusconsultorũ interpretatio nibus non est absurdum nouam constitutionem circa Falcidiam, intelligi etiã in Trebellianica. Ex quo prima cessat ratio, quã pro priori opinione addu-

adduximus: quæ minime cōuenit: cū non fuerit illa principalis decidēdi ratio, sed fuit quædā causa præbēs occasionem constituendi legem Falcidiā, & Trebellianū: & hoc manifeste ostēdam ex eo quidem, quod idem Senatusconsultum, quod permisit Trebellianicam quartam deduci, addit illam rationem: ne cōtingat hæredes repudiare hæreditates, & extingui fideicōmissa. §. sed quia hæredes. insti. de fideicom. hæredi. & idem statuit cogēdum esse heredē adire, omnipericulo hæreditatis in fideicōmissariū delato. §. ergo si quidem. inst. de fideicommi. hæredit. Igitur constat, hanc eandem rationem timoris repudiandæ hæreditatis expressam esse in Falcidia, & in Trebellianica: & tamē in Trebellianica manifeste apparet, nō esse eā rationē principalē, ergo nec fuit in Falcidia constituēda. Item nō oberit communi adfertioi huius capituli vltima pars, quæ dixit Falcidiā, idest, Trebellianicā deduci cōtra volūtatem testatoris. Nā ego vix mihi possum persuadere. verba huius cap. posse intelligi in Trebellianica, secus quā in Falcidia: cum Romanus Pontifex hic plane de vera Falcidia loquatur, & de quarta portione ex eadē lege à legatis deducenda. Sed si de vera Falcidia loquitur hic textus, & eius deductio à testatore prohiberi potest, cur contra volūtatem testatoris deducitur? Nēpe ex eo, q̄ nō prohibita deductioe Falcidiæ expressim, adhuc verum est Falcidiam detrahi contra volūtatem testatoris, atq; item Trebellianicam: siquidē ipse te-

stator hæreditatē iussit restituere, aut totum assem hæreditariū legauit. Vnde deductio quartæ aduersus eius voluntatem fit, qui hæreditatem voluerat restitui ab heredē fideicōmissario, aut totū assem legauerat. quod in hac specie Theophilus adnotauit in. §. ergo. insti. de fideicōmissa. hæred. glossa hic. quam commendat Alexā. in. l. cogi. §. si pater. ff. ad Trebellia. in fine. notant Salyc. & Ias. in. l. filium quem habentem. C. fami. herciscun. num. 23. Nā licet testator possit prohibere Falcidiam, sitamen eam expresse nō prohibuerit, fiet eius deductio contra voluntatem testatoris, saltem tacitā. optimustex. in. l. Titia. ff. ad. l. Falcid. quicquid dixerint Paul. à monte Pico in. l. in quartam. ff. ad legem Falci. col. 28. & Deci. consi. 257. col. vltim. & Alciatus in dicto cap. 19. qui conantur probare non præmissa prohibitione expressa Falcidiæ, eam deduci ex voluntate testatoris, non contra eius volūtatem: quod falsum est, & aduersus Barto. in dict. l. in quartam. qui dixit, etiā hodie deduci Falcidiam præter volūtatem testatoris, qui eam non prohibuerit. Qua in re plurimū interest, an falcidia deducatur ex voluntate testatoris, an contra eius voluntatem, ex his, quæ notantur in. d. l. in quartam. In summa igitur Trebellianica prohiberi poterit a testatore, sicuti Falcidia, etiam in codicillis: vt sensit Areti. consilio. 12. vltim. colū. & expresse fatetur Gualdensis de arte testan. titu. de mutat. test. c. 8. aduersus Bald. consil. 474. vol. 2. qui respondit, Trebellianicam

non

Caput Rainaldus. §. 3.

nō posse prohiberi in codicillis, etiā si in testamēto prohiberi posset: ea ratione, quod codicilli non possunt omnino tollere testamēti vim, nec adimere hæreditatem. l. 2. C. de codici. quæ quidem hæreditas adimeretur omnino, si in codicillis hæreditatis Trebellianica prohiberi posset. atq; ita Baldo suffragatur gloss. in. d. l. 2. verbo, falso. & Alci. in l. licet. C. de pact. A quibus ipse dissentio, quippe qui videā, hæreditatem posse adimi in codicillis: verbis obliquis. l. Scæuola. ff. ad Trebelli. d. l. 2. in parte vltima. Nec refert quidquam, quod in effectu tota hæreditas adimatur in codicillis: cum id licite fieri possit, & adhuc hæres, verus hæres est nomine, licet nō re. Ex quibus opinio Baldi falsa redditur.

7 Cæterū, ex æquiparatione Falcidię & Trebellianicæ infertur, a fideicommissis pijs nō esse deducendam Trebellianicam, sicut nec Falcidia deducitur à legatis pijs. auth. similiter. C. ad l. Falci. Bart. in. d. l. Marcellus. quo in loco Angel. Soci. Alexā. nu. 4. & Ias. nu. 20. dicunt hanc opinionem cōmunem esse. idem fatentur Abb. cōsi. 59. volu. 1. Euerardus in Topicis. capit. 16. Abb. nu. 8. & Lanfran. hic col. vltim. Bal. cōsi. 8. in. 4. volu. Ioan. ab Amicis cōsi. 58. col. vlti. & Corasius in prælu. ad. l. filium. C. fami. hercis. nu. 44. tex. est ad hanc assertionem non inlegās in. l. si quis ad declinādā. in. fin. C. de Episco. & cleri. Eādē opinionē probat Cynus in dicta authen. sed cum testator Saly. in dicta authent. similiter. dicēs hanc sententiam seruandā esse

in praxi, quam Anto. & Cardina. hic sequuntur, & plariq; alij, quos præfati doctores referunt: licet contraria opinio placuerit gloss. Archidiano. & Ioan. Andre. in capitul. si pater. verbo, Trebellianicæ. & pluribus, quorum Alexander, & Iason meminere. Nam & si Iason cōcedat hanc opinionem gloss. esse veriore, non tamen video cur sit in Trebellianica recedendum à decisione tex. in dicta authen. similiter. vbi Ludouic. Romanus rep. priuilegio. 40. vltimarum voluntatū quoad pijs causas, approbat omnino gloss. conclusionem. cuius disputationem præmissa veritate cōmunis opinionis, omittimus.

8 Postremo superest animaduertere verba quædā Bernardi in verbo, legauit, & in verbo, ad eūte, ex quibus colligitur effectus clausulæ codicillaris, & is potissimus est, vt non adita hæreditate legata debeātur à successoribus ab intestato. qua in re glos. hæc est insignis, & fortan alibi in iure canonico similem non habet, secundum Lanfrā. hic col. penult. & eam notauit Abba. hic nu. 24. glos. optima, & ibi Barto. in. l. 1. nu. 3. ff. de iure codicillo. text. in. l. ex testamento. C. de fideicommiss. & ibi glo. & in. l. eam quam. C. eod. titul. verbo traditur. Vitalis in tracta. Clausul. fol. 2. oportet tamen hæreditatem adiri ab ipsis hæredibus legitimis, qui intestato succedunt. glo. in. l. qui filio. §. 1. ff. de hæredib. instituend. melior iuris secundum Baldum ibi: & singul. secundum Iasonem in. l. eam quam. C. de fideicommiss. col. 6. Alexan. num.

me. 13. Iaso col. vlti. in authen. ex causa. C. de lib. prate. Alexan. in. l. 3. colū. 1. ff. de legat. 1. qui eam commendat in l. nemo potest. ff. eodem titu. num. 10. vbi Iason. 1. lectu. nume. 23. & 2. numero. 35. eam dicit esse singula. quod procedit, etiam extante Regia. l. 1. titul. 2. libro. 5. ordina. quæ non ad eunte hærede instituto statuit legata relicta in testamento valere. Est enim necessarium hæreditatem adiri ab his, qui legitime succedunt intestato. * Qua in re lecto. em admonere voluimus, nihil tamen constanter asseuerantes ex eo, quod Regiæ legis verba hanc interpretationē Dubiā efficere videantur. * Secūdo hæc Bernardi conclusio locū habet in successore legitimo, cui tēpo re testamēti competebar ius legitime successionis ex primo gradu, nō autē in alijs, qui ex vltiori gradu habent idē ius. Hi enim non cēsantur rogati per clausulā codicillare. glos. in. l. non iustam. C. ad Trebel. & in. l. si Titio. §. Iulianus ff. de legat. 2. Iaso col. vlti. in dicta authent. ex causa. Angel. in. d. l. non iustā. Angel. Areti. in prin. instit. de codici. per tex. in. l. 1. §. vlti. ff. de leg. 3. qui tamen loquitur, quando nominatim fuit grauatus proximior. Vnde si simpliciter sit adiecta clausula codicillaris, verius erit omnes successores legitimos grauatos cēseri. tex. in signis. in. l. ab intestato. ff. de iure codicil. ex quo omnino falsum est, quod Angel. & Ias. notant, atque ita Curti. Iuni. in dicta authent. ex causa, numero. 73. hanc vltimā opinionē probat.

9 Est tamen dubium, an legata de-

beantur ab his, qui succedunt intestato, ex eo, quod testator voluit legata deberi etiam hæreditate non adita, in quo distinguendum est. Nam si testator dixit, volo legata deberi hæreditate non adita: legata minime debentur nō adita hæreditate, quia hæc clausula est contra ius, & ideo non operatur effectum aliquem. l. nemo potest. ff. de lega. 1. ita in hac specie Imol. in. l. qui filio. §. 1. ff. de hæred. instit. Oldrā. consi. 108. in. 2. quæst. Alexand. in. l. extraneū. col. pen. C. de hæred. insti. Bal. in. l. 1. C. si quis omni. caus. test. col. vlt. Quod si testator dixerit. Volo legata deberi etiam hæreditate non adita ex testamēto: legata debentur à successoribus legitimis, hæreditate non adita ab hærede scripto, quia hæc verba habent vim clausulæ codicillaris. l. codicillis. §. vlt. ff. de legat. 2. Alexā. in. d. l. nemo potest. col. 3. sic intelligēs. Barto. ibi qui indistincte dixerat legata in præsentī quæstione deberi à successoribus intestatis. Istamē loquitur quādo testator prohibuit Falcidiæ detractio nem, quo casu legata debentur, etiam nō adita hæreditate per hæredem scriptum. tex. in authen. de hæred. & Fal. §. si vero expressim. modo fiat aditio à successoribus legitimis, vt Ias. Crot. & alij explicāt in. d. l. nemo potest. hic vero casus non debet extēdi ad eum, in quo testator voluit legata deberi hæreditate nō adita, ex Imol. & Alex. relatis in parte prima huius distinctionis, licet Ias. in. d. l. eam quam, in. 10. casu nitatur extendere. d. §. si vero expressim, vt locū habeat quādo testator nō

Caput Rainaldus. §. 3.

prohibuit Falcidiã, sed voluit legata deberi hæreditate non adita: ex quib⁹ omnibus apparet, legata deberi non adita hæreditate ab scripto hærede: adita tamen à successoribus legitimis, & id maxime ex vi clausulæ codicillaris.

10 Idem planè dicendū erit, si in testamento iuramentum præstitum fuerit: habet enim vim clausulæ codicillaris. Ias. hac specie in. d. l. eam quã. nu. 17. sed est tex. celebris in. l. cum pater. §. si filius matrem. ff. de lega. 2. dicens, Iuramentum hunc effectū habere, ut actus qui eo modo quo fit, non valet, valeat meliori modo quo possit. Bar. ibi. idē Bar. in. l. si quis pro eo. nu. 13. ff. de fidei. ius. idem in. l. 1. §. si quisita. ff. de verb. oblig. dicit illum tex. notabi. Alex. in. l. 4. in princi. ff. de dam. infect. mirabilem Mathes. notab. 56. cōmendat Ias. in. §. item si quis. in. 2. num. 14. instit. de actioni. & plæriq; alij passim eandem opinionem recipiunt: quæ tamen primo intelligitur, dū modo actus ille habeat eam solēnitatem, quæ est necessaria ad effectum illum, quem ex iuramento deducere volumus. Nam si testamentum iuramento præstito ordinatū, volumus valere iure codicillorū, oportet habere codicillorū solēnitatē: si quidem iuramentū operatur actū eo modo, quo fit inualidum, trās fundi in alium actū, qui valere possit. Igitur est necessariū, adhibitam fuisse illam solēnitatē, quæ huic actui sit sufficiens. Imola in cap. cū contingat. nu. 70. de iu. iur. sic intelligens Iuriscōsultū in. d. §. filius matrē. ex quo textu plura infert Ias. in dicto. §. item si quis,

nume. 14. & Chassæne. confi. 39. col. 4. disputat etiam illius decisionis rationem Alcia. in. l. 1. §. si quis ita. ff. de verborum obligatio. nume. 44. idem in dicto cap. cum contingat. nume. 159. idem probat Pōtificia responsio in. c. quanto. de iureiuran.

Secundo, non leuis est disceptatio, cuius iuramentū exigat Iuriscōsultus, testatoris, an hæredis? Et Ioã. Crott. in. d. §. si quisita. conclu. 9. illum tex. intelligit in iuramento hæredis. Quod si id verum est, non est tanti faciēda illa decisio, quia ex promissione iurata ab ipso hærede agitur ad legata. l. vl. C. de fidei cō. §. vlti. insti. de fidei cō. hæredi. iunctis his, quæ notat Bart. in. l. nemo potest. col. 1. ff. de legat. 1. Ex eo tamen tex. non omnino cōstat, iuramentum præstitum fuisse ab hærede. Filius, inquit, matrē hæredem scripserat, & fidei cōmissa tabulis data cū iuramenti religione præstari rogauerat. Cum testamentū nullo iure factum esset, nihilominus matrem legitimam hæredē cogēdam fidei commissa præstare respōdi: nam enixæ volūtatis preces ad omnem successione specie porrectæ videbantur. Hactenus Iuriscōsultus, ex quo nondum apparet, iuramentum ab hærede præstitum fuisse, quāuis testator rogauerit hæredē præstare legata, & ab eo iuramentū fieri de eis soluedis, postulauerit. Et si hæc testatoris petitio effectū clausulæ codicillaris habet, quāto fortius, ac iustius erit, eundem effectū tribuere iuramento ipsius testatoris? Vnde cōmunis opinio ex ratione illius text. probabitur, autore Alciat.

Alciat. in dicto ca. cum cōtingat. nu. 163. Sed ex his colligitur paragraphū illum, etiam in iuramento hæredis habere locum quod ibi notant glo. Bar. & Bald. glo. in. l. 2. C. cōm. de leg. verbo. iuramētum. Didacus à Segura in l. filiusfamilias. ff. de verb. oblig. col. 9. Guilli. Benedi. in. c. Rainūtius. verbo, Testamentum. in. 3. nu. 20. Quibus refragantur Bart. & Paul. in. d. l. 2. dicentes, iuramentū hæredis nō reddere legata magis efficacia, quā ipsa sint ex testamēto, nec habere effectum clausulæ codicillaris: cū is effectus procedat à iuramēto testatoris: quia in re dubi⁹ est las. in dicta. l. eam quam. col. 8. Ego vero arbitror, iuramētum præstitum ab hærede de soluendis legatis hunc effectum operari, vt ratione promissionis iuratæ hæres ipse, qui promisit teneat legata soluere: ex ratione. l. vltimæ. C. ad. l. Falci. Item licet possit dubium esse à quo fuerit iuramentū præstitum in dicto. §. Filius. & verisimilius sit ab hærede præstitum esse: & in eodem paragrapho tractetur de obligatione ipsius hæredis iurantis ad soluenda legata: existimo tamē iuramentū præstitum à testatore, vel ab hærede ex iussione testatoris, effectū clausulæ codicillaris omnino operari, vt legata non tantum ab hærede iurante, sed etiā à quocunque successore legitimo repetita censeantur: quod ex voluntate testatoris plane coniector: & verba Iurisconsulti ad stipulatur dum is dixit. Nam enixæ volūtatis preces ad omnem successionis speciem porrectæ videbantur.

Tertio est intelligenda frequentissima Doct. adnotatio, vt procedat, nisi actus deficiat in substātia: nempe, si consensus desit: nā tunc iuramentum illum defectum minime supplet. l. vl. C. de non nume. pecu. c. pe. de iureiu. in specie las. in. l. sancimus. C. ist. tit. 2. col. Deti. in. c. cū super. de offi. delega. num. 11. sic & idem erit in defectu personæ agentis, qui vel furiosus, vel infans sit. Roma. consil. 517. col. pe. Bart. in. l. si quis pro eo. ad finem. Alciat. in. d. c. cum contingat. nu. 166.

Quarto iuramēti religio inducit, vt actus valeat eo modo, quo possit valere, nō tamē meliori modo. Sat enim est, actum inualidū eo modo, quo gestus fuit, ob virtutem iuramēti valere eo modo, quo possit, ne pereat: nec præcise est ei tribuenda maior ipsius actus potestas. ita Socin. & Alciat. in dicto. §. si quis ita. nu. 44. sensit Alex. consil. 12. col. pe. vol. 1. quibus ego non assentio. Imo arbitror actum iuramēto præstito gestū, etiam si non valeat eo pacto, quo gestus sit, valere tamē meliori modo, quo possit. Nā si alijs pluribus modis idē actus valere poterat, & ad eam potestatem, & effectū habeat congruam solēnitatem, quid obstat, quin ex iuramēti religioe ex effectibus, quos habere actus ille poterat vberiorē assequatur? quod ex dicto. §. Filius matrē. probari mihi videtur. & id probant Abb. in. d. cap. cum contingat. col. pe. versu. septimus casus. & Lācelot. Galiaul. in. d. §. si quis ita. col. 15. ex quibus cōstat, stipulationem inutilē, & nullam, iuratam tamē, valere

Caput Rainaldus. §. 3.

vt pactum nudum producēs actionē & meliori modo, quo possit: si quidē pactum nudū, cui accedit iuramentū, actionē producit, etiā iure ciuili. Anto. & Abb. nu. 31. in. d. c. cū contingat. Mathesi. nota. 36. Cuma. & Roma. in l. 1. in prin. ff. de verb. oblig. Ias. in l. Iurisdictionum. §. sed cum nulla. n. Fallēt. ff. de pact. Galiaul. in rub. ff. de verbo. obliga. fo. 6. col. 3. Fort. in. c. 1. de pact. nu. 28. & Feli. ibi col. 2. Alex. in rub. ff. de verb. oblig. col. vlt. & quanuis Bar. in l. si quis pro eo. pe. col. ff. de fideiuf. tulerit hoc pcedere iure canonico, non tamen ciuili. idem Salycet. in authen. sacramenta puberum. vbi Corne. q. 13. & Alcia. in dict. c. cum cōtingat. num. 242. idem notant dicentes Bar. opinionem communem esse, verior est prima opinio ex. l. si quis maior. C. de transact.

Quinto, eadem decisio locum sibi vendicat, non tantū in vltimis volūtatibus: sed & in contractibus: quod ex pcedenti exēplo constat, & notauit Bart. in. d. §. si quis ita. vbi Ias. num. 24. & Galiaul. col. 14. idem post alios asserunt, vnde cōstat esse hāc cōmunem sententiā, & ex allegatis per Ias. in. d. §. item si quis. nume. 14. & Chassa. d. confi. 39. col. 4.

Sexto, hinc manifestū est, idē esse in transactionibus: nam si transactio fiat iuramento p̄stito, & non valeat vt transactio, valebit tamē vt pactum nudum. Barto. communiter receptus in. d. l. si quis maior. Ias. & Galiaul. in d. §. si quis ita. aduersus Rom. & Aretii. ibi. Imo esse Bart. opinionem com-

munem asserit Lancelo. Galiaul. in. d. §. si quis ita. colum. 14. Ex quo inferitur intellectus ad text. in. l. si causa cognita. C. de transactio. vbi Barto. dixit, transactionem factam super his, quæ per sententiam & rem iudicatā finita sunt, minime valere, nec vt transactio, nec vt pactū nudum, hoc enim est verum, nisi transactio sit iurata, nam erit valida vt pactum nudum. Quinimo hoc pactum nudum iure etiam ciuili actionem producit, sicuti paulo ante dicebam secutus Abb. & Galiaul.

Septimo, potest communis sententia etiam ad actus iudiciales extendi. Confessio namq; facta in iudicio à litigante, eius aduersario non petete, nec acceptante illam, minime infert p̄iudiciū confitenti, nec alteri: tamen si iuramentum huic confessioni accesserit, saltem ipsi cōfitenti nocet: tamen si non noceat alteri legati, optimus text. in. l. de ætate. §. qui interrogatus. ff. de inter. actioni. Ioan. Faber in. §. item si quis postulante. nume. 13. de actio. vbi Ludou. Gome. nume. 13. idem approbat, dicens hanc sententiam cōmuniter esse receptam.

Illud sanē passim in hoc tracta. queritur, vtrum legata pia debeantur hereditate non adita? Et quidam respondēt, legata pia deberi, etiam si ex testamento non adeatur hereditas fauore piæ causæ. Abb. in. c. relatum. 1. col. vltima. ist. titu. Barto. in. l. 1. in repet. nume. 66. C. de sacrosanct. eccles. Anan. confi. 28. colum. 3. Roma. confi. 493. & Ioan. Lupi. in rub. de donati. §. 65. nume. 18.

me. 18. Mathes. notab. 163. quorū opinio dubia est, ex eo, quod libertas nō debetur hæreditate non adita per scriptum hæredē, aut per eum qui bona adijciuntur, vt hæredi fauore libertatum. l. 2. C. si quis omi. caus. testamen. glo. in l. qui filio. §. 1. ff. de hæredi. insti. l. 4. ff. de fideicommiss. liber. l. vltim. C. de manum. testa. in princip. institu. de eo cui bona libert. caus. addi. Libertas autem dicitur causa pia. l. 1. §. sin autem. C. de com. ser. manu. quem text. dicit meliorem iuris Ias. in l. 1. §. si quis ita. numero. 15. ff. de verbo. obligatio. notat post alios Euerat. in Topicis capitu. 23. optimus text. in l. primo gradu. ff. quæ in fraud. credit. quem adnotauit Tiraquel. in l. si vnquam. C. de reuocatio. donati. verb. donatione largitus. numero. 269. Igitur non aliter legata pia debentur hæreditate non adita, quam legata libertatis: atque ex his dicendum erit, legata pia non debentur hæreditate non adita: quod notant Bald. Salyce. quæst. 13. Fulgo. & Iaso. l. lect. numer. 29. & in 2. vltim. colum. in d. l. 1. C. de sacrosanct. ecclesi. vbi. Ias. l. lect. dicit hanc opinionem esse communem, idem Ias. in d. l. eam quam. numer. 19. & Alexand. consil. 209. col. pen. 2. volumi. & Imol. in dicta. l. qui filio. §. primo.

Verum, in hac perplexa ac difficillima quæstione attingam peculiare aliquot casus, ex quibus quid in hac resit dicendum, diligenter conabor explicare.

Primus casus. Testatore nullum instituente hæredem, & volente omnia

bona sua in pauperes, aut pias causas distribui datis executoribus, ipsi pauperes censentur vtiliter hæredes instituti, aut pia causa, atque nulla expectata a ditione hæreditatis executores, aut eis nō designatis; episcopi poterūt illā distributionem ad effectum ducere. c. cū tibi. ist. titu. idem erit si testator relinquat omnia bona sua pauperibus l. his verbis. ff. de hæredib. institu. Barto. indicta. l. 1. C. de sacrosan. eccles. numero. 65. Barba. in hac specie consi. 8. volumi. 1. nu. 14. Anchar. in c. cum esses. ist. titu. numero. 15. sensit. Innocent. in c. Ioannes. ist. titu.

Secūdus casus. Testatore hæredem instituente, qui post mortem testatis non vult adire hæreditatem, nec alius successor legitimus, ne bona à creditibus capiantur, & legata pereāt, possunt bona illa adici alicui ex his, quibus legata pia fuerit relicta, vt conseruentur legata pia: datis fideiussoribus de ære alieno soluendo. Et hoc ad exemplum fit illius constitutionis diui Marci, quæ idem statuit, in legatis libertatum. dicta. l. 4. ff. de fideicommiss. liber. in principio. institu. de eo, cui bona libert. caus. addi. Barto. & Ias. in dicta. l. eam quam. numer. 19. C. de fideicommiss. Roma. in authent. similiter. C. ad l. Falcid. in 20. speciali. Et licet Salyce. in dict. l. 1. quæst. 13. ab hac cōclusionerecedat, tamen ibi asserit, eam plures habere autores, & eam esse communem faretur Iaso in dict. l. eam quam. numero. 19.

Tertius casus. Legata pia debentur non adita hæreditate, quādo quis de-

Caput Rainaldus. §. 3.

cessit habens suum heredem, licet abstinet. l. cum quasi. §. sed & si suus. ff. de fideicommiss. liber. qui tex. loquitur in legato libertatis, & ad legata pia inducitur, per Iaso. in. d. l. eam quam. num. 29. post. Bald. in authen. hoc amplius. C. de fideicom. 2. col. Angel. & Imo. in. l. si filius qui patri. in princi. ff. de vulg. text. secundum gl. ibi in. d. l. cum quasi. §. sed & si quis.

Quartus casus. Legata pia debetur non adita hereditate ab herede scripto, ex eo, quod vel ante mortem testatoris eo ignorante, vel post repentina morte heres extinctus non potuit hereditatem adiri. l. Antonius. ff. de fideicom. liber. quam ad hoc ipsum adnotavit Roma. in dict. authent. similiter. 20. speciali.

Quintus casus. Instituto herede extraneo, & eo sponte repudiante hereditatem, legata pia consentur repetita a successoribus legitimis, qui intestato succedat, & ab eis adita hereditate debentur. quod video Iasonem concedere in. d. l. eam quam. nu. 20. argumento assumpto a gl. ibi. quae in verb. traditur. dixit legata cesseri repetita ab intestati successoribus ob affectionem, & libertatem. l. testamento. ff. de fideicommiss. liber. cuius ratio in legato pio locum habet.

Sextus casus. Quando testator legata pia reliquit ad sepeliendum eius corpus, & ad alia, quae statim oportet velociter fieri, haec legata debentur hereditate non adita. Bal. col. 4. & Ias. nu. 20. in. d. l. eam quam.

Septimus casus. Quando testator

iussit heredi, ut verbo tantum adiret hereditatem, nec ei realiter se immisceret, donec ab executoribus legata pia sint soluta, executores possunt non expectata immixtione reali, aut aditione itidem reali, ipsius heredis legata pia solvere. Albericus in. l. precibus. C. de impub. col. 9. Nicola. Boeri. decisione. 41. Iaso. in dicta. l. eam quam. numero. 20. ex quibus idem erit si simpliciter testator voluerit, legata debentur hereditate non adita, quorum opinio quoad legata pia posset optime defendi: quoad alia vero legata non est admodum tuta ex his, quae in hoc paragrafo paulo ante diximus. Ex quibus opinio eorum, qui dicunt posse testatorem in quibuscumque, legatis prohibere aditionem hereditatis, donec executioni tradantur legata, est intelligenda in hunc modum, ut heres possit prohiberi apprehendere possessionem hereditatis, non tamen adire, saltem verbo. Et ita sensit Ias. in. l. debitorum. col. 1. C. de pactis. Ancharra. consil. 47. Boeri. dicta decisione. 41. Oldra. consil. 108.

Octavus casus est: in quem tendit tota controversia. Quando testator heredem extraneum instituit, isque hereditatem repudiat, aut non vult adire, etiam ante aditionem legata pia debentur, asserunt Doctores. quos in initio huius questionis nominatim citavi, & id favore pie causa: idem concedunt Anchar. in capitu. cum esses. numer. 15. ist. titu. & idem consil. 144. Barba. consil. 8. volumi. 1. num. 14. dicens hanc opinionem esse communem. Idem expr.

pref.

pressim fatetur Bald. eam secutus in l. i. ff. de leg. i. in quo refragantur Imola, Alex. & Ias. qui contrariam communē esse opinantur: quibus ipse non omnino accesserim, quippe qui videā viros vnde quaq; doctos Bartolo subscripsisse: & maxime Bald. consil. 287. volumi. 4. quorum sententiam probat Lopus allegat. 91. numer. 4. & Capella Tolosana. 86. & probatur, quia testatore prohibente Falcidiæ deductionem, hæreditate non adita, legata debentur. in auth. de hæred. & Falc. §. si vero expressim. collat. i. ergo etiam prohibente ipsa lege Falcidiā, nō erit necessaria hæreditatis aditio: sicuti fit isthæc prohibitio in legatis pijs. authen. similiter. C. ad l. Falc. Fateor sane huic rationi respondisse Saly. in. d. l. i. q. 13. sed dum considero esse nimiam hanc subtilitatem aditionis hæreditatis, quoad legata pia, quæ non tantum actione, sed vel officio iudicis possunt exigi. l. hæreditas. ff. de peti. hære. non recuso sententiam Bart. probare, quæ communiter seruatur teste Caro. Moli. in additionibus ad consil. Alex. 209. volu. 2. nume. 16.

Regia vero. l. i. titu. 2. libr. 5. in ordin. statuit, hæreditate nō adita ab hærede scripto, legata nō tantū pia, sed & alia quæcūq; valere. Forsan tamē ea lex inducit legatorū repetitionē à successoribus legitimis, & ideo erit necessaria eorum aditio, tamen si hæredis scripti aditio non requiratur. ex glo. in. l. qui filio. §. i. ff. de hæredib. instit. cuius nos mentionem fecimus in hoc. §. Et tamen non dubitauerim, ab exequuto-

ribus testamentarijs, etiam nudum adeuntibus legitimis hæredibus, legata, & peti posse, & debere solui: ex eo præferim, quod legis Regiæ verba nō videantur plane admittere prædictæ glo. opinionem. *

Addit præterea eadem. l. Regia hærede aut legatario repudiante legatū, aut hæreditatem, quæ alteri ex testatoris voluntate erant restituenda ab ipso hærede, vel legatario, deberi legatum vel hæreditatē substituto, atq; ita fit, vt ex Regia constitutione cesset illa dubitatio, an legatarius rogatus legatum aut eius aliquam partem alteri restituere, possit legatum repudiare: quæ tamen quæstio examināda est ad perfectiorē Regiæ sanctionis intellectum. Videtur etenim hanc repudiationem fieri posse. Nā & debitor potest hæreditatem, vel legatum, etiam postquam sibi celsit dies repudiare, nec ex hoc dicitur creditores fraudare. Tūc etenim fraus creditoribus fit, quando ex factō, vel omissione debitoris desinit ipse aliquid habere, ita vt sibi incipiat aliquid dē nouo abesse, & alteri adquiratur, & incipiat illi de nouo adesse, vt eleganter explicat Bart. per text. ibi in. l. qui autem. in princ. ff. quæ in frau. credit. optime Caro. Moli. in consuetu. Parisi. titu. 1. §. 1. gloss. 3. nume. 10. ita intelligens tex. in. d. l. qui autem, quem notant Angel. & Ias. in §. item si quis in fraudē. in tit. de actioni. num. 121. & nos eiusdem meminimus. 2. part. Epitomes. c. 7. §. 1. numer. 12. Igitur poterit & fortiori ratione legatarius legatum repudiare, etiam si

Caput Rainaldus. §. 3.

dies iam cesserit, quamvis fiat ex hoc præiudicium illi, cui legatū illud erat ex voluntate testatoris restituendum: quanto magis id licebit, attenta Regia lege, quæ ab illo præiudiciū tollit.

Illud tamē hac in re omittendū nō est, hæredem nō posse repudiare legatum defuncto relictum in præiudiciū alterius. text. singu. in. l. liberto octuaginta. ff. de bonis libert. & in. l. si fundum sub conditione. §. si Titius. ff. de leg. i. quibus ex aduerso obijcitur textus in. l. si mihi. ff. de legat. i. in princip. vbi Iurisconsultus expressim asserit, permissum esse hæredi repudiare legatum defuncto relictum.

Quamobrem Bar. in. d. l. si mihi. ita nodum hunc dissoluit, vt existimet. §. si Titius. intelligendum esse eo casu, quo ex aliquot cōiecturis apparet, defunctum voluisse illud legatū ab eius hærede admitti, & adquiri, non repudiari: nempe quia de eo disposuit. Cui interpretationi ceteri doctores magis communiter accedunt.

Ad aliam vero obiectionem, quæ fit ex. l. liberto. sic Bartol. respondet, dicens illius. l. decisionem esse intelligendam, quando hæres repudiando alteri præiudicium infert, sibi vero nullū commodum acquirit, nec damnum euitat: quo quidem casu minime eilicet repudiare legatū, sicuti posset quādo ex repudiatione sibi ipsi cōmodū aliquod accederet, aut proprium dānum ipse hæres effugeret. quod gloss. in dict. l. si mihi. expresse notat. & idē post Bartol. Doctor. ibi magis communiter defendunt, & maxime Ale

xand. & Socin. contra Paul. Cuman. & Ias. qui à Bar. recedunt ex eo, quod in dict. l. liberto. hæres ex repudiatione commodum consequitur: quippe quum facta repudiatione hæreditas defuncti liberti nō accedit ad illā æstimationem, & quantitatem, ex qua legitima sit patrono debita: acquisita vero legato liberti, hæreditas eius efficitur quantitatis, quæ patrono ex iuris dispositione legitimā omnino defert: ex hoc enim legato centenarius decessit in bonis ipse libertus. l. si libertus. ff. de iure patro. Igitur non licet hæredi legatum defuncto relictum repudiare in alterius præiudicium, etiam si ea repudiatio in vtilitatem hæredis cedat. Rursus aduersus Bartol. obijciunt text. in dicto. §. si Titius. Cuius verba sunt. Si Titius, cui Stichus legatus fuerat ante quam sciret ad se legatum pertinere decesserit, & eundem Scio legauerit, & hæres Titij legatum non repudiauerit, Stichū Scius vendicabit. Ecce qualiter hæres libere potest legatū illud repudiare: & tamen adquisitione nullum ei dānum imminet.

Ego sane Bart. distinctionē ab his obiectionibus ita defendam, vt existimem ex dicto. §. si Titius. necessariam esse hæredis acceptationem, vt Scius Stichum possit vendicare iure dominij: atque huc tendūt verba illa. Et hæres Titij non repudiauerit: non tamē ex hoc negatur, posse hæredem compelli legatario petente, Stichum legatum acceptare, cum nullum ei ex hoc immineat præiudicium. Et ita Accur

sius & Doctores ibi illum textum interpretantur. Id vero, quod adducitur ex Africano in dict. l. liberto. opinioni Bart. nequaquam obstat, si animaduertamus verum Iurisconsulti sensum. Nam illud præiudicium non est considerandum, itē neque commodū, quod in eo casu ex repudiatione sequeretur, cum nulla alia utilitas, nullum aliud damnum, extrinsecus ex repudiatione vel acceptatione legati heredi cōtingat, quam quod ex maiori vel minori hæreditatis æstimatione ad hæredem peruenire possit. Friuolum tamen est nullam aliam causam repudiationis hæredem proponere quam maiorem hæreditatis æstimationem. Et hunc opinor esse proprium intellectum Iurisconsulti in. d. l. liberto. nec aliud arbitror Bart. sensisse: ex quibus plura inferuntur.

Primum hæredem non esse cogendum acceptare legatum defuncto factum, etiam ad augendam hæreditatis æstimationē, vt locus sit legitimæ patroni, quando repudians legatum tanquam hæres, illud posset consequi tanquam legatarius absq; aliquo onere. ex dicta. l. si mihi: vbi Bar. & alij frequentiori calculo hanc sententiā probant. quod fatentur Ias. ibi. & Alexā. consi. 113. vol. 3. col. vlti. ex hac opinione respondens quid iuris esset in pulchro casu, qui ibidem ab eo proponitur, & sequitur Ias. in. d. l. si mihi. nu. 20. licet Carolus Moline. in additionibus ad Alexan. omnino dissentiat ab Alexand. & à frequentissima omnium sententiā * & idem in. l. si partem. ff.

quemad. seruit. amitt. numer. 73. & sequētib; eius tamen rationes lector cū iudicio examinare poterit, vt quæ sit hac in quæstione iustior, ac verior sententia iudicare valeat: nos etenim post tertiam huius operis editionem in nouos intellectus, & Caroli Molinæ. analyticos commentarios incidimus*.

13 Secundo, hinc deducitur grauiter errasse Alexand. in dict. l. si mihi. & in dicto consilio. 113. col. vltim. qui defendens opinionem Barto. & communem existimat in dict. l. liberto. repudiationem nullum commodū afferre hæredi repudianti, ex eo, quod iure nouissimo tertia pars bonorum liberti & centenarij sit patroni legitima non dimidia §. sed nostra. insti. de success. libert. eam vero tertiam partem ex solo legato quadraginta hæres soluere poterat, & consequi integram liberti hæreditatem, in qua erāt octuaginta: etiam si legatū acceptasset: igitur mirum non est, si acceptare cogatur hæres, qui ex ea acceptatione, nec damnum patitur, nec lucrum amittit. Hic enim Alexan. intellectus vere commentitius est, & omnino reijciendus: cum sit à vero sensu, & integro iudicio alienum, Africani responsa, iuxta constitutiones Iustiniani intelligere seclusis decisionib; quæ Africani ætate vigeant: ex quibus dimidiam bonorū liberti pars patrono competeat pro portione legitima, si is centenarius decessisset. §. postea. institu. de success. libert. Quod si Alexan. commentum esset admittere

Caput Rainaldus. § 3.

dum, sequeretur nō esse locum dictæ l. liberto. quādo liberto habēti octuaginta, legarentur triginta, aut viginti quinque, quod falsum est, & ita ex hac posteriori ratione reprobatur Alexan. intellectum Carol. Moli. in dictis additionibus.

Tertio, ex his apparet, non recte Bal. locutū fuisse in l. si. §. tali. C. de cura. furio. dū tex. in. d. l. liberto. dixit singu. eum intelligens procedere, quādo in fraudē patroni esset facta repudiatio: non enim ad verū illius legis sensum requiritur fraudē aliquam adesse, nec probari.

Quartū, eadē fere radice corrumpitur ratio Ias. in. d. l. si mihi. qui scripsit in. d. l. liberto. nō admitti repudiationem: quia fuit facta in fraudē legis, id est, legitimæ portionis patrono debitæ ex legis dispositione. l. si libertus minore. ff. de iure patr. cuius decisionem solēnem esse existimat: quia ex ea probatur alienationem in fraudem huius legitimæ portionis factam, esse nullius momenti, cum ceteræ validæ sint, quanuis reuocari debeant. Hæc enim ratio Ias. ad. l. liberto. non est admittēda, nam repudiatio legati, vel hæreditatis, non dicitur fieri in fraudem patroni. l. i. §. vtrum. ff. si quid in frau. patro. Nec oberit. l. si libertus. quippe quæ loquatur in alienatione rei propriæ iam perfecte acquisitæ ipsi liberto, non in repudiatione legati: quod licet post acceptationē fingatur retro legatarij fuisse, tamen si repudietur retro eius non fuisse, palam est, vti probatur in. d. §. vtrum.

Quintum, multo minus placet Soci. asserit in. d. l. si mihi. dicens rationem. l. liberto. eam esse, vt fauore patroni nullo pacto hæredi liberti sit permissa repudiatio. Id enim falsum est, cum eadem decisio sit seruāda, etiam quoad æstimationē hæreditatis respectu legatorum, vt in vltima illius. l. parte probatur.

14 Sexto, vt ad propositam quæstionem redeam, infero ex præmissis, debitoris hæredem non posse repudiare legatū defuncto relictum in fraudem aut in præiudiciū creditorum. Licet ipse debitor in vita posset, quod notat Nicola. de Nea. & Ias. in. §. item si quis in fraudem. de actioni. num. 22. Alex. in. d. l. si mihi & tibi. col. quod manifesta ratione probatur: quia ipse legatarius repudians non diminuit propriū patrimonium. Ipsius vero hæres diminuit hæreditatem debitoris, cuius bona, iura, & actiones tenetur diligēter custodire. Hanc tamen illationem ex principali distinctione Bart. intelligunt quidam esse veram, quando ex repudiatione nullum cōmodum hæredi debitoris obueneret, nec ex acceptance damnū ei immineret, & si ex acceptance damnum, aut ex repudiatione commodum hæredi contingere posset, existimant cogi non debere hæredem ipsum legatum acceptare: ita notant Alexan. dict. consil. 113. colū. vltimi. & Ias. in. d. l. si mihi. nu. 20. dicentes, posse hæredem debitoris repudiare rem legatam debitori, & eā accipere ex alio iure, quo creditoribus eius rei ratione minime sit obli.

obligatus ipse hæres. Sed si res legata primo loco debitori defertur, & ex eius legati acquisitione nullum aliud in commodum hæredi cōtingit, quā quod creditoribus defuncti tenetur creditam pecuniam soluere titulo hæredis, non opinor ei licitum esse præfatū legatum repudiare. Hæc enim repudiatio manifeste repugnat voluntati debitoris, quam eius hæres sequi tenetur: siquidem præsumendum est, debitorem ipsum velle suis creditoribus omnino satisfieri, cui satisfactio est necessarium legatum istud. Igitur nulla ratione iuste poterit in præiudicium creditorum repudiari: & ideo quoad hanc opinionem libenter Carolo Moli. consentio, qui ab Alexan. recessit: male tamen ipse allegauit. d. l. liberto. ad cōclusionem in hac sexta illatione deductam, cum prædicta ex minime locum sibi vendicet eo casu, quo hæredi extrinseca vtilitas ex repudiatione accederet, vt dixi illatione prima.

Septimo, ex Bart. distinctione cōprobatur, quod Salice. & Iaf. in. d. l. si mihi. col. pe. notant dicentes, monachos quibus legatum aliquod relictū est, cogēdos esse illud acceptare ad effectum, vt clericus ecclesię rector, cui canonica portio ex eo legato competit, eandē quartam, & canonicā portionē adsequatur, si ex hac acceptatione nullum dānum monachis accedit, lucrum uicē ab eisdem aufertur.

35 Cæterū, & si plurima ex hac decisione adnotentur ex Panor. cæterisque Pontificijs iuris interpretibus, illud

præmaxime probat hæc decretalis responsio. Hæredem rogatum restituere hæreditatē, etiam si fideicommissarium vniuersalē hæredem instituerit, non posse eum grauare respectu bonorum contentorum sub fideicommissio, secus quam posset in bonis, & rebus, quæ vere sint ipsius fideicommissarij hæredis instituti. Quinimo potest fideicommissarius Falcidiam, & Trebellianicā deducere ex illis bonis, quæ cōsequitur ex institutione vltra fideicommissum. Ex his sane apparet, discrimen maximum constitui inter hanc decisionem, & c. Rainuntius. saltem in sequentibus.

Primum, constat hic substitutionem fuisse fideicommissariam, ibi cōpendiosam.

Secūdam ibi, quod filius fuit rogatus restituere descendentes ab ipso testatore: hic vero agnatis ex linea transuersa ipsius testantis.

Tertiū, hic Rainaldus instituit hæredes alterum ex substitutis, & eius filios, ibi nullum instituit hæredem.

EX CAPITE

Ioannes.

- 1 Executio vltimarum voluntatum pertinet non tantum ad Episcopum, sed et ad quemlibet alium habentem Episcopalem iurisdictionem.
- 2 Capitulum vacante sede potest exequi testamenta, si cui poterat Episcopus.
- 3 Executor designatus in testamento, an cogatur id officium accipere?
- 4 Presens, & tacens eo tempore, quo eligitur ad executionem, non censetur id munus recipere.
- 5 Executor an possit agere?
- 6 Executor an possit vendere res hereditarias?

Caput Ioannes.

CAPVT IOANNES.



1 Irca executores vltima-
tū voluntatū diximus,
atque explicuimus ali-
quot assertiones in. c. 3
& in. c. tua. & in. c. si he-
redes huius tit. quibus addēdū est, nō
tantum ad Episcopum pertinere cur-
ram, vt vltimæ voluntates manden-
tur executioni, sed & ad diœcesanū,
id est, ad illum, qui iurisdictionē Epi-
scopalem habet excluso episcopo, ta-
met si episcopus non sit. Contingit
enim frequentissime abbates, archi-
diaconos, iurisdictionem episcopale
habere, vel ex priuilegio, vel ex præ-
scriptione. c. auditis. de præscriptio. c.
accidentibus. de excels. præla. Hi sanè
appellatione diœcesanorum conti-
nentur. gloss. in clementi. vnica. de
for. compet. verbo, diœcesanis. vbi
Imol. & Cardina. Ioann. Andr. Abb.
& Barb. hic colum. 7. Felin. in capitul.
cum olim. colum. 1. de præscriptio.
cum ibi per eum adductis. text. opti-
mus in capitu. Abbates. de priuilegi.
in. 6. gloss. in clemen. 1. verbo, proprii.
de reb. eccles. dicens Abbatis consen-
sum sufficere in alienatione rerum ec-
clesiasticarum, si is habeat iurisdictionem
quasi Episcopalem, dicit eam
ordinariam Abb. in capit. 2. de tran-
sactio. commēdat idem Abb. in cap.
1. de voto. colū. 3. & hic, idem in capit.
quæsitum. 3. notab. de rer. permut.
Deci. in cap. auaritiæ. de præben. vlt.
colum. Et licet gloss. in clemen. 1. de vi-
ta & honesta. cleri. & in clemen. 1. de

iure patro. velint expresse, appellatio-
ne diœcesani Episcopum tantum cō-
prehendi, non alium inferiorem, etiā
si is habeat iurisdictionem Episcopa-
lem. Imol. in cap. de monachis. 2. col.
de præben. tamen id procedit in his,
quæ potius exigūt officium Episcopi,
quā eius iurisdictionem: nam in his,
quæ iurisdictionem potius requirūt,
appellatione diœcesani continetur in-
ferior habens iurisdictionem Episco-
palem. Abba. & Barba. hic. Felin. in
d. c. cum olim. colū. 1. in quo oportet
mētē, & rationem dispositionis cu-
iusq; perpendere diligenter.

2 Imò canonicorū collegium, quod
capitulū vulgo dicitur, poterit vacante
sede Episcopali compellere executo-
res, vt vltimā voluntatē exequantur,
& eis negligentibus eadem executio-
ni mādare, cū hoc ad iurisdictionem
Episcopalem spectet. Abbas. 3. colū.
post Cardi. Ioannē Andre. & Ancha.
hic: & idem probat Calderi. consi. 12.
huius titu. Cardi. in clem. vnica. colū.
3. e. o. titu. dicens hanc opinionem cō-
muniem esse. idem asserit eam secutus
Francis. Pavi. de potest. cap. sede vacā.
2. part. quæst. 7. & Barba. hic. num. 15.
licet ab ea recesserit. Hinc etiam arbi-
tror, prælatum Episcopo inferiorem,
habentem iurisdictionem Episcopa-
lem excluso Episcopo, nō tātum posse
compellere executores ad executio-
nem, sed etiam eis negligentibus exe-
qui vltimam voluntatem: quod mini-
me dubium est, quando is prælatus
non est subiectus Episcopo, sed ab eo
exemptus simul cū his, qui illius sunt

iuris-

iurisdictionis. Prælatus vero non episcopus, habes tamen episcopalem iurisdictionem, à quo ad episcopum appellatur, licet possit cogere executores ad exequendum: quod docto. hic concorditer asserunt, & potest probari ex cap. quanquam. de vsur. in. 6. iuncta glos. verbo, loci. & Franc. ac Domi. ibi. Forfan tamen non poterit exequi ipsam vltimam voluntatem negligentibus executoribus, sed id officium Episcopo deferretur, sicuti sensit Cardi. in clemen. 1. ist. titu. 8. q. Fatetur tamen posse hunc prælatum inferiorem exigere ratione ab ipsis executoribus: iuxta illius Clementinæ cõstitutionis sanctione: in quo glo. ibi. verb. locorũ ordinarijs. dubitavit: quò fit, vt ex præmissis sensus huius capitul. apertissimus sit.

3 Colligitur deinde ex hoc. c. executorẽ designatũ in testamẽto, etiã ad legata pia soluenda, non posse cogi id munus accipere, saltem præcise. Ioan. Andre. Abb. & docto. hic communiter, quanuis si id recusauerit, amittat legatum à testatore relictum. authen. de hæred. & Falci. §. si quis autem. col. latio. 1. authen. de eccles. tit. §. si autem. collatio. 9. Cardina. in clemen. vnica. ist. titu. q. 4. l. si quis sepulchrum. §. funus. ff. de religi. & sumpt. fune. l. vltima. ff. de confir. tut. l. post legatum. §. amittere. ff. de his qui. vt indig. Bald. in repetitio. l. 1. ff. de legat. 2. colum. 6. coniunctus tamen ipsi testatori in dubio, non amittit ex hoc legatum. l. tutor. §. quæ tutoribus. ff. de excusat. tutor. Barb. hic nu. 17. Rom. singul. 646.

Quod si semel designat' executor expresse vel tacite hoc officium receperit, omnino coged' est id exequi text. hic satis celebris, ex quo frequentissime iuris vtriusq; interpretes id notat: maxime Abb. hic num. 3. & Cardina. dict. q. 4. Quorum primus addit Episcopum posse hoc officium exequendi vltimam voluntatem delegare alicui, qui ei subiectus sit, & eum compellere, vt exequatur: sicuti in qualibet alia delegatione, quando Episcopo competit executio, ex notatis in capit. pastoralis. de offic. de lega. & in. l. 1. C. qui pro sua iurisdic. idem Barba. hic num. 11. & idem in. c. tua. num. 20. huius titu. Bald. in dict. l. 1. col. 6. Alter vero notat, religiosum posse cogi ab eius prælato accipere hoc onus exequendi vltimam voluntatem: oportet enim monachis obtemperare eorum prælatis. c. non dicatis. 12. q. 1. atq; ita est intelligenda vltima pars huius capituli, iuncta glos. & idem approbat Barba. hic num. 17.

4 Quinimo etiã si quisquã præsens designetur executor, & tacuerit, non censetur ex hoc id munus acceptare. Abb. & communiter docto. hic teste Barba. nu. 11. & probatur in. l. filiusfamilias. §. inuitus. ff. de procurat. l. si de meis. §. recepisse. ff. de arbitr. nam & in quem presentem fit cõpromissum, etiam si tacuerit, non videtur recepisse arbitrium. Imol. in. c. quinta uallis. de iureiuran. 19. dif. Rom. Alexan. & Iul. nu. 98. in. l. quæ dotis. ff. solut. mar. & Marcus Ant. in tracta. de compromissis. part. 1. & q. 1. nu. 36. quorũ opinio

Caput Ioannes.

nio communis est, quæ locum habet in extraneis, nam coniunctus, qui præsens fuit executor designatus, & tacerit, cogitur ex hoc officium istud exequi, quia videtur onus hoc accepisse. Bal. qui & in amico loquitur in. l. in uitus. C. de procurat. ad fin. quem ibi cæteri sequuntur. Ias. in. d. l. quæ dotis. nu. 72. Marcus Anto. in. d. nu. 36. Lanfran. in tract. de arbitr. col. 5. Roma. in. d. l. quæ dotis. ex. l. si seruus cõmunis. ff. de donat. inter virum & vxo. Et idẽ erit si præter præsentiam ipse designatus executor aliquem actum fecerit, ex quo possit præsumi, aut colligi mandatum accepisse: nec libet hic recensere omnes, vel singulos actus qui hæc acceptationem inducunt: nam & hi colligi possunt ex præfatis autoribus, & maxime est in hac re textus insignis in. l. filius familias absentis. ff. ad Macedonia. & in clement. 1. de procurator. Mathes. notab. 22. Feli. in. c. nonne. de præsump. Imola, Feli. num. 36. Decinum. 23. Ripa, num. 131. in. c. cum. M. de constit. Bart. in. l. quo enim. ff. rem rat. habe. & ibi Paul. Castren. Anton. Rube. in. l. non solum. §. morte. ff. de noui oper. nuntiatio. num. 327. post Alex. ibi. Abb. hic. Hippo. in rubri. C. de probatio. num. 246. à quibus latè traditur intellectus dictæ. l. filius familias absentis. & ex ea deducitur, executorẽ nominatũ à testatore recipientem instrumentũ: in quo executor fuit designatus, legentem id, & tacentem, ex hoc munus istud recepisse. quod & Soci. sensit consil. 63. in. 4. volumine. 6 Vnde infero intellectum ad. l. Regiã.

l. titu. 10. part. 6. quæ statuit, posse testatorem designare executores vltimæ voluntatis, non tantũ præsentem aliquem, sed & absentem.

Vltimo, est nõ inutilis quæstio, an possit executor agere. Et si executor sit ad legata pia nominatus, agere poterit aduersus hæredes, & alios quoscunq; .l. alio. ff. de alim. & ciba. lega. l. nulli. & .l. si quis ad declinandam. C. de episco. & cler. & est ab omnibus recepta isthęc opinio. Quod si legata nõ fuerint causa pietatis relicta, executor merus non agit nec aduersus hæredes: nec alium quẽlibet possessorem. l. Lucius. §. Mæuia. ff. ad Trebell. quanuis officium iudicis possit implorare, vt hæres cogatur, aut quilibet alius bonorum possessor, ea bona tradere ad executionẽ faciendã. ex. l. hæreditas. ff. de peti. hæ. l. quintus. ff. de annu. legatis. Mixtus vero executor, cui vel pars ipsius legati competit, vel ipsum legatum, licet cũ onere restitutionis agere potest aduersus quencunq; .l. si quis Titio. vbi Bart. ff. de legat. 2. atq; ita hanc quæstionem expediunt Abb. & doctor. hic. Regiã. l. 4. titu. 10. par. 6. Oldendor. de executoribus testa. titu. 6. Bal. in. l. id quod pauperibus. q. 5. & 6. C. de episco. & cleri. Cardi. in clem. vnica. ist. titu. q. 13. & Imol. colum. vlt. qui vnanimi consensu fatentur in distincte executores agere posse, si hæc potestas à testatore eidem concedatur. l. si a pluribus. & .l. quidam. §. si scriptus. de legat. 1.

Sic executor vniuersalis poterit videri res hæreditarias ad effectũ executionis.

quotionis. I. nulli. Particularis vero nō potest v̄dere, nisi à testatore v̄ditio ei permittat. I. alio h̄erede. ff. de alim. & ciba. lega. vbi Bar. 3. colū. explicat, executorē vniuersalē esse illū, qui nullo h̄erede instituto nominatim eligitur à testatore ad distribuēda omnia sua bona, & legata soluēda. Præmissam etiam distinctionē Abb. hic vlti. col. sequitur, & eam arbitror cōmunē esse. Expēsas autē, quas executor fecerit in exigēdo res, & fructus h̄ereditarios ad peragendā exequutionē, potest ex bonis defuncti iustissime petere. Archi. Io. Andre. Domi. colū. 3. & Franc. col. pe. in. c. vlti. ist. ti. in. 6. & notat Pau. Parisi. cōsi. 26. nu. 18. vol. 4.

EX CAP. VLTIMO.

- 1 Varij mores in celebrandis defunctorum exequijs.
- 2 Agape quid sit in Canonibus à Gratiano cōcinnatis.
- 3 Nonendiale sacrum solet pro defunctis celebrari.
- 4 Fabrica quid sit? & de privilegio legati pro ecclesiæ fabricarelictū.
- 5 An hic canō locum habeat in quarta portione parocchiali ecclesiæ debita.
- 6 Monachi tenentur quartam portionē soluere Parocchiali ecclesiæ, etiam de legatis hic expressis.
- 7 Quarta portio non debetur ex his, quæ executor testamentarius distribuerit in ea opera, quorum hic tex. meminit.
- 8 Duplex quarta portio potest ab vno, & eodem legato decuci.

CAPVT VLTIMVM.



Veteribus solēne quidē erat mortuorum exequias pia deuotione celebrare, vel tribus, vel septē, triginta, aut quadraginta diebus post obitū ipsum, au-

tore Ambrosio in lib. de obitu Theodosij, quem Gratianus retulit. 13. q. 2. c. quia alij. sic scribens. Quia alij tertium diē, alij tricesimū, alij septimū, alij quadagesimum obseruare consueuerūt, quid doceat lectio cōsideremus. Defuncto, inquit, Iacob, præcepit Ioseph pueris sepultoribus, vt sepelirēt eum: & sepelierunt sepultores Israel, & cōpleti sunt quadraginta dies: sic enim dinumerabātur dies sepulturæ: & luxit eū Ægyptus septuaginta diebus. Hæc ergo sequenda solēnitas, quam præscribit lectio: quæ quidem verba ex dicto canone referre libuit, quod nec apud Gratianum, quin nec apud D. Ambrosiū integra, & absq; vitio legantur. Est & in hac quæstione optimus. tex. in. c. nullus. 44. dist. quo in loco prohibentur in honesta, & lasciuia conuiuia clericis, quæ parantur, & exhibentur in hisce solēnitatibus defunctorum. Tametsi conuiuia honesta, & quæ gratia charitatis, & dilectionis fiunt, etiam clericis permittantur, modo non fiant intra ecclesiam. c. cōuiuia communia. 44. dist. c. non oportet. in. 2. 42. distin. qui Canon, & in. c. non oportet. in. 1. & in cap. si quis. ead. distin. conuiuia Christianorum, & quæ pauperibus exhibētur, Agapen, quasi dilectionem appellat, eo nēpe, quod dilectionis, & charitatis causa fiant. tex. in dict. capit. conuiuia communia. qua dictione vritur diuus Hieronymus ad Eustochium de custodia virginitatis. 1. Epistola. Tomo. cum ad Agapen, inquit, vocauerint præconducitur, vbi Erasmus in scholijs huius

Caput Vltimum.

huius vocis significatiōē adnotauit. Nam & Iudas in Epistola Agapen charitatem appellat in Græcis codicibus. Cyprianus libr. 3. ad Quirinū. c. 3. Agapen, inquit, & dilectiōē fraternā religiose, & firmiter exercendam. Tertullianus in lib. ad Martyres. Per curā, inquit, ecclesiæ, & Agapen fratrum. idem in Apologetico. c. 39. Cœna, inquit, nostra de nomine rationē suam ostēdit, vocatur Agape id, quo dilectio penes Græcos est. Docet sanē is autor. Christianos frequenter cœnare simul cōsueuisse, hancq; cœnam Agapē appellari, q̄ ibi ditionum epulis pauperes reficerentur. Cuius moris meminit Plinius ad Traianū. Scribit, & ad hæc Paulinus in libello de Gazophylacio, mēsam in ecclesia poni solitam pro pauperibus reficiēdis, quam Dñi mēsam vocat, & à Dño positam, adhortans ditiores, vt egētibus de suo libēter impertiāt: quæ & beatus Rhenanus adnotauit in librum Tertulliani de corona militis. Ex his sane constat nihil in dictis canonibus immutandum esse, & si Alciat. libr. 1. præter id efficere tētauerit. Hinc & apud Hispanos pleriq; in locis moris est, in funeribus ipsi plebi, defuncti heredes leue quoddā conuiuīū exhibere: q̄ vulgus charitatē appellat. Sic & cōuiuīū istud Agapen, id est charitatē dictum fuisse cōstat ex testimonio Clementis Alexandrini libr. 2. Pædagogi. cap. 1.

3 Est etiā vsu, & moribus apud nos receptum, vt pro mortuis nouēdiale sacrificiū celebremus: quod & apud Ethnicos moris erat, sicuti ex Horatio

apparet dum dixit in Epodo.

Nouēdiales dissipare pulueres.

& adnotarūt Virgilius Polydorus lib. 6. de Inuēto. rerū. c. 10. & Ludo. Cæli. lib. lect. antiq. 9. c. 45. * Huius moris, quo in nonū diem iusta defunctis perfolui solent, meminit Iustinianus in Nouel. 115. & 133. & Nicephorus Gregoras libr. 3. Rom. Histo. vbi de obitu Theodori Lascarij Iunioris agit. Sed & hoc à paganis sumptum fuisse tradit Augustinus in quæstionib. super Genes. c. 172. & constat ex Xiphilino in Adriano: & adnotauit Cuiacius in Nouellā. 60. & in lib. detēporib. c. 6. *

Septimi etiā diei fit mentio apud Ecclesiasticū. c. 22. Luctus mortui septem dies. Luctus autē fatui omne tēpus vitæ eius. Quin & Strabus inquit, Dei cultores septē diebus exequias celebrāt * Meminit & eiusdē diei septimi hac in re. D. Augus. in. d. c. 172. ex. c. 50. Genes. atq; itē D. Ambr. in oratiōe de fide resurrectionis. * Meminit & Tertullianus in lib. de Monogamia. Anni uersariorū, quæ pro defunctis fieri, ac celebrari solent. * Idē Tertullianus in lib. de Corona milit. & D. Ambro. in d. oratione de fide resurrectionis. *

4 Probat deinde textus hic ex legatis, quæ relinquūtur ab aliquo ecclesiæ, in qua iussit ipsum sepeliri, ommissa parœciali ecclesia, deberi quartā partē ipsi ecclesiæ parœciali: idem asserit tex. in. c. 1. & 2. de sepultur. à qua regula excipiuntur legata quædam, & inter alia legatū pro fabrica ecclesiæ, id est, pro instaurandis aut reficiēdis ædificijs ipsius ecclesiæ.

Fabrica

Fabrica enim ipsum ædificiū Ecclesie dicitur. c. d. fabrica. de cōsecra. dist. 1. Significat præterea artificiū aliquod q̄ manu fit, à fabricis deducta dictiōe. Apud Cæsarū cōstitutiones dicitur fabrica armorū factio, quæ publice ab Imperatore quibusdā cōmittebatur, qui fabricenses dicti sunt. Quorū meminit titulus de fabrice. li. ii. & tex. in. c. si iudex. de sentē. ex cōmunica. in. 6. atq; hæc cōmissio autorē habuit Constantiū, qui in municipio Cremonēsi prope Mediolanū hanc publicā armorū factionē cōstituit, autore Ammiano Marce. li. 15. & Alciato. li. i. prætermitt. Fabrica vero à Canonistis, & ex cōmuni vsu loquēdi dicitur ius illud, q̄ ecclesia habet, ad percipiendū reditus aliquot ex bonis pro ornamentis, pro ædificijs: proq; alijs rebus necessarijs diuino cultui. Verū Abbas hic notauit ex legato relicto pro fabrica aliquius ecclesie, nō posse emi vestes, nec alia ornāmēta, q̄ in hoc ca. p̄batur cū hic pateat differre legatū relicto p̄ fabrica à legato relicto pro ornāmētis: sed nihilominus, si præfatā cōmunē fabricæ significationē attendamus, nequaquā poterit p̄cedere Abb. opinio.

Est tamē hic textus intelligendus in principali decisione, quādo ecclesia cui legatū pro fabrica fit, indiget ædificijs, aut refectione parietū: secus enim si nō indigeat hisce subsidijs, aut ædificijs, nā tunc ex legato pro fabrica detrahitur quarta, ne fiat fraus ecclesie parœciali, aut Episcopo. c. ex parte. in. 3. de verbo. significa. Hostiens. Ioānes Andreas, & Anchar. hic, quibus acce-

dit Syluester verbo, canonica. §. 9. col. pen. Tametsi contrariū probare nitatur Gofred°, Cardinalis, & Barba. hic col. 3. per tex. in. c. nobis. 12. q. 2. siquidē ecclesia nō indigēte, legatum hoc est seruandū in futurā parietū ecclesie refectionē quādoq; necessariā. Qua ratione defendi posset Gofredi sententia, etiam si existimem priorē magis communem esse.

5. Secūdo potest hæc decisio intelligi, vt p̄cedat etiā quoad quartā portionē debitā parœciali ecclesie. ex. c. 2. de sepultu. cuius superius mentionem fecimus, quod sensit in hoc. c. Rom. Pōtifex, & præmittit Abb. col. vlti. gloss. ordinaria, & ibi Doct. in. d. c. 2. Syluester verbo, canonica. §. 9. col. 2. Angel. eodem verbo. §. 1. vers. Tertius casus. Quā in re non recte Angelum reprobat Neapolitana decisio in nouis. 23.

6. Tertio, hæc constitutio locū nō obtinet in his, quæ legātur monachis prædicatoribus, aut mendicātibus, ab eo, qui apud eos elegit sepulturam. Nā ex his legatis deducenda est quarta parœcialis, quāuis legata fiant expressis causis huius capituli. text. in clementi. dudum. de sepultur. §. verum Abb. hic columna finali. Alberi. in. l. seruo alieno. §. ineptas. numero. 20. ff. de lega. 1. Nec mirum id est, cum monachis plura priuilegia concessa fuerint, quæ præiudicium inferunt ecclesijs parœcialibus. Vnde ne omnino iura ecclesiarum parœcialiū extinguantur hoc fuit statutum. Scribit tamen Cardinalis in dict. §. verum. moribus obtentum esse, vt ecclesie parœciali

De testa. Y quarta

quarta portio à monachis solvatur, ex his tantum, quæ offeruntur eo tempore quo funus, aut exequiæ defuncti celebrantur, quod est maxime notandum: & in ea quæstione potissimum est consuetudo ipsa consideranda, & omnino ad controuersias inter monachos, & presbyteros parochialis legendus Alberi. in. d. §. incptas.

7 Quarto, adeo vera & iusta est huius canonis constitutio, vt si testator iusserit mille aureos distribui per Titium eius executores in pios usus, & is eos distribuerit in fabricam, ornamenta ecclesiæ, aut in aliam causam ex hic nominatis, nihilominus non debetur quarta portio Episcopo, nec parochiali ecclesiæ, ab ipso enim testatore censetur facta hæc distributio. l. vnum ex familia. §. r. ff. de lega. 1. vbi Dinus, Bar. & Docto. ita intelligunt huius canonis decisionem. Abbas in capit. in causis. de electi. col. 3. idem consi. no. col. vlt. vol. 2. Corset. in singula. verbo, copromissarius, quorum opinionem fatetur Barbatius hic col. 4. communiter receptam esse.

8 Ex his constat, posse contingere ab vno & eodem legato deduci duas quartas portiones, nepe si id legatum relictum fuerit ecclesiæ, in qua testator elegit sepulturam, omiffa parochiali ecclesiæ: nam debetur ex eo quarta Episcopo, cui ecclesia subdita est, item quarta parochiali ecclesiæ. Abb. & doct. hic communiter, & præ cæteris Barb. nu. 8. Prius tamē erit deducenda quarta portio parochiali ecclesiæ debita, vt pbat eleganter Abb. in. c. certificari. col. vl. de sepul. q. c. d. scripserit Bal. cōf. vl. li. 4. n. 2.

EX SEQUENTI RESOLUTIONE.

- 1 Filio intestato atq; sine liberis defuncto, succedunt pater & mater simul.
- 2 An fiat equalis diuisio bonorum filij intestati inter patrem & matrem?
- 3 Pater & mater quis præferuntur in successione filij intestati.
- 4 Parentes succedunt liberis in stirpem, non in capita.
- 5 Fratres intestato decedentibus an admittantur simul cum eius parentibus?
- 6 Iure Regio fratres non admittuntur cum patribus ad successionem intestati.
- 7 Fratres qualiter succedant intestato, qui non relictis parentibus mortem obierit?
- 8 Filij fratrum an admittantur in stirpem, an in capita?
- 9 Patrum qualiter nepotibus intestatis succedant.
- 10 Pars hereditatis paterna, aut fraterna repudiata ab vno ex successoribus, qualiter alijs adrescar?
- 11 Proximiores succedunt decedentibus intestato post parentes & fratres, vsq; ad decimum gradum.
- 12 Feudis successio vsq; ad quem gradum deferatur proximioribus?
- 13 Illegitimi intestato decedentes, quos successores habere possint.

DE SVCCES-
SIONIBVS AB IN-
testato breuis quædam re-
solutio à iure Cæsa-
reo & Regio col-
lecta.



OST tractatum de testamentis non inutile erit explicare, quoniam modo mortuis absque testamento succedatur, cum hæc quæstio non tantum sit frequens, verum & ipsis Caesarum & Regum

Regum legibus impedita, atque ideo propositis aliquot assertionibus eam conabimur pro viribus expedire. Et quia in capit. Rainuntius. diximus de successione filiorum, qui legitimi sunt: de iure vero successione illegitimis liberis competenti in Epitome de sponsalibus. 2. parte. capitu. 8. §. 4. hic agemus de iure successione legitime quae parentibus, & agnatis, cognatisque defertur.

3 Prima conclusio. Filio decedenti abque testamento, qui nec matrem, nec fratres relinquit, succedit pater l. 2. & in authenti. defuncto. C. ad Tertullia. quae quidem assertio adeo iure probatur, ut nefas sit eam in controversiam mittere. Quod si filius obierit mortem matre, & patre superstitionibus, oportet rem altius explicare.

Secunda conclusio. Quavis iure Digestorum, & Codicis pater in successione filij intestati matri praefertur l. 2. §. obijcitur. ff. ad Offici. §. praefertur. instituti. de Senatusconsult. Tertullian. l. 2. C. ad Tertullia. hodie tamen ad successione filij intestati pariter mater & pater admittuntur. text. in dict. authenti. defuncto. & in authenti. de haeredib. ab intesta. veni. §. consequens & l. 4. titu. 13. part. 6. quod vendicat sibi locum, etiam si pater sit manumissor, id est, emancipator: nam nihilominus non praefertur matri. dicti. authenti. defuncto. qua in re sciendum est, olim solenne fuisse patri filium emancipare contracta fiducia, & sic expressim servato sibi iure successione: demum in emancipatione fuit à lege

subintellecta haec fiducia, nec oportebat eam successione patri servari, cum à lege patri deferretur. dicta. l. 2. C. ad Tertullia. dicto. §. obijcitur. & §. ultimo. instituti. de legit. agnat. success. Secundo, haec ipsa principalis conclusio adhuc vera est, etiam si filio sint superstites pater & avus, ex eadem Nouella Iustiniani. Et notant Angel. Salyc. Corne. & Doctor communiter in dict. l. 2. quicquid ibi glossi dixerit. Tametsi iure veteri avus paternus admittetur exclusa matre ob evitandam perplexitatem, ex qua mater avum patrem non excluderat: mater autem à patre defuncti, pater vero ab avo excluderetur. l. æquissimum. ff. ad Tertu. §. vlti.

2 Est tamen circa hanc conclusionem egregia quaestio, utrum pater & mater ad successione filij intestati æqualiter admittantur, an patri deferantur bona illa, quae filius à patre, vel patris causa adquisierat: matri vero ea bona quae à matre, vel causa matris haberat: In quo video non admodum inter Doctores convenire: siquidem Barto. in authenti. itaq;. C. com. de success. in ea est sententia, ut existimet ascendentem per lineam paternam bona intestati acquirere, quae defunctus habuit à patre, vel patris, gratia, ascendentem vero ex linea materna illa bona, quae mortuus filius adquisivit à matre, vel matris causa, adducit Barto. ad hoc text. quem dicit singula esse in l. quod scitis. C. de bonis quae liber. Quo in loco eandem opinionem iterum Barto. probat. idem Bartol. in l. post dotem. vltima column. ff. soluto

De testa. Y 2 matri-

Epitome.

matrimo. dicens singu. esse text. in dicta. l. quod scitis. idem consilio. 18. cui subscribere Imol. Roma. & Ias. in dicta. l. post dotem. colum. penu. & vlti. Roma. consi. 40. Alexand. consil. 150. volu. 2. Abb. in consilio. 75. volumi. 1. Bald. Nouell. de dote. part. 12. q. 14. Ioann. Oldendorp. in Epitome success. ab intesta. quam admiscuit legum duodecim tabularum interpretationi. tit. 5. 13. conclusio. alleganstext. in §. 1. institu. per quas person. nob. adquir. Angel. & Paul. in dicta. l. quod scitis. Marcus Perusinus inter consilia Bald. volumi. 4. consilio. 113. Guiliel. Benedict. in capitu. Rainuntius. verbo, & uxorem numer. 536. Chasfane. in consuetudi. Burgū. rubri. 7. §. 6. numer. 7. & alij plures, quos refert Andre. Tiraquel. de retract. legali. §. 14. numer. 12. dicens hanc opinionem receptam esse apud Gallos: eandem asserunt communem esse Alexan. in dicto. consilio. 150. & Anto. Rube. consilio. 79. & probatur Regia. l. 10. titul. 6. lib. 3. Fori.

Verum enimvero hæc ipsi frequentissima Bart. & aliorum sententia minime probatur in dicta. l. quod scitis. cū in illius legis specie nepos nō decesserit, vt falso Barto. opinatur, cū auo paterno, & materno: sed relictis, & superstitibus auo paterno. & ipso patre: atque inquit ille text. quæ sita ab eo nepote ex eo, quod mater habuit per pactiōnem partē aliquā donationis propter nuptias, patri adquiri quoad dominium, auo autem quoad vsum fructum. Sic sane illam decisionem in

interpretantur Cinus, Alberi. Salycet. Raphael, & Corne. in dicta. l. quod scitis. §. sin autē. Vnde fit, vt minime ex præfata cōstitutione Cæsarea Barto. opinio probetur. Posse tamen defendi plane præmissa opinio in lucris nuptialibus ex. l. 2. C. de bonis quæ liber. vt parentes sint promptiores ad dotem, & donationem propter nuptias constituendam. Bald. in dicta. authēt. defuncto. Cuius opinioni plures accedunt, & expressim Ioan. Lupi. in. l. 6. Tauri. nu. 19. Alioqui Barto. sententia & si recepta frequentius sit, tamen falsa est centenda. Imo pater, & mater filio intestato æqualiter succedūt. text. in. d. auth. defuncto. vbi Bal. à Bart. discedit, & Salyce. secutus Petrū & Cinū in dicta. authēt. itaque. C. cōmu. de success. Corne. in dicta. authentic. defuncto. & in dicta. l. quod scitis, & idē Corne. consilio. 265. volume. 4. & consilio. 94. volumi. 1. idem consil. 7. vol. 3. Benedict. à Benedict. inter consi. Cornei consil. 6. vol. 3. Nicola. de Vbal. de success. ab intes. 2. par. col. 3. Cuma. cōsi. 122. & alia, quos Tiraq. congessit. d. §. 14. num. 13. Quin & hanc esse cōmunem opinionem asserit Bal. consil. 31. volu. 2. quæ probatur Regia. l. 4. tit. 13. part. 6. & l. 6. Tauri. ex quo patet iure Regio seruandam esse in praxi Bald. opinionem, nisi in his locis, vbi Regia Fori. l. adhuc sit vsu recepta: sicuti dicta. l. sexta. nominati in statuit.

Porro, quanuis Bar. opinio seruanda foret, minime procederet, quādo pater ad successionem filij intestati simul admitteretur cū proprio filio, fra-

re defuncti, vt in casu fecūdo. authē. defuncto. Successio etenim tūc æqualiter competit, nulla constituta bonorum distinctione, cum nulla fiat iniuria patri, qui simul cum proprio filio ad successionem vocatur. Soci. consi. 89.2. col. volu. 4. & nouissime Aymō Sauilli. consi. 176.

3 Tertia cōclusio. In successione liberorum, qui intestati decesserint, pater etiā constitutus sub aui potestate, præfertur auo paterno, & mater auo itidē materno tex. in. d. l. quod scitis. à quo id colligūt Raphael & Corne. idē probat text. in dict. authen. defuncto atq; hęc est cōmunis sententia, quam & Regia lex probat. 4. titu. 13. parti. 6.

Quarta assertio. In successione filij intestati pater præfertur auo materno & mater auo paterno. text. quē ita intellexit Accursius ibi in dicta. auth. defuncto. & sequuntur Doct. cōmuniter: sicuti adserūt ibi Salyce. & Corne. & Barba. consilio. 50. volumi. 4. col. 1. eandem opinionem præmittit Alex. consi. 80. volumi. 1. & consil. 115. vol. 2. quam probat dict. Regia. l. 4. Nec in hac specie est admittenda distinctio Bar. imo mater præfertur auo paterno, etiam in his bonis, quæ filio à patre obuenerunt. Oldra. consil. 110. Ioan. Lupi in. ca. per vestras. in rep. Rub. de donat. §. 23. ad finem.

4 Quinta conclusio. In successione liberorum, si plures parētes concurrāt, nempe in eodē gradu, fit distributio in stirpes, non in capita. Nam si auus, & auia materni generis, & auus pater nus velint succedere nepoti intestato,

conceditur eis hæreditas eo modo, vt auus paternus tantum ex ea cōsequatur, quantum auus, & auia materni generis. text. ita communiter intellectus in dicta authen. defuncto, & in authen. de hære. ab intest. veni. §. 1. & dicta Regia. l. 4. tit. 13. part. 6. Sed quia quandoq; ei, qui intestatus moritur, supersunt fratres vtrinq; coniuncti, vel vterini, & præterea parentes, oportet in hac quæstione quid iure statutū sit explicare: nam id varie veteribus legibus fuit decisum, vt explicat Alcia. lib. 4. disp. 6. 7.

5 Sexta cōclusio. Intestatus relinquēs fratres, aut sorores vtrinq; cōiunctos, simul & patrem, matrem, auum, vel auiam, habet legitimos successores simul fratres sororesue vtrinque cōiunctos, & patrē ita, vt diuisio hæreditatis fiat per capita, nō per stirpes. tex. in d. auth. defuncto. Reg. l. 4. ti. 13. part. 6. sed in hac cōclusiōe plura sūt notāda.

Primum enim considerandum est, fratres, etiam vtrinque cōiunctos nō excludere auum, nec auia à fratris successione: imo ipsi admittuntur simul cum auo, vel auia per capita diuisa hæreditate. glo. in. d. authen. defuncto. et in Nouella vnde deducitur, quā opinionem sequuntur in. d. authē. defuncto. Bar. Paul. Salycet. & Corne. post alios communiter. Nicola. de Vbal. de success. ab intesta. 2. part. q. 2. & hęc esse communē opinionē adserit Bal. in consilio. 268. volumi. 4. Cæterum Accursi. in dict. authen. defuncto. cōtrariam opinionem retulit, quam probauit Iacob. à Bello visu. in authenti.

De testa. Y 3 de hæ-

Epitome.

de hered. ab intestato venient. §. si vero. Regia. l. 4. titu. 13. parti. 6. quæ auos ad successionem intestati nepotis admittit, quando descendens obiit non relicto patre, nec matre, nec relictis fratribus vtrinque, coniunctis eandem sententiam sequitur Chassa. in consuetud. Burg. rub. 7. §. 6. colū. 9. errat tñ is autor, dū falso alios citat ad hanc sententiā.

Hinc apparet falsum esse, quod respondet Chassa. consilio. 9. dicens fratres etiam vtrinque, minime coniunctos admittēdos esse ad successionem fratris intestati, simul cum ipsius fratris parentibus, si desint defuncto fratres vtrinque, coniuncti. quod probat ex eo quod auth. defuncto. loquatur eo casu, quo defunctus reliquit fratres vtrinque, coniunctos, non tamen ex hoc neget, eis deficientibus successionem deferri fratribus cognatis tantum, vel agnatis. l. si quis. C. ad Tertu. authent. post fratres. C. de legi. hered. quæ quidē cōstitutiones eā opinionē nō pbāt: & ideo aduersus receptā sententiā nō licet Chassanci responsum defendere.

Secundum est animaduertendum, filios fratris vtrinque coniuncti in stirpem succedere simul cum parētibus ipsius patruī intestati. gl. cōmuniter recepta. in. d. auth. defuncto. tex. in aut. vt fratru filij. coll. 9. §. 1. idem notat Nico. de Vbal. de succ. ab intest. 2. par. q. 3.

Tertio est notandum, filio intestato & si succedant parētes simul cum fratribus vtrinque coniunctis, nō tamē succedunt nepotes, pronepotesue horū fratrum: imo excluduntur hi nepotes, & vltiores ab ipsius intestati pa-

trībibus. gloss. communiter recepta in d. auth. post fratres. Paulus Castrenf. in authen. post fratres. in. 2. C. de legit. hered. in. d. authen. defuncto. Guiliel. Benedict. in ca. Rainuntius. §. & vxorem. numer. 640. Angel. Arcti. in tracta. de testament. verbo, nolens intestatus. colū. 4. & Nicola. de Vbald. in d. tract. de succe. ab intest. 3. par. col. 3.

Quarto his est illud addendū, quod Barth. Soci. scripsit cōsi. 25. vol. 3. colū. vlti. statutum, quod matrem intestati filij à fratribus excludi ab eius successione disposuerit, ita intelligēdum esse, vt matri præferatur fratres vtrinque coniuncti: alij vero simul cū ipsa admittatur: licet Mari. So. cōsi. 1. vol. 1. voluerit, solū fratrem, etiā non coniunctum vtrinque, exclusa matre admittēdū esse.

Postremo cōstat iure Regio à successione intestato decedētis omnino excludi fratres, etiā vtrinque, coniunctos, si sit superstes aliquis ex parētibus vel ascendētibus defuncti. Regia, & Taurina lex. 7. quod & pri^o morib^o receptū erat: sicuti probat. l. 1. tit. 6. libr. 3. Fori.

7 Septima cōclusio. Intestato, qui decedit absque parētibus, fratres vtrinque coniuncti succedunt æqualiter, exclusis fratribus cognatis tantū, vel agnatis. auth. Cessante. C. de suis & legi. hered. Regia. l. 5. tit. 13. par. 6.

Octava cōclusio. Intestato decedente nō relictis ascendētibus, nec fratrib^o vtrinque coniunctis, succedūt fratres agnati tantū, vel cognati. tex. in auth. post fratres. in. 1. C. de suis & legi. hær. d. Regia. l. 5. Quo fit, vt extante statuto, quo mater à patruo excluditur ne filio

filio succedat, ipse patruus repellitur à fratre consanguineo tantū ratione cognationis, aut agnationis, ita vt sit de functo coniunctus ex altero latere, sicuti respondet Hierony. Gratus cōsi. 19. & 20. vol. 1. hoc intelligens: quādo defertur successio matre iā defuncta. Oportet tū ad perfectā huiusce rei cognitionē septimā, & octauā assertiōes quibusdā additis apertiores efficere.

Primū quidē absq; cōtrouersia receptū est, filios fratris p̄mortui admittēdos esse ad successiōē patruī intestato defuncti fratribus quibusdā relictis cū superstitibus patruīs in eā partē, ad quā eorū pater admitteretur, & sic in stirpē. auth. Cessante. C. de suis & leg. h̄ered. d. Regia. l. 5. idē erat athenien sūi sancitū lege, cuius Demosthenes meminit in oratione contra Macarta tū de Agniē hereditate. Quod expressim cautū est. l. 8. Tauri. qua in re miror cur eius interpret Ioā. Lupi. dixerit ibidē approbari opiniōē Azonis, quā paulo post adducā: cum in ea lege non tractetur Azonis sententia.

8. Secūdo, maxima in hoc tractatu cōtingit disceptatio, an filij fratru admittantur ad successiōē patruī intestati, nullo superstite patruo in stirpē: aut in capita? Accursius frequentius adserit admittēdos esse hos filios in stirpē, nō in capita. ita ipse in. d. authē. Cessante. & in. l. Lege duodecim tabularū. C. de suis & legit. h̄ered. Bar. in. l. post cōsanguineos. §. agnati. aliās. §. h̄ec h̄ereditas. ff. de suis & legi. lib. Din. Cin. Pau. Corne. & cōiter Doct. in. d. auth. Cessante. Ioan. Faber in. §. ceterum. insti.

de legit. agnat. success. quam opinio- nem esse communem fatetur Nicol. de Vbal. de succe. ab intest. 3. part. col. 1. Tiraquel. lib. 1. de retract. §. 11. in glos. 11. Alexand. & ibi Carol. cōsi. 55. num. 4. lib. 4. cui ad stipulatur text. in authē. de h̄ere. ab intesta. veniē. §. si vero. quo in loco lex vocat cognatos post fratres, filiosque fratrum in capita ad successiōem ipsam. Eandem sententiam dicti Docto. pluribus alijs rationibus, & autoritatibus probare nitur. Idem vero Accursius parum sibi constans in. §. hoc etiam. inst. de legi. agnato. succe. expressim asserit, filios fratrum, aut sororū admitti ad patruī successiōē in capita, & non in stirpē, quæ sane opinio colligitur ex authēt. de h̄ere. ab intesta. veni. §. sed & ipsis. & §. si autem cum fratribus. vbi tunc in locum parentum ad successiōem patruī vocat lex filios per stirpē, quando cū aliquo ex patruīs superstite admittuntur ad successiōem patruī defuncti: non in alio casu. ecce ergo text. qui hanc opinioem probat apertissime, & tollit prioris sententiæ probatiōnē. Atq; ita huic posteriori opinioi subscribunt Azo. in summa. C. de legit. h̄ere. Iaco. Butr. Saly. & Bal. in. d. auth. Cessante. Hosti. in summa. tit. de success. ab intestat. §. viso. Zasius lib. sing. Respons. 1. ca. 7. Fortu. in. l. Gallus. §. idem credēdū. ff. de lib. & posth. colum. 19. penes quos extat lata huius quæstionis disputatio. Et sane mihi vtriusq; partis rationes cōsiderāti potius placet Azo. opinio, quam autoritas Theophili plurimū adiuuat in. §.

De testa. Y 4 hoc

Epitome.

hoc etiā. inst. de leg. agna. successi. qui in specie eā probat. Regia item. l. 5. tit. 13. par. 6. Quin & Zasius testatur eam Friburgis municipali cōstitutione sanctam esse, pluribusq; Gallix locis seruari ac moribus receptam esse asserit Guiliel. Bene. in. c. Rainūtius. de testa. verb. & vxorē. nu. 663. & Rebuffus in proœmio consti. Regiarū. gl. 5. nu. 81. quo in loco optime distinxit praxim huius conclusionis ab ea, quam præcedenti versu. ex Taurina constitutione probauimus, probauitq; eandē Azo. sentētiā lege sancita inuictissimus Carolus Quintus Romanorum Imperator, primus Hispaniarum Rex in comitijs totius Imperij Germaniæ habitis anno Millesimo Quingentesimo Vicesimonono: sicuti scribit Ferrarius in. §. non in capita. inst. de hære. quæ ab intel. de fer. & Zasi. de feu. par. 8. cōclu. 5. cui opinioni accessere plures citati per Andr. Tiraq. in. d. glo. 11. * Et nouissime Francisc. Balduinus in Nouellam. 118. & in Iustiniano, & Iacob. Cuiatius libr. 2. Feud. tit. 11. quo in loco ad hāc opinionē adducit Gothorum legem, quæ apud nos extat li. 4. Fori iudicialis tit. 2. l. 8. eandem denique opinionem probauit Constantinus Harmenopolus lib. 5. tit. 8. *

Tertio est animaduertēdum, in successiōe fratris intestati, fratres paterni tantum sanguinis superstites admittendos esse ad bona, quæ defunctus adquisiuit à patre: fratres vero materni sanguinis admittendos esse ad ea, quæ defunctus à matre, vel matris causa habuerit, alia vero bona æqualiter

inter fratres diuiduntur. l. de emancipatis. C. de legi. hæredi. quam præter alios dicit singul. Guiliel. Benedict. in dict. verb. & vxorem. nume. 665. glos. communiter recepta idem notauit in authent. post fratres. in. l. C. de legit. hæred. alia in authē. itaq;. C. commu. de successo. vbi Corne. & idem in dicta l. de emancipatis. & in dicta authent. post fratres. & in consilio. 266. dicit hāc opinionem communem esse. idem asserunt Anto. Rube. consil. 76. Iaso. in. l. post dotem. ff. soluto matr. ad finem. & probatur Regia. l. 6. tit. 13. part. 6. Licet Corne. in dicta authent. itaque. post Raphaelē dixerit contrarium iure verius esse, hæc vero communis opinio est intelligēda in fratribus, eorumq; filijs: non autem in fratrum nepotibus: hi enim æqualiter admittuntur. Petrus à Bellapertica in. d. auth. itaq;. Cui ceteri Doct. communiter assentiuntur. Verū extāte municipali lege, quæ in successione fratris intestati præferat cōsanguineū fratrem vterino: tunc vterinus frater excludit à fratris intestati successione, etiam respectu bonorū, quæ defunctus à matre, vel matris cōsanguineis habuerit Barth. Soci. consil. 89. vol. 4. & si Paul. Castren. & Corne. in. d. auth. itaq; cōtrarium notauerint.

Cæterū septima cōclusio non procedit in patris respectu successione nepotis intestato decedentis: ad hanc enim successione admittuntur patris æquis portionibus, & ad bona, quæ defunctus habuit, & reliquit, siue patris sint fratres cōsanguinei, siue vte-

rini

rini patris ipsius nepotis, qui modo in testato deceſſit: ea ratione quod auth. de conf. & vteri. fratri. quæ dictam cōclusionem probat in. §. hæc igitur lex. expreſſim ſtatuit, illam conſtitutionē eſſe ſeruandā in illo caſu, nempe cum agitur de ſucceſſione fratris. Bart. idē probat in. l. poſt conſanguineos. §. legitima. ff. de ſuis & legit. liber. cuius opinionem dicit eſſe veriore Cor. authen. poſt fratres. in. 2. 2. co. C. de legit. hæred. & Rub. conſilio. 102. dicens hæc opinionem cōmunem eſſe: quod etiā fatetur Curti. Iuni. cōſil. 46. col. 2.

10 Nona conſuſio. Pars hæreditatis paternæ, ab vno ex filijs repudiata, cæteris filijs debetur æqualiter, tã vtrinque coniunctis, quam vel conſanguineis, vel vterinis, agitur etenim de hæreditate paterna, nō fraterna, & ideo loc⁹ non eſt authen. Ceſſante. ſic Bart. cenſet dicēdum eſſe in. l. Lucius. ff. de vulga. pe. q. vbi. laſ. num. 31. dicit eius opinionem communem eſſe. idem Bar. in. l. re cōiuncti. ff. de leg. 3. col. pe. vbi Ioan. Crott. eum ſequitur, dicens itidem eam opinionem communē fol. 12. colū. 4. idem fatentur eam ſequuti. Imola in cap. Rainuntius. de teſtamē. de materia reciprocæ ſubſtitutionis. Alexan. conſi. 30. lib. 2. colū. 2. Ripa in dict. l. Lucius. col. vlti. Aymon conſil. 43. Curti. Iunior conſil. 125. colū. 1. eandem opinionem ſequuntur Deci. cōſi. 304. poſt Alberi. in rub. ff. de vulga. q. 16. Bal. q. 5. Ange. Salyce. & Roma. in. l. in teſtamento. C. de teſtamēt. milit. Imol. Alex. & Aret. in. d. l. Lucius.

Decima conſuſio. Hæreditas fra-

terna ab inteſtato delata fratri vtrinque cōiuncto ſuperſtiti, & filijs alterius fratris vtrinque etiā coniuncti, iã tamen mortui, ſed repudiata à fratre, non defertur filijs repudiantis: imo ſolum cōpetit filijs fratris iam defuncti, tãquã proximioribus: ſiquidem hi iure patris defuncti ſuccedunt, & obtinent æqualem gradum ſimul cum patruo repudiante, at filij repudiantis non obtinēt locum parentis, qui repudiauit, ſed adhuc in remotiori gradu exiſtētes non poſſunt proximioribus æquales eſſe. Corne. in authen. poſt fratres. in. 1. C. de ſuis & legit. hæredi. Cui tamen ipſe non accedo: imo potius ſequor Salyce. ibi. ea ratione, quod filij fratris præmortui tunc admittuntur loco parētis ad patruum inteſtati ſucceſſionem, quando ſimul ipſis, & patruo ſuperſtiti defertur hæreditas: quod ſi nullo ex patruis ſuperſtite, aut hæreditatem repudiante, ac ſubinde excluſo eo patruo, qui ſuperſtes ſit, proprio iure filij fratris admittuntur, non iure patris, & ideo cum eis cōcurrunt filij patruum repudiantis, cum ſint in pari gradu.

11 Vndecima cōcluſio. Qui inteſtatus mortem obierit, nō relictis fratribus, nec eorum liberis, proximiorē conſanguineum hæredem habebit, ſublato ſexus, & cognationis, atque agnationis discrimine. text. in dict. authentic. poſt fratres. in. 2. Regia. l. 9. titu. 13. parti. 6. Quæ quidē ſucceſſio vſque ad decimū gradum tendit, nec vltius progreditur. glo. in authen. de hæredi. ab inteſta. veni. §. ſi vero nec fratres. gloſ

De teſta. Y 5 Bart

Epitome.

Bart. & docto. in auth. in successione. C. de suis & legit. liber. Ias. in l. ult. col. 2. C. vnde legit. Nam agnati vsq; ad decimum gradum admittendi sunt. gl. cui omnes subscribunt in. d. l. ult. cognati vero nõ debēt distingui ab agnatis. §. nulla. in auth. de hæred. ab intest. 13
 veni. igitur vt nulla constituatur differentia inter cognationē, & agnationē admittuntur cognati, sicut & agnati vsq; ad decimum gradum ex iure nouellarum, tametsi iure codicis cognati solum ad septimum vsq; gradum forent admittendi. gl. of. communiter recepta in. d. l. ult. probat. l. 1. §. hæc autem. ff. vnde cognat. §. ult. instituta de success. cognat. Verum legitima successione deficiente vxor admittitur ad successionem viri intestati, & e contrario vir ad successionem vxoris. l. 1. C. vnde vir. & vxor. Regia. l. 23. titu. 11. part. 4. alioqui fisco deferuntur bona. l. 1. §. diuus. ff. de iure fisci. l. 1. & 4. C. de bonis vacant. lib. 10.

51 Hic vero & illud est adnotandum, in Feudorum successione locum esse septimo gradui, non vltiori. text. in cap. 1. §. hoc autem sciendum. qui feud. dare possunt. cap. 1. de feudi success. nisi feudum sit constitutum nomine, & titulo Regni, Ducatus, Comitatus, aut Marchionatus. In his etenim feudis etiam ad centesimum gradum successio progreditur. Bald. in capitu. 1. de feud. March. §. capitanei. Ias. post alios in dict. l. vltim. 2. col. C. vnde legit. Deci. consilio. 85. Catellianus Cott. in vltimis memorialibus dictione, agnati, quod est mē

tinenendum propter autoritatem eorum, qui huic opinioni consensere, quos præter Ias. & Cott. sequitur Cæpo. caute. 256. quanuis Bald. ipse assertus huius opinionis autor, dubius sit in huius quæstionis decisione.

13 Duodecima conclusio. Filijs, aut liberis illegitimis defunctis intestato, tunc parentes succedunt, quādo ipsis parentibus intestatis, non existentibus legitimis liberis, nec alio, qui eis impedimento foret, filij illegitimi iure succederent: atque eo modo, quo successio parentis intestati, non existente prole legitima, nec alio impedimento, liberis illegitimis defertur, eadem parentibus successio liberorū competit. text. in authen. quib. mod. natu. effici. sui. §. de nepotibus. Azo. in summa. C. de legit. hæred. in fine. Barto. in l. vltim. 2. col. ff. de his qui. in dig. idem in l. 1. in princip. ff. de bono. poss. contra tab. Bald. in authen. licet. C. de natu. lib. Nicolaus de Vbald. de successi. ab intest. 2. par. princip. col. 9. Angel. Aret. in tract. de testa. in verb. nolēs intestatus. col. 5. Alex. consi. 139. volu. 1. & idem in consil. 150. volum. 2. & Ioan. Baptista in l. si qua illustis. C. ad orfici. fol. 39. optimus text. in §. 1. institutu. de seruili cognat. & hæc est frequentissima omnium interpretū sententia ex qua plura possent deduci perpētis his, quæ notauimus in Epitome de sponsalib. 2. part. c. 8. §. 4. & §. quo in loco explicuimus, qua ratione filij illegitimi parentibus succedāt: atq; ex hoc aperitur intellectus ad gl. in §. vlt. insti. ad Tertullia.

Decimatertia cōclusio. Fratres, cæteri q; ex linea tranuersa cognati, vel agnati, intestatis fratribus, cognatis, vel agnatis illegitimis eo pacto succedunt, quo ipsi illegitimi eisdem fratribus, cognatis, & agnatis, intestato decedentibus succederent, non existētibus alijs cognatis legitimis, saltem in pari gradu, vel illegitimis & tamē proximioribus. Est enim hæc reciproca successio. text. in auth. quibus modis natura. effici. sui. §. filiū. Angelus, Arctinus in dict. verbo, nolens intestatus decedere. col. 9. & Nicola. de Vbal. de success. ab intesta. 3. part. col. 3. & 4. Si quis igitur scire velit, quis sit legiti-

mus successor ei, qui cum illegitimus sit, intestatus mortem obit, quærat diligenter eum, cui ipse intestato moriens si viueret, succederet iure cognationis, ac modum etiam, & formam successionis inquirat: quibus animaduersis, statim cognoscat legitimam intestati successorem. Ex quibus etiã apparet, an filio presbyteri, diaconi, vel subdiaconi intestato pater, mater, fratres, aut cognati succedant, attendita præfatæ conclusionis regula, & visis his, quæ in dicto cap. 8. §. 5. nos scripsimus.

F I N I S.

✠ His tandem breuiter adnotatis, huic operi finem facere constitui: quod obsecro benigne, candidoq; animo recipias, Lector humanissime: hoc etenim præmium huius laboris postulare minime ve-reor, plus tuo cãdori, quam propriæ audaciæ tribuens. Nec tamen ea mercede indignus censebor, si meum erga iuris vtriusq; studia conatum integro iudicio examinaueris. Faxit Christus Iesus humani generis verus Redemptor, cui nos insignia hæc gerentes, vir ille Reuerendissimus, ac moribus, & pietate insignis Didacus à Muros, Ouetensis ecclesiæ præsul hac dicata domo commendauit, vt his mundanis curis prorsus abiectis, eidem diuinæ Maiestati subseruire quandoq; possimus. **V A L E.**

INDEX CAPITVM,

Quæ sub hac rubrica continentur.

C aput primum.	fol. 33.	§. tertius.	fo. 108
Caput secundum.	fo. 42.	§. quartus.	fo. 111
Caput. Nos quidem.	fo. 46.	§. quintus.	fo. 113
Caput. Indicante.	fo. 52.	§. sextus.	fo. 120
Caput. Filius noster.	fo. 53.	§. septimus.	fo. 123
Caput. Si hæredes.	fo. 56.	§. octauus.	fo. 124
Caput. Cum in officijs.	fo. 60.	§. nonus.	fo. 127
Caput. Ad hæc.	fo. 67.	§. decimus.	fo. 134
Caput. Quia nos.	fo. 67.	§. vndecimus.	fo. 138
Caput. Cum esses.	fo. 69.	Caput. Tua nobis.	fo. 144
Caput. Relatum. in. 1.	fo. 72.	Caput. Rainaldus.	fo. 146
Caput. Relatum. in. 2.	fo. 80.	§. primus.	fo. 150
Caput. Cum tibi.	fo. 81.	§. secundus.	fo. 153
Caput. Officij.	fo. 88.	§. tertius.	fo. 157
Caput. Requisisti.	fo. 93.	Caput. Ioannes.	fo. 166
Caput. Rainuntius.	fo. 96.	Caput. Vltimum.	fo. 168
§. primus.	fo. 103	Rubrica de successione ab inte-	
§. secundus.	fo. 107	stato.	fo. 169

INDEX LOCORVM

Alioquot vtriusque iuris, qui obiter in hisce commentarijs explicantur.

I ntellectus ad. l. vbi ita donatur. ff. de dona. caus. mor. 2. par. rub. nu. 11. fo. 7. & nu. 13. fo. 8.	c. Gemma. de spons. ibidem. nu. 17.
Intellectus ad. l. vlt. C. de nõ num. pecu. 2. par. rub. nu. 12. fo. 8.	Intellectus. auth. hoc inter liberos. C. de testa. par. rub. fo. 1. col. 3. & 4.
Intellectus ad. l. quæro. §. inter locatõrẽ. ff. locati. ibidem.	Intellectus ad. l. sancimus. C. de testa. 2. par. rubri. fo. 17. col. 3. & 4.
Intellectus ad. l. cū pater. §. filius matrẽ. ff. de lega. 2. in. c. Rainaldus. §. 3. nu. 10. fo. 161.	Intellectus ad. l. diuus. §. licet. ff. de iure codicil. fo. 18. col. 2. & 3.
Intellectus ad. l. stipulatio hoc modo cõcepta. ff. de verb. oblig. 2. par. rub. nu. 16. fo. 11.	Intellectus. l. tam is. §. v1. ff. de dona. caus. mor. 3. par. rub. nu. 6. fo. 23.
Intellectus ad. l. Titia. ff. de verbo. oblig. & ad	Intellectus ad. l. Marcellus. in prin. ff. de dona. caus. mor. 3. par. rub. nu. 21. fo. 28.
	Intellectus ad. l. 1. ff. qui sine manumif. ad libert. perue.

Repertorium.

perue. 3. par. rub. nu. 24. fo. 29.
In intellectus. l. i. §. an bona. ff. de iure fisci. cap. 1. nu. 14. fo. 38.
In intellectus auth. si qua mulier. C. de sacros. eccl. c. 2. nu. 7. fo. 44.
In intellectus. l. Titia. §. Seia. ff. de auro & argē. leg. c. indicante. nu. 5. fo. 52.
In intellectus. auth. hoc amplius. C. de fideicō. c. in hæredes. nu. 7. & 8. fo. 57.
In intellectus ad. l. si adulteriū. §. idem Pollioni. ff. de adult. in. c. Rainuntius. §. 11. nu. 1. & sequenti. fo. 138.
In intellectus. l. viuis libertus. ff. si quid in frau. patro. c. cum in officijs. nu. 11. fo. 66.
In intellectus auth. presbyteros. C. de epis. & cler. c. quia nos. nu. 1. & seq. fo. 67.
In intellectus. l. precibus. C. de impube. & l. Ceturio. ff. de vulg. tractatur in. c. Rainuntius. §. 9. fo. 127.
In intellectus. l. i. ff. de leg. 1. c. Rainuntius. §. 10. nu. 3. fo. 135.
In intellectus ad. l. Senatus. §. legatum. ff. de leg. 1. c. cum tibi. nu. 8. fo. 84.
In intellectus ad. l. fideicōmissa. §. sic fideicomissum. ff. de lega. 3. ibi. nu. 9. fo. 84.
In intellectus. l. captatorias. C. de testa. mili. ibi. nu. 2. fo. 82.
In intellectus ad. l. fideicōmissa. in. 2. versi. quid si ita. ff. de fideic. liber. ibi. nu. 12. fo. 85.
In intellectus ad. l. cum donationis. C. de transac. eo. c. cum tibi. num. 13. fo. 86.
In intellectus. l. quod principi. ff. de leg. 2. c. requisisti. nu. 4. fo. 94.
In intellectus. l. 3. C. de liber. prat. c. Rainuntius. in princ. nu. 2. fo. 97.
In intellectus ad. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testa. eo. c. §. 1. nu. 3. fo. 104.
In intellectus ad. l. si frater. C. de fideicō. eo. c. §. 3. nu. 4. fo. 109.
In intellectus ad. l. Gallus. in prin. eo. c. §. 3. nu. 9. fo. 111.
In intellectus ad. l. 2. §. sed & si extraneum. ff. de vulgari. ibi. §. 5. nu. 3. fo. 113.
In intellectus ad. l. Titius. ff. de hæredi. inst. eo. c. §. 7. nu. 2. fo. 123.
In intellectus. l. Titia Seio. §. Seia. ff. de lega. 2. & l. vel singulis. ff. de vulg. eo. c. §. 8. per totum. fo. 124.

In intellectus. l. fideicōmissa. §. quoties. ff. deleg. 3. c. relatum. in. 1. nu. 9. & seq. fo. 77.
In intellectus. l. si mihi. ff. de leg. 1. c. Rainaldus. §. 3. nu. 12. fo. 164.
In intellectus. l. liberto octuaginta. ff. de bonis libert. ibi. fo. 164.
In intellectus. l. quod scitis. C. de bonis que liber. in Epitome de succes. ab intest. nu. 2. fo. 170.
In intellectus. l. fundus que. ff. de an. leg. c. Rainuntius. §. 10. nu. 7. fo. 136.

Ex iure Canonico.

Cap. manifesta. 12. q. 1. cuius auctoris sit. c. 1. nu. 1. fo. 33.
Cap. episcopus qui filios. 12. q. 2. & ibi eius litera restituitur. c. 1. nu. 4. fo. 34.
In intellectus. c. licet. de voto. c. si hæredes. nu. 9. & 10. fo. 58. & 59.
Cap. 1. 12. q. 5. ex Gregorio eius autore restituitur. c. 1. nu. 8. fo. 35.
In intellectus capitis primi. 18. q. 1. cap. 1. num. 18. fo. 40.
In intellectus. c. cum simus. de regul. c. 2. num. 7. fo. 44.
In intellectus. c. cū ad monasterium. in fi. de stat. regul. c. 2. nu. 10. fo. 45.
In intellectus. c. si pater. de testa. in. 6. discutitur in c. Rainuntius. §. 9. & maxime numero. 19. fo. 134.
In intellectus capi. vltimi. 19. q. 3. & defendit Gratianus ab Alciati censura. c. Rainuntius. in princ. nu. 20. fo. 102.
In intellectus ad. c. Gemma. de spons. 2. par. rubr. nu. 17. fo. 11.
In intellectus ad. c. quanquā de vsur. in. 6. 3. part. rub. nu. 11. fo. 24.
Cap. quia alij. 13. q. 2. iuxta veram literam referatur in. c. vlt. nu. 1. fo. 151.
Cap. non oportet. 42. dist. in eius vulgata litera defenditur aduersus Alcia. in. c. vlt. num. 2. fo. 168.
Cap. primum de pact. in. c. cum in officijs. nu. 10. fo. 66.
In intellectus. c. cum dilecti. de empt. in. c. Rainuntius. §. 11. nu. 1. fol. 144.

EX IVRE REGIO HAE

Decisiones explicantur in hoc opere

præter plures alias, quas passim citamus
in comprobationem juris
communis.

Regia. l. 5. & 6. titulo 8. partita. 5.
2. parte rubricæ numero 1. 2. fol.
6. 8. & 9.
Regia. l. 10. tit. 16. part. 3. cap. Rai
nuntius. §. 11. num. 2. fo. 139.
Regia. l. 4. & vlti. tit. 11. part. 6. c. Rainuntius.
§. 11. num. 5. fo. 141.
Regia. l. 12. tit. 5. par. 6. ad verum sensum, & lite
ram restituitur. eodem cap. §. 9. nu. 7. & seq.
fo. 130. & iterum nu. 16. fo. 133.
Regia. l. 19. titulo. 5. parti. 3. in cap. tua. num. 4.
fo. 145.
Regia. l. 4. tit. 15. par. 6. explicatur in. c. Rainal
dus. §. 2. nu. 6. fo. 155.
Regia. l. 1. tit. 10. part. 6. cap. Ioannes. num. 4.
fo. 167.
Regia. l. 4. tit. 13. par. 6. in Epitome de succes. ab
intest. nu. 2. fo. 170.
Regia. l. 4. tit. 13. part. 6. ibi nu. 5. fo. 171.
Regia. l. 4. tit. 5. part. 3. in capit. tua. num. 4.
fo. 145.
Regia. l. 1. tit. de arris lib. 3. fori. c. officij. nu. 4.
fo. 89.
Regia. leges, quæ de melioratione in quinta &
tertia bonorum partibus loquuntur, expli
cantur in capit. cum in officijs. numero. 11.
fol. 66.
Regia. pragmatica sanctio. c. relatū. in. 1. nu. 11.
fol. 78.

Regia. l. 1. tit. 2. lib. 5. ord. expenditur in. 3. par.
rubr. nu. 21. fo. 28. & in. c. cum esset. nu. 2. fo.
69. in. c. Rainuntius. §. 6. nu. 4. fo. 120. & in. c.
Rainaldus. §. 3. num. 12. fo. 164. in eodē. c. §. 1.
num. 6. fol. 136. & in. §. 3. eiusdem. c. num. 8.
fol. 160.
Regia. l. 3. tit. 8. lib. 3. ordi. in. c. cum in officijs.
nu. 10. fo. 66. col. 3.
Regia. l. 4. tit. 4. lib. 5. ordi. in. c. cum in officijs.
nu. 11. ad fin. fo. 66. col. 2.
Regia. l. 44. Tauri. 2. part. rub. nu. 7. fo. 5.
Regia. l. 55. Tauri. 3. part. rub. nu. 12. fol. 24.
Regia. l. 4. Tauri. 3. part. rub. nu. 27. fo. 31.
Regia. l. 24. Tauri. in. c. Rainuntius. §. 6. nu. 4.
fo. 120.
Regia. l. 32. Tauri. in. c. cum tibi. num. 10. fo. 85.
col. 1. & 2.
Regia. lex. 16. Tauri. in. capit. officij. numero. 5.
fo. 90.
Regia. l. 49. Tauri. in. c. Rainuntius. in. princ. nu.
21. fo. 102. col. 4.
Regia. l. 27. Tauri. in. c. Rainaldus. §. 2. num. 4.
fo. 154.
Regia. leges. 26. & 29. inter Taurinas constitu
tiones explicantur in. c. Rainaldus. §. 2. nu.
8. fo. 156. & 157.
Regia. l. 19. Tauri. intelligitur in. c. Rainaldus.
§. 2. num. 5. fo. 155.

INDEX

INDEX EORVM, QVAE

Præcipue in his commentarijs continentur.

A.



Absenti an possit fieri donatio inter vivos vt statim valeat, & quid de donatione causa mortis. 3. par. rubri. nu. 13. fo. 24.

Abdicatio quid sit. c. Rainuntius. numero. 22. fol. 102.

Absens constitutus executor vltimarum voluntatum, qualiter id officium accipere videatur. c. Ioannes. nu. 4. fo. 167.

Actione reali an condemnetur qui non possidet, suscepit tamen litem. in. c. Rainaldus. §. 3. num. 4. fo. 158.

Actio quæ oriatur ex donatione causa mortis. 3. par. rub. nu. 17. & 18. fo. 27.

Actio aduersus ingratos iure communi Romanorum nõ datur, tamen si cõstituta fuerit apud Macedonas, & Athenienses. c. cum in officijs. nu. 10. fo. 60.

Actio ex pacto nudo cur iure ciuili non detur: & tamẽ à iure Põtificio cõcessa fuerit. ibi.

Actio quæ cõpetat legatario pro re legata. in c. Rainuntius. §. 10. nu. 2. fo. 135.

Actio quæ cõpetat fideicommissario. ibi. nu. 4.

Actus humani principibus subijciuntur. c. 2. nu. 12. fo. 46.

Aditio hæreditatis an sit necessaria ad executionẽ vltimarum voluntatum. in. c. 3. num. 3. fol. 47.

Aditio hæreditatis an sit necessaria quoad legata pia. in. c. Rainaldus. §. 3. nu. 11. fo. 162. & 163.

Agape quid sit. in. c. vlt. nu. 2. fo. 168.

Alienare prohibitus an possit in heredem legitimũ, aut extraneum, rem prohibitam alienari, trãsserre. in. c. Rainaldus. in princ. late. nu. 4. fo. 148. cum sequentibus.

Alienatio facta per parẽtes in fraudẽ legitimæ filiorũ, an possit reuocari. in. c. Rainuntius. §. 10. nu. 9. fo. 137. col. 2.

Amicitia consanguinitati comparatur in. c. requisisti. nu. 7. fo. 95.

Annus datus hæredibus, aut executoribus ad cõstruendam ecclesiã, vel monasterium, an currat à die monitionis. c. 3. nu. 6. fo. 48.

Annus datus executoribus vltimarum voluntatum quo pacto currat eis impeditis in. c. 3.

num. 2. & sequentibus. fol. 47.

Annus quo pacto nepoti intestato succedat, in Epitome de succes. ab intest. n. 1. & seq. f. 170.

B.

Bart. egregia sententia discutitur in. l. & in risiuradi. §. si liberti. ff. de ope. libe. in. c. officij. nu. 8. fo. 92.

Bar. opinio in. l. Lucius. in. 1. ff. de leg. 2. examiatur. ibi. nu. 9. & 10. fo. 91.

Bart. verba in. l. Cetero. col. 3. ff. de vulg. intel. liguntur in. c. Rainunt. §. 9. fo. 127.

Beneficia secularia nõ sunt conferenda clericis regularibus, nec monachis in. c. 2. nu. 3. fo. 42.

Beneficia regularia secularibus clericis nõ sunt conferenda. ibidem. nu. 2.

Bona aduẽticia an committatur testamento vel donationi filijsfamilias, si eorum v susfructus patri nõ competat. 3. par. rub. nu. 8. fol. 23. & nu. 28. fo. 32.

Bona clerici filijsfamilias, & in minoribus constituti quocunq; iure adquisita post ordinẽ assumptũ, censentur castrensia, vel quasi castrensia. c. quia nos. nu. 3. fol. 67.

Bona per prælatum adquisita, an præsumentur ex redditibus ecclesiæ habita. in. c. 1. nu. 6. f. 37.

Bona relicta à prælato tẽpore mortis an censentur ab eo quæ sita post adeptam dignitatem. ibid. nu. 7.

Bona adquisita per vxorem matrimonio cõstante, an præsumentur mariti, vel vxoris esse. c. 1. nu. 6. fo. 37.

Bonorum appellatione an veniãt iura & actiones. in. c. Relatum. 2. nu. 1. fo. 80.

Bona adquisita per clericum habentem beneficium ecclesiasticũ, an sint reseruanda futuro successori. nu. 2. fo. 82.

Bona occasione ecclesiæ per episcopũ adquisita, an canonicorũ collegio, an successori in dignitate competant. ibi. nu. 3.

Bona adquisita per archidiaconum ex dignitatis redditibus, an competant successori, an canonicorum collegio. ibidem.

C.

Capitulum vacante sede potest exequi testamẽta, sicut episcopus. in. c. pe. nu. 2. fo. 166.

Captatoria voluntas quid sit, & vnde deducatur secundum cõmunem. in. c. cũ. tibi. nu. 1.

fo. 81. &

Repertorium.

- fo. 81, & quid sit, cōtra cōmunem. 82. nu. 2.
- Captatoria volūtas an permittatur pietatis causa, & an possit statuto, vel consuetudine approbari. in eo. c. nu. 13. fo. 86.
- Causa pia operatur, vt primum testamentū habens clausulam derogatoriam specialē, tollatur per secundum simpliciter factum. 2. par. rub. fo. 17. col. 2.
- Causa piorum legatorum etiam tractari potest apud iudicem secularem. in. c. relatum. in. 1. num. 1. fo. 74.
- Causa pietatis quid in iure specialiter permittatur. ibi. in prin. & in dictione, legata pia.
- Causæ ingratitudinis priores octo explicatur in. c. Rainuntius. num. 9. fo. 99.
- Clausula cōsuetæ an possint apponi absq; speciali consensu contrahentium, & an appositæ habeant effectum. 2. par. rub. nu. 14. fo. 9.
- Clausula derogatoria in testamentis qualiter est intelligenda. late in. 2. par. rubr. num. 19. fol. 12. cum sequentibus.
- Clausula, quorū tenores habeantur pro expressis, quæ effectū habeat. 2. par. rub. fo. 14. col. 1.
- Clausula codicillaris adiecta in secundo testamento, an operetur reuocationem primi habentis clausulā derogatoriā. ibi. fo. 17. col. 4.
- Clausula codicillaris an censeatur appositā inter liberos. c. Rainuntius. §. 1. nu. 4. fo. 104.
- Clausula derogatoria collecta per argumentū à cōtrario sensu, an operetur aliquē effectū. 2. par. rub. fo. 18. col. 4.
- Clerici testamentum an subiaceat querelæ. c. quia nos, nu. 6. fo. 68.
- Clerici in minoribus degradantur. in. c. quia nos. nu. 4. fo. 68.
- Clericus quoad beneficium ecclesiasticum nec vere vsuarius est, nec vere vsufructuarius. in. c. cum in officijs. nu. 1. fo. 60.
- Clericus in beneficiorum redditibus quam potestatem habeat. ibi. nu. 2.
- Clerici fructus beneficiorū male expedientes peccant mortaliter: non tamen tenentur ad restitutionem. nu. 4. fo. 63.
- Clerici beneficium ecclesiasticum habentes proprio testamento non possunt disponere de bonis occasione ecclesiæ adquisitis, etiā si illa bona ex redditibus ipsius beneficii adquisierint. in. c. cū in officijs. nu. 5. fo. 63. & ibi in eo dē. c. tractatur, an clerici testari de his bonis aliquo casu liberè possint.
- Clericus solo iure humano prohibetur testari de adquisitis ex redditibus beneficii. ibi. nu. 7.
- Clericus habens patrimonium potest illud cōseruare, & reditus beneficii in proprios vsus conuertere. c. 1. nu. 2. fo. 33.
- Clerici peccant non subueniendo pauperibus egentibus necessitate extrema. fo. 33. col. 1.
- Clerici an possint testari de redditibus ecclesiarum, & beneficiorum ex dispensatione Romani Pōtificis. in. c. cum in officijs. n. 7. f. 63.
- Compendiosæ substitutionis materia inferius apponitur dictione. substitutio.
- Compensatio quando fiat ex voluntate legantis. in. c. officiij. nu. 11. fol. 92. & in tota ipsius c. interpretatione.
- Compromissum factū à prælato in re ecclesiæ an transeat in successorem. in. c. requisisti. num. 5. fo. 94.
- Conditioni appositi, an censeantur in dispositione contenti. c. Rainuntius. §. 3. per totum. fol. 109.
- Consuetudo introducta circa testamenta clericorum habentium ecclesiastica beneficia: & circa eorum successionem passiuam an valeat. in. c. cum in officijs. nu. 9. fol. 64.
- Consuetudo, qua inducitur, vt fructus beneficii vacantis per aliquod tempus ad defunctum pertineant, valet. c. cum in officijs. nu. 9. ibidem.
- Consuetudine induci potest, vt liceat clericis de redditibus beneficiorum ita in vltima voluntate disponere: sicuti poterant de iure in actu inter viuos. in. c. relatum. in. 2. nu. 4. f. 81.
- Contractus validus, an tollatur per secundum contractum iuualidum. 2. part. rub. nu. 1. fol. 19. col. 4. & 20. col. 1.

D.

- D**amnatus ad mortem an possit testari: itē damnatus ad perpetuos carceres. 3. par. rubr. nu. 27. fo. 31.
- Defunctorum exequiæ quibus solennitatibus celebrantur nūc, & antiquis temporibus in c. vlt. nu. 1. fo. 168.
- Dictio, Præcise, quid significet. 2. par. rub. fol. 17. col. 4.
- Dictio, Omnino. ibidem.
- Dictio, Penitus. fo. 18. col. 1. & 2.
- Dominium rei legatæ, quo pacto trāseat in legatarium. in. c. Rainaldus. §. 1. nu. 1. fo. 151.
- Dominium qualiter transeat in fideicommissarium ex verbali restitutione. in. c. Rainuntius. §. 10. nu. 5. fo. 126.
- Donatio facta filiofamilias an imputetur in legitimā, & ibi quid de donatione facta filio ad assu-

Repertorium.

- ad assumendos sacros ordines. in. ca. Rainaldus. §. 2. nu. 6. & 7. fo. 156
- Donatio omnium bonorum facta cum iuramento, an teneat. 2. par. rub. nu. 4. & num. 5. fo. 5
- Donatio omnium bonorum facta ecclesie valet. 2. par. rub. num. 6. fo. 5. col. 4.
- Donatio quare dicatur: quasi doni datio. 1. par. rub. num. 2. fo. 1
- Donatio inter vir. & vxor. iuramento facta valet. 2. par. rub. nu. 10. fo. 6
- Donatio inter virum, & vxorem quare fuerit prohibita. ibidem
- Donatio causa mortis iuramento firmata, an reuocari possit pœnitentia. 2. par. rub. nu. 11. fo. 7. & num. 14. fo. 9
- Donatio causa mortis trãsit in donationem inter viuos, si donator promittat eam non reuocare. ibi. n. 11. fo. 7. & n. 13. fo. 8. col. 3. & 4.
- Donatio inter patrem, & filium non admittit illam cõditionem: si donator pœmioratur: quando iuramento firmata fuit. 2. par. rub. numero. 10. fo. 6
- Donatio causa mortis, an contractui, an vltimę volũtati sit similis. 3. part. rub. fo. 22. col. 2. latissime
- Donatio causa mortis an permittatur inter virum, & vxorem. ibi. nu. 2.
- Donatio facta inter virum, & vxorem an exigat traditionem. ibi. nu. 3
- Donatio causa mortis à viro vxori facta an extinguatur de portatione viri ibi. nu. 4.
- Donatio inter virum, & vxorem morte confirmata, an retrotrahatur. ibi. & fol. 23. nume. 5
- Donatio causa mortis an fieri possit à filio familias absq; cõsensu patris. 3. par. rub. n. 6. fo. 23
- Donatio causa mortis an possit fieri ab vfurario manifesto. ibi. nu. 11. fo. 24
- Donare non potest causa mortis, qui non potest testari. ibi. nu. 11. fo. 24
- Donatio an possit absenti fieri ita, vt statim valeat. fo. 25. nu. 13.
- Donatio causa mortis pacto nudo fieri potest. ca. 3. par. rub. nu. 14. fo. 26
- Donatio causa mortis, quam actionem producat. 3. par. rub. nu. 17. & seq. fo. 27
- Donatio causa mortis an reuocetur per alienationem rei donatę. ibi. nu. 19. fo. 27
- Donatio causa mortis Falcidiam patitur. 3. par. rub. nu. 20. fo. 28.
- Donatio causa mortis, quam solennitatem requirat. ibi. num. 2. fo. 29
- Donatio causa mortis an exigat aditionem hæreditatis ad eius confirmationẽ. 3. part. rub. num. 22. fo. 29
- Donatio causa mortis qualiter reuocetur. ibi. num. 23. & sequentibus.
- Donatio causa mortis quando censetur facta, & ex quibus verbis. 3. par. rub. nu. 25. fo. 30
- Donatio inter viuos non imputatur in debitiũ legale, in cap. officij. nu. 9. fo. 51
- Donatio remuneratoria, an imputetur in his regnis in tertiam & quintam bonorum partẽ. in. c. cum in officijs. num. 11. fo. 66.
- Donatio remuneratoria, quę effectum habeat. ibidem. num. 10. fo. 55

E.

- E**cclesia instituta hæres à prælato an teneatur alienationem factam per prælatum ad probare. in. c. r. num. 13. fo. 37
- Ecclesia an teneatur facere inuentarium. ibi. nume. 14. fo. 37. & 38
- Ecclesia necessario non est instituenda hæres à prælato in bonis patrimonialibus. in. c. i. numero. 3 fo. 34
- Electio an sit hæredis, vel legatarij in legatis alternatiuis, & similibus. in. c. indicante. num. 3. fol. 52
- Electio hæredis incerti ex certis potest alteri committi. in. c. cum tibi. nu. 11. fo. 85
- Emancipationis, & suitatis differẽtia, an hodie duret facto testamento. in. c. Rainuntius. numero. 5. fo. 97
- Emancipare filium cogitur pater aliquot casibus. in. c. Rainuntius. nu. 21. fo. 102.
- Emphyteusis à patre pro se, & filijs accepta: an mortuo patre filijs competat ex mortis causa capione: an ex vero contractu emphyteusis. 3. par. rub. num. 26. fo. 31
- Emphyteusis à patre pro se, & filijs accepta an ad fœminas pertineat. in. c. Rainuntius. §. 2. num. 2. fo. 107
- Episcopo incumbit cura vt testamenta executioni tradantur, etiam si legata nõ sint pia. in. c. si hæredes. nu. 3. fo. 56
- Episcopus potest propria constitutione ex cõmunicationis sententiam ferre in negligentes exequi testamenta. ibidem
- Episcopo quando competat ius restituẽdi male ablata per testatorem. c. 3. nu. 8. fo. 48.
- Episcopus ita potest cogere testamẽtarios exectores ad exequendum, vt contraria in hoc testantis voluntas non sit admittenda. in. c. tua. num. 6. fo. 145.
- Episcopus non potest excludi a cura ecclesie Detesta. Z alicuius

Repertorium.

- alicuius etiā si patronus tēpore constructio-
nis hoc expressim disposuerit. ibidem. nu.
8. fo. 146.
- Episcopus** habens patrimonium, potest in eo
quē voluerit hāredem instituere. in. c. 1. nu.
3. fo. 34.
- Episcopus** an teneatur facere inuentarium de
rebus ecclesiaz. in. c. 1. nu. 9. fo. 36.
- Excommunicatus** testari potest. 2. par. rub. nu.
18. fo. 12
- Exemplaris substitutionis** materia, inferius di-
ctione substitutio.
- Executor testamentarius** monitus solo præce-
pto iudicis, incurrit pœnam negligentiz. in
c. si hāredes. nu. 6. fo. 57
- Executor testamentarius** quam pœnam patfa-
tur, si semel monitus nō tradiderit executio-
ni vltimam voluntatem. ibi.
- Executio legati** pij potest fieri officio iudicis.
in eo. c. nu. 1. fo. 56.
- Executio testamēti** impeditur ante aditam hā-
reditatem, etiam si testator intestatus dece-
serit. c. 3. nu. 3. fo. 47. & quid in legatis pijs.
in. c. Rainaldus. §. 3. nu. 11. fol. 163
- Executio vltimarum voluntatum** pertinet nō
tantum ad Episcopū, sed etiam ad quēcūq;
habentem Episcopalem iurisdictionē. c. pe.
nu. 1. fo. 166
- Executor** an sit cogendus id officium assu-
mere. ibi. nu. 3. fo. 167
- Executor** an possit agere, & vendere res hāre-
ditarias. ibi. nu. 5. & fol. 167
- Executor testamentarius** potest cōpellere hā-
redem iudicis præcepto, ad adeundam hāre-
ditatem. in. c. 3. nu. 3. fo. 47
- Executor testamentarius** quam etatem habere
debeat. in. c. tua. nu. 4. fo. 145
- Executor testamentarius** an possit constitui,
qui monachus est. ibi. nu. 1. fo. 142. & quid si
executio ab eo de facto fiat. ibidem. num. 2.
fo. 124
- Executio testamentorum** an possit committi
fœminis. ibi. num. 3. fo. 144
- Executioni testamentorum** quis terminus à iu-
re sit constitutus in. c. 3. nu. 1. & sequētibus.
fo. 46. & ibi quādo is terminus incipiat cur-
rere. num. 3.
- Exhæredatio iustis** ex causis fieri potest, in. c.
Rainuntius. nu. 8. fo. 99
- Exhæredatio filio** quod remedium competat,
in eodem. c. nu. 6. fo. 97. & 98.
- Exhæredatio iusta** causa facta an tollatur ex
amicitia postmodum inter patrem & filium
contracta. ibi. nu. 17. fo. 100.
- Ex hæredato** an possit fieri pupillaris substitu-
tio, item & exemplaris. in. c. Rainuntius §. 6.
nu. 2. fo. 120

F.

- Fabrica** quid sit. in. c. vlt. nu. 4. fo. 169
- Falcidia** deducitur de legatis pœnalibus.
in. c. Rainaldus §. 3. nu. 5. fo. 159
- Falcidia** an deducatur contra voluntatem testa-
toris. nu. 6. fo. 159
- Feudi successio** ad quem gradum extendatur
in Epitome de success. ab intesta. numc. 12.
fo. 173
- Fideicommissario** quæ actiones competant. in
c. Rainuntius. §. 10. nu. 4. fo. 135. & nu. 5.
- Fideicommissum** relictum ab his, qui in condi-
tione nominantur, an valeat. in eodem. c. §.
3. nu. 4. fo. 109
- Filius familias** an possit donare causa mortis,
& quæ bona. 3. par. rub. nu. 6. & sequētibus
late. fo. 23
- Filius familias** an possit testari. 3. part. rubr. nu.
28. fo. 32
- Filius familias** quanuis per Episcopatum, Car-
dinalatum, & religionis professionem libe-
ratur à patria potestate, non tamen per sacer-
dotium. c. quia nos. nu. 5. fo. 68
- Filio** an sit danda portio legitima in vita patris
ingredientis religionem. c. 2. nu. 7. fol. 44
- Filius primogenitus** hāres institutus à patre vl-
tra legitimā, & rogatus secūdo genito trade-
re aliquā rem, quæ ipsi primogenito erat re-
stituenda post mortem patris, debet eā rem
dare, vel eius æstimationem filio secūdo ge-
nito. in. c. filius. nu. 3. fol. 54
- Filius** non exequens votum parentis, priuatur
legitima, & tota hæreditate. in. c. si hāredes
nu. 9. fo. 58. col. 3
- Filius** non conficiens inuentarium, portionem
legitimam non amittit. ibi. nu. 9. fo. 59. col. 1
- Filius institutus hāres** à patre tenetur approba-
re alienationem rei propriæ à patre factam.
in. c. 1. nu. 13. fo. 37
- Filius** non exequens legata pia intra annū, etiā
præmissa monitione, non perdit legitimā.
in. c. si hāredes. nu. 9. fo. 58
- Filius** rogatus post diem hæreditatem restitue-
re, duas portiones deducit. in. c. Rainuntius.
§. 11. nu. 5. fo. 141
- Filius** non potest repudiare hæreditatē patris,
retenta sibi legitima. ibi. nu. 11. fo. 143
- Filius

Repertorium.

Filius suus præteritus etiam inserta causa habet ius dicendi nullum testamentum patris in. c. Rainuntius. nu. 1. fo. 96.
Filius emâcipatus præteritus nulla inserta causa, habet ius dicendi nullû. co. c. nu. 4. fo. 97
Filius exheredatus nulla causa inserta habet ius dicendi nullû testamentum patris. ibi. nu. 6. fo. 97
Filio præterito si inserta causa probetur, vires accipit testamentum. ibi. nu. 8. fo. 99
Filius patriam defendens potest violentas manus patri inferre. ibi. nu. 9
Filius vxorem patris percutiens, an possit exheredari. in. c. Rainuntius. nu. 10. fo. 99
Filius accusans patrem publico iudicio, exheredari potest. ibi. nu. 11
Filius exheredari potest ex causis similibus his, quæ sunt expressæ in iure. ibi. nu. 16. fo. 100
Filius est titulo hæredis honorandus, etiam iure canonico. in. c. Rainuntius. §. 1. nu. 1. fo. 103.
Filius an sit hæres necessario instituendus in testamento facto inter liberos. co. §. nu. 2. fo. 103
Fiscus non cõficiens inuentarium, an teneatur ultra vires hæreditarias. c. 1. nu. 14. fo. 37
Fœminæ an iuste excludatur à successione parentum in regnis, & primogenijs. in. c. Rainuntius. nu. 24. fo. 92
Fœmina olim iure Romano hæres institui nõ poterat, in. c. Rainuntius. nu. 23. fo. 102
Fœmina an excludatur extate masculo ab emphyteusi simpliciter accepta à patre pro se & filijs. in. c. Rainuntius. §. 2. nu. 2. fo. 107
Fœmina etiam iure canonico nõ potest esse testis in testamento. in. c. cû esses. nu. 14. fo. 74
Fœminæ testimonium non distinguitur iure gentium à testimonio viri. ibi. fo. 74
Fœmina potest esse testis in testamento facto causa pietatis. c. relatum. in. 1. nu. 5. fo. 75
Fœmina an possit esse executrix testamentorum. in. c. tua. nu. 3. fo. 144
Frater quo pacto fratri intestato succedat in Epitome de succes. ab intest. nu. 5. fo. 171
Fructus ab hærede filio percepti ante diem fideicommissi, an imputentur in Trebellianicam, etiam testatore iubente. in. c. Rainuntius. §. 11. numero. 4. fol. 141. & numero. 8. & sequent. fo. 142

H.

HÆRES an teneatur omnino inuentarium facere. in. c. 1. nu. 14. fo. 37
Hæres non cõficiens inuentarium, an te-

tur in foro conscientia ultra vires hæreditarias. ibi. nu. 16. fo. 38
Hæres, qui non exequitur volutatẽ defuncti, quam pœnam patitur: & quo pacto eam effugere possit. in. c. si hæredes. nu. 7. fo. 57
Hæreses episcopi probare debent bona ab episcopo relicta alio quam ecclesie titulo obuenisse. in. c. 1. nu. 6. fo. 76
Hæredis institutio qualiter tollatur seu reuocetur per testamentũ sequens, vel codicillos. 2. par. rub. fo. 21. col. 1
Hæredis institutio an possit nutu fieri. in. c. cû tibi. nu. 4. fo. 83
Hæredis incerti ex certis electio potest alteri committi. ibi. nu. 11. fo. 85
Hæredis institutio pietatis causa facta potest in voluntatem alterius conferri. in. c. cû tibi. nu. 12. fo. 85. & seq.
Hæreditatis aditio quando sit necessaria supra verbo: aditio.
Hæres quo pacto: seu qua ratione agit petitione hæreditatis: non rei vèdicatione. in. c. Rainuntius. §. 10. nu. 6. fo. 136
Hypotheca pro legatis à iure inducta an tollatur per specialem hominis testantis Hypothecam. in. c. Rainuntius. §. 10. nu. 7. fo. 136
Hypotheca an censeatur cõstituta ex eo quod quis legat, vel promittit soluere centum ex fundo Semproniano. ibi. nu. 8. fo. 136

I.

Impedito an currat tẽpus datum ad exequendam vltimam volutatẽ, & quid de ignorante. in. c. 3. nu. 3. fo. 47
Ingratitudo est quãdõq; mortale peccatum in c. cum in offic. nu. 10. fo. 65
Ingratitudinis causa an detur aduersus ingratos actio. ibid.
Ingratitudinis causæ ex quibus filius potest exheredari explicantur. in. c. Rainuntius. nu. 9 fo. 99
Ingratitudinis causa non repellit filium à successione patris intestati. & ibi quid de fratre. ibid. nu. 7. fo. 98
Ingratitudo an remittatur pœnitenti filij. in. c. Rainuntius. nu. 18. fo. 91
Ingratitudo an censeatur remissa per religionis professionem. ibi. nu. 20. fo. 101
Inimicitia post testamentũ contracta inter testantẽ, & heredem seu legatarium nõ operatur reuocationem testamenti. 2. part. rub. fol. 14. col. 3. & 4.

Repertorium.

Institutio in certa, an sit verus hæres, & an deducatur Trebellianicam. in. c. Rainuntius. §. 1. num. 9. fo. 106.

Institutio patris & filij concepta per copulam & quem intellectum habeat. in eodem cap. §. 2. num. 1. fo. 107.

Institutio pluriū nihil refert, an fiat per dictio nē, & an per dictionem, cum. ibi nu. 3. f. 107

Institutio Sempronij, & eius filij hæredis ita accipienda est, vt non admittantur simul. ibidem num. 5. fo. 108

Institutio vnius, & plurium nomine collectiuo facta, quem intellectum habeat. ibi. n. 6. & 7. fol. eo.

Instrumentum publicum notarij, vt fidē faciat an sit necessario legendū ipsiſ testibus, & cō trahentibus. in. ca. relatum. in. 1. nu. 11. fo. 78.

Intestatorum successio passiuā in Epitome de succes. ab intest. per totam. fo. 170

Inuentario non confecto an deducatur Trebellianica in. ca. Rainuntius. §. 11. nu. 10. fo. 143.

Inuentarium an sit semper conficiendum dixi superius dictione, hæres, & dictione: ecclesia: & dictione: fiscus.

Iudex appellationis potest sententiam primā supplere in his, quæ naturalitatis, & causæ postulat in. c. Rainuntius. §. 11. nu. 1. fo. 138

Iudex potest nemine petente supplere in his quæ ex actis constat. ibi. vsque ad nume. 4.

Iudici facta promissio, vt iudici, ad successorē transit, etiam ipsius proprio nomine expresso in. c. requisisti. nu. 6. fo. 94

Iuramentum an faciat validam omniū bonorū donationem. 2. par. rub. nu. 4. & 5. fo. 4

Iuramentum an faciat testamētum irrenocabile. ibi. nu. 9. fo. 6. & n. 15. cū sequētib. fo. 10.

Iuramentum irrenocabile facit pactum, quo iurisdictionis prorogatur. ibi.

Iuramentum efficit irrenocabiles cōtractus innominatos. ibi.

Iuramentum efficit validam donationem inter vir. & vxor. 2. par. rub. nu. 10. fo. 6

Iuramentum sortitur naturam actus, cui accedit ibi. & nu. seq. & num. 12. fo. 7

Iuramentum nō firmat pœnalem stipulationē de qua in. l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de ver. obli. 2. par. rub. nu. 16. & seq. fo. 11.

Iuramentum non cōfirmat stipulationem pœnalem, cuius meminuit. l. Titia. ff. de ver. obli ga. ibidem. nu. 17

Iuramenti mentio specialis est necessaria derogationibus. 2. par. rub. nu. 16. fo. 11. col. 3

Iuramentū in secundo testamēto appositū ope

ratur reuocationem primi, quascūque derogationes habentis, absque speciali eius mentione. ibi. & fo. 15. col. 3

Iuramentum præstitū alicui an trāseat ad eius successores, vel eius à quo præstat. in. c. requisisti. nu. 2. fo. 93

Iuramentum an habeat vim clausulæ codicillaris, seu illius: si nō valet vt ago, valeat, vt valere potest. in. c. Rainald. §. 3. nu. 10. fo. 161

Ius adcreſcendi admittitur inter fideicommissarios in. c. Rainaldus. §. 1. nu. 4. fo. 151

Ius patronatus ecclesiarum, & ius sepulchrorū an tranſeant in fideicommissarium, & an in directum substitutum militare in. c. Rainuntius. §. 9. nu. 8. 11. & 12. fo. 31. & 132

L.

Legatum quando reuocetur alienatione rei legatæ. 3. par. rub. nu. 19. fo. 27

Legatum quibus formulis olim fieri solebat in cap. Rainuntius. §. 19. nu. 1. fo. 135.

Legata hodie sunt ex æquata fideicommissis. ibi. nu. 2. fo. 135

Legatario quæ actiones competant ibidem.

Legatum factū pauperibus post diem an possit ante diē distribui eisdem in. c. tua. n. 5. fo. 125

Legatum pium est intelligēdum in dubio iuxta id, quod maius est. in. c. indicāte. n. 4. f. 52.

Legata pia coram duobus testibus relicta valida sunt omnino, etiam si testes illi solum habeant qualitates à iure canonico requisitas. in. c. relatum. 1. nu. 8. fo. 77

Legata pia an requirāt aditionem hæreditatis. in. c. Rainaldus. §. 3. nu. 11. fo. 162

Legata pia intra quod tēpus sunt mandāda executioni. c. 3. nu. 6. fo. 47

Legatum pium nō efficitur caducum ex eo, quod non sit locus certus designatus ad ædificiū cōstructionem in. ca. 3. nu. 12. fo. 51

Legata pia sunt executioni mandāda, alioqui maxima pœna nō exequenti infertur in. c. si hæredes. nu. 5. fo. 54. & nu. 9. fo. 58

Legata pia sunt tractanda secundum canonum decreta, etiam à iudice seculari. in. c. relatum in. 1. num. 1. fo. 74

Legata pia an peti possint ex testamento minus solenni: factō tamen principaliter ad aliam quampiam causam. ibi. nu. 3. fo. 75

Legata pia an debeantur ex testamento imperfecto ratiōe voluntatis. ibi. nu. 9. & seq. fo. 77

Legata pia possunt peti ab hærede etiam laico corā iudice ecclesiastico. ibi. num. 13. fol. 80.

Legatum

Repertorium.

Legatum relictum alicui sancto si sancti illius oratorium non reperitur, cui debeatur. c. 3. num. 9. fo. 48

Legatum relictum uxori, illi tantum debetur, quæ uxor erat tempore testamenti. in cap. requi-
sisti. num. 3. fo. 94

Legatum canonicis relictum, collegio canonico-
rum acquiritur, non ecclesie. ibi. nu. 10. fol. 96

Legatum an possit repudiari in alterius substi-
tuti præiudicium in c. Rainal. §. 3. n. 12. fo. 164

Legatum in minus solenni testamento, etiam
in animæ iudicio non debetur. in. c. cum es-
ses. num. 4. fo. 70

Legatarius re sibi legatam in minus solenni testame-
to non potest furto subtrahere. ibi. n. 10. f. 73.

Legatum factum ciuitati ad spectaculum, an pos-
sit in alium usum conuerti in. c. 3. n. 9. fo. 48.

Legatum pro dote conditionale est, nisi ex cõie-
cturis aliud præsumatur. in. c. 3. n. 9. fo. 48.

Legatario quando competat electio. in cap. in
dicante. nu. 3. fo. 52.

Legatarius tenetur probare scientiam testatoris
legantis rem alienam. in. c. filius. nu. 1. fol. 53

Legata re aliena, in qua testator ius pignoris ha-
bet, solum cõsetur legatum ipsum ius pigno-
ris. ibi. nu. 2. fo. 53

Legatum rei alienæ, quæ tamen alienari non
potest, minime valet. ibi. nu. 5. fo. 54

Legatum rei alienæ, quæ dotalis est, valet quoad
æstimationem. ibidem.

Legatum rei alienæ, cuius est difficilis aliena-
tio, valet in. c. filius. nu. 5. fo. 54. ibidem.

Legatum rei minoris valet. ibidem.

Legatum relictum creditori quando compen-
setur cum debito conuentionali, vel legali.
in. c. officij. num. 2. fo. 88

Legatum relictum parochiali ecclesie, an im-
putetur in quartam eidem ecclesie iure debi-
tam. ibi. nu. 6. fo. 90

Legatum factum filie prodote in certa quantitate,
an tollatur ex eo quod pater ipsam filiam data
minori dote tradidit marito. ibi. nu. 10. fo. 91

Legatum an possit fieri nutu. in. c. cum tibi. n. 3. f. 82

Legatum in liberam alterius voluntatem con-
ferri potest. in. ca. cum tibi. nu. 7. fo. 83

Legatum dotis potest in alterius liberam volu-
tatem conferri. ibi. nu. 15. fo. 88

Legitima non est lucrum, sed quasi debitum. in
cap. si hæredes. nu. 9. fo. 58

Legitima an sit deducenda in vna tantum re, vel
ex omnibus rebus hæreditarijs in. c. Rainal-
dus. §. 2. num. 5. fo. 155

Legitima filij an patiatur aliquod grauamẽ ex

testamento militis, & an directa militaris ex-
tendatur ad legitimam instituti. in cap. Rai-
nuntius. §. 9. num. 10. fo. 131

Legitimæ an possit apponi grauamẽ ex cõsen-
su filij. in. c. Rainaldus. §. 2. nu. 3. fo. 154

Legitima an priuetur filius ex eo quod non con-
fecerit inuentarium. in. c. si hæredes. n. 9. fo. 58

Legitima an priuetur filius qui patris volunta-
tem non exequitur. ibidem.

Legitima an possit à filijs peti ante naturalem
mortem parentis religionem professi. in. c.
2. num. 7. fo. 44.

Lex civilis iusta est omnino seruanda in animæ
iudicio. in. c. cum eses. num. 6. fo. 71.

Lex fundata in præsumptione, non erit seruanda
in foro cõscientie. ibi. nu. 4. & 9. fol. 71. 72.

Lex civilis inducens solennitatem in numero
testium adhibenda in testamentis iusta est.
ibi num. 6. fol. 71.

Lex civilis permittens legatum rei alienæ, est
iusta in ca. Filius. num. 6. fo. 55

Liberi primi gradus qualiter deducant legiti-
mam & Trebellian. in. c. Rainuntius. §. 11. nu
4. cum seq. fo. 141

Libellus qualiter cõcipiatur ad legatum cui fuit
addita poena. in. c. Rainal. §. 1. nu. 9. fo. 153.

Liberorum fauore testamentum coram testibus
& testatore scriptum valet, licet iterum eisdẽ
lectum non sit. in ca. relatum. in. 1. fo. 79. col. 2.

Liberorum fauore testamentum cõsetur habere
clausulam derogatoriã. 2. part. rubi. fo. 15

Liberorum fauore an censeatur adiecta clausu-
la codicillaris in. c. Rainunt. §. 1. nu. 4. fo. 104

Licentia testandi a Romano Pontifice dispen-
satione cõcessa ad primũ testamentum refer-
tur. in. c. cum in officijs. nu. 8. fol. 64

Licentia testandi à Romano Pontifice concessa
per dispensationem, morte ipsius Romani Pon-
tificis concedentis expirat. ibi. nu. 8. fol. 64.

Litis contestatio in causa appellationis an sit
necessaria. in. c. Rainald. §. 2. nu. 1. fol. 153.

M.

Mandatũ cum libera, quando cõsetur cõces-
sum. in. 2. par. rub. num. 14. fo. 9. col. 4

Maioratus an possit reuocari. 2. parte. rub. nu.
7. fol. 5.

Maioratus à viro, & uxore constitutus an pos-
sit ab vno ex eis reuocari, altero inuito vel
mortuo. ibi. nu. 8. fo. 5.

Masculi descēdētes ex feminis, an dicantur de
sobole, vel progenie. in. c. Rainal. n. 13. fo. 132

De testa. Z 3 Masculi

Repertorium:

Masculi an excludant Foeminas ex illa conditione: si sine liberis decesserit. in cap. Rainaldus. in princ. num. 2. fo. 147.

Mater quo pacto filio intestato succedat. in Epitome de success. intest. m. r. & seq. fol. 170.

Minor decē & septē annis non potest esse executor testamentarius in. c. tua. nu. 4. fo. 145.

Molestia an intelligatur de facto an de iure in capite. Rainaldus. §. 1. nu. 8. fo. 153.

Monachus testari non potest post professionem. cap. 2. num. 4. fo. 43.

Monachus an possit exheredari ob causam in gratitudinis commissam ante professionem in cap. Rainuntius. nu. 20. fo. 101.

Monachus ante professionem testari potest. & ibi de testamento facto ante ingressum religionis. in. c. 2. n. 5. & 6. fo. 43. & ibi. n. 9. fo. 45.

Monachus non potest esse testamētorum executor. in. cap. tua. nu. 1. fo. 144.

Monachus factus episcopus, an liberetur ab statutis, & regulis monasterij in. c. 1. n. 18. fo. 40.

Monacho viuēte, an eius filijs debeat legitima; quā ut statim eis tradi debeat in. cap. 2. num. 7. fo. 44.

Monachus à primo monasterio ad secundum recedens, an deferat secum bona primo monasterio iam quæ sita. c. 1. nu. 20. fo. 40.

Monachi tenentur quartā portionē soluere parochiali ecclesiæ in. c. vlt. nu. 6. fo. 169.

Monasterium bonorum capax in vita monachi possidebit eius bona, excluso hærede instituto. in capite. 2. nu. 6. fo. 44.

Monasterio an adquiratur hereditas ipsi monacho delata absque ipsius monachi aditione in. c. 1. num. 21. fo. 41.

Mortis causa donatio superi? dictione donatio. Mortis causa capio quid sit. 3. part. rubr. num. 26. fo. 31.

Mortuorum exequia qualiter celebrentur in cap. vlt. nu. 1. fo. 168.

N.

Nominis proprii ab appellatiuo distinctio ut actus realis, vel personalis iudicetur cessat omnino ex coniecturis in cap. Requisisti. num. 1. fo. 93.

Nouatio quare dicatur à Iuriconsulto, quasi noua obligatio. 1. par. rub. n. 2. fo. 1.

Nouendiale sacrum, quid in cap. vltim. numero. 3. fo. 167.

Notorium an sit allegandum necessario. in cap. Rainuntius. §. 1. nu. 3. fo. 140.

Notarius an possit absq; iussu contrahentium apponere clausulas consuetas. in. 2. par. rub. num. 14. fo. 9.

Notarius tenetur iterum legere testibus & contrahentibus instrumentum perfectum in ca. relatum. in. 1. nu. 11. fo. 78.

Ordines sunt nouē in. c. quia nos. n. 4. fo. 68.

Ordo cenfetur prima tonsura. ibidem.

P.

Pactum nudum cui iure ciuili actionem non pariat. in ca. cum in officijs. nu. 10. fo. 66.

Papa ex causa potest aliquē regno priuare. in cap. si hæredes. nu. 10. fo. 60.

Papa an possit permittere clericis liberā testandi facultatē de redditibus beneficiorum. in. c. cum in officijs. nu. 7. fo. 63.

Papa an possit monachis concedere licentiam testandi. in. c. 2. nu. 10. fo. 45.

Papa potest monachum à voto continentie eximere, & à voto paupertatis. ibidem.

Patris consensus qualiter præstari debeat donationi causa mortis factæ per filiumfamil. 3. par. rub. nu. 6. fo. 23.

Pater habet vsumfructū in illis bonis, quæ filius familias habuit antequam fieret clericus, in ca. quia nos. nu. 2. fo. 67.

Patre accipiente emphyteusim pro se & filijs, an eo mortuo masculi excludat foeminas in. c. Rainuntius. §. 2. nu. 2. fo. 107.

Patre accipiente emphyteusim pro se & filijs, eo mortuo, an competat filijs emphyteusis ex mortis causa capione. 3. par. rubri. num. 26. fo. 31.

Pater quo pacto filio succedat ab intest. in Epitome de success. ab intest. nu. 1. & seq. fo. 170.

Pauperum hæredum institutio incerta valet & ibi qualiter sit intelligenda in ca. cum tibi. nu. 14. fo. 87.

Pauperibus factū legatum post diem, an ante diē distribui possit eisdē. in. c. tua. n. 5. fo. 145.

Pietatis causa plurima sunt. insigniter notada, quorum meminimus in dictione legatum, & dictione causa, & dictione heredis institutio & alibi.

Pietatis causa an illa conditio: si sine liberis decesserit intelligatur de masculis substituta ecclesia. in. c. Rainunt. in principio. n. 3. fo. 147.

Pensionarius licite, & iure potest, proprio testamento disponere de redditibus ecclesiasticis ex pensione

Repertorium.

pensione perceptis in. c. cum in officijs. nu.
 6. fo. 63
Pœna à iure inducta cōtra non exquentes vl-
 timas voluntates, an requirat sententiam in
 c. si hæredes. nu. 8. fo. 58
Pœna adiecta in testamento qualiter cōmitta-
 tur in. c. Rainaldus. §. 1. nu. 7. fo. 152
Positi in conditione, quando censeantur positi
 in dispositione, & vocati, late tractatur in ca-
 pit. Rain. §. 3. nu. 2. fo. 103. cum seq.
Possessio vnde dicatur. 1. par. rub. nu. 2. fo. 1
Possessor olim, an præsumat hodie possessor.
 in. c. Rainunt. §. 11. nu. 2. fo. 139
Prima tonsura an sit ordo. in. c. quia nos. nu. 4.
 fo. 68
Prælatus an teneatur facere inuentarium de re
 bus ecclesie. in. c. 1. nu. 9. fo. 36
Præsumptio pro aliquo à iure inducta est ab
 eo alleganda in. c. Rainuntius. §. 11. nu. 1. &
 seq. fo. 138
Prohibitus alienare aliquã rem, an possit eam
 transferre in hæredem legitimum, vel extra
 neum late in. c. Rainal. nu. 5. fo. 148
Procurator cum libera, an possit agere ea, quæ
 mandatum exigunt speciale. 2. part. rub. nu.
 14. fo. 9
Punitio criminis mixti fori facta ab ecclesiasti-
 co iudice, non impedit punitiōem iudicis
 secularis, in. c. Rainuntius. nu. 19. fo. 101
Pupillaris substitutionis materia tractabitur in
 ferius dictione. substitutio.

Q.

Quarta canonica portio ex quibus debeat-
 tur in. c. officij. n. 1. fo. 88. & nu. 12. fo. 92
Quarta portio quando debeatur parochiali ec-
 clesie. c. vlt. nu. 5. fo. 169
Quod vna via prohibetur alia permitti non de-
 bet in. c. ad hæc. nu. 1. fo. 67

R.

Reciproca substitutionis materia inferius
 dictione substitutio.
Relictum pro legitima an inducat institutionē
 in. c. Rainuntius. §. 1. nu. 6. fo. 105
Religiosi an possint esse executores vltimarū
 voluntatum in. c. 1. nu. 1. fo. 144
Remuneratio impedit repetitionē eius quod
 solutum est errore iuris. in. c. cum in officijs.
 nu. 10. fo. 66
Restitutio male ablatorum per quem fieri de-
 beat. in. c. 3. nu. 8. fo. 48

S.

Seruus legatus, & fugitiuus cuius expensis fit
 quærendus in. c. indicante. nu. 6. fo. 53
Solemnitas remissa ab vltima voluntate an cen-
 seatur remissa à donatione causa mortis. 3.
 par. rub. nu. 21. fo. 28
Substitutio quid sit, & quare hoc nomen ha-
 beat. in. c. Rainuntius. §. 4. nu. 1. fo. 111
Substitutionis directæ, & obliquæ distinctio
 ibidem num. 2
Substitutionis vulgaris diffinitio in. c. Rainun-
 §. 4. nu. 3. fo. 111. & 112
Substitutio vulgaris quib⁹ verbis fiat ibi nu. 42
Substitutio vulgaris in vnum casum concepta
 ad alium extenditur. ibi. nu. 5. fo. 112
Substitutio vulgaris tacitā pupillare cōprehē-
 dit, quæ tamē matrem nō excludit. nu. 6. fo. 112
Substitutio vulgaris an matrem testatoris ex-
 cludat ibi. nu. 7.
Substitutio pupillaris expressa matrem pupi-
 li excludit, etiā in foro animæ in. c. cū esse.
 n. 11. fo. 73. & in. c. Rain. §. 5. n. 6. fo. 119
Substitutionis pupillaris diffinitio in. c. Rainū-
 tius. §. 5. nu. 1. fo. 113
Substitutio pupillaris, quo tempore requirat
 patriam potestatem ibi. nu. 2.
Substitutio pupillaris quib⁹ verbis fiat. ibi. nu.
 4. fo. 114
Substitutio pupillaris expressa, quam vulgarē
 contineat. nu. 5. fo. 114
Substitutionis pupillaris effectus aliquot in. c.
 Rainuntius. §. 5. nu. 6. fo. 119.
Substitutio pupillaris an cōseruet per auth. ex
 causa. C. de lib. præ. in eo. c. §. 6. nu. 3. fo. 120
Substitutio pupillaris expressa matrem exclu-
 dit. in. c. Rainūtius. §. 5. nu. 6. fo. 119
Substitutio pupillaris facta pluribus pupillis
 nō operatur inter eos reci procā substitutio-
 nē. in. c. Rainūtius. §. 8. nu. 5. fo. 126
Substitutio pupillaris directā facta vltimo mo-
 riētī in tota hereditate, vel fundo operatur re-
 ciproca substitutionē inter institutos. ibi. n. 6
Substitutio pupillaris facta vltimo moriētī o-
 peratur fideicommissariā reciproca substituo-
 tionē inter institutos eo casu, quo primò mo-
 riens decedat pubes. nu. 7. fo. 127
Substitutionis exēplaris diffinitio in. c. Rainū-
 tius. §. 6. nu. 1. fo. 120
Substitutio exemplaris potest fieri filio exhæ-
 redato ibid. nu. 2
Substitutio exēplaris quibus verbis fiat. in eo.
 §. nu. 5. fo. 122. col. 1. & 2.
Substitutio exēplaris matrem furiosi excludit
 ibidem

Repertorium.

- ibid. nu. 6. fo. 122
 Substitutio exēplaris qualiter extinguatur. nu. me. 7. fo. 122
 Substitutio compendiosa quid sit in. c. Rainūtius. §. 9. nu. 1. & ibi plura ex diffinitione inferuntur. fo. 127
 Substitutio compendiosa quibus verbis fiat. d. §. 9. nu. 3. fo. 129
 Substitutio cōpendiosa plura tempora exigit. d. §. 9. nu. 1. fo. 127
 Substitutio cōpendiosa fieri potest sub alia cōditione, quam mortis. d. §. 9. nu. 2. fo. 128
 Substitutio cōpendiosa facta à milite verbis directis, intra pubertatem valet vt pupillaris, postea vt directa militaris. in. c. Rainuntius. §. 9. nu. 6. fo. 130
 Substitutio cōpendiosa facta à milite verbis cōmunibus, ante pubertatem est pupillaris, postea vero fideicōmissaria. ibi. nu. 13. fo. 132
 Substitutio directa militaris an extēdatur ad legitimam filij. ibid. nu. 10. fo. 131
 Substitutio cōpēdiosa facta à milite verbis obliquis omni tempore est fideicōmissaria. in. c. Rainuntius. §. 9. nu. 14. fo. 133
 Substitutio compendiosa facta à pagano verbis directis, ante pubertatem est pupillaris, postea vero expirat. ibi. nu. 15. fo. 133
 Substitutio cōpendiosa facta à pagano verbis cōmunibus ante pubertatē est pupillaris, postea vero est fideicōmissaria. ibi. nu. 17. fo. 133
 Substitutio cōpendiosa facta à pagano verbis obliquis omni tēpore est fideicōmissaria, in. c. Rainūtius. §. 9. nu. 18. fo. 134
 Substitutionis reciproce diffinitio. in. c. Rainūtius. §. 7. nu. 1. fo. 123
 Substitutio reciproca quibus verbis fiat ibidē. nu. 2. fo. 123
 Substitutio reciproca quot substitutiones cōprehendat. in. eo. §. nu. 3. fo. 123
 Substitutio reciproca vnica oratione cōcepta, eas omnes substitutiones comprehendit, quæ pariter vtriq; instituto conueniunt. ibidem nu. 4. fo. 124
 Substitutio reciproca, qualiter extinguatur. ibidem. nu. 5
 Successio qualiter deferatur consanguineis ex causa intestati. in Epitome de successio. ab intesta. fo. 170
- T.
- T**Abelliones an possint consuetas clausulas apponere in contractibus, & an clausule ex eorū consuetudine potius quā ex cōtra-
 hentium consensu censeātur adiectæ. 2. par. rub. nu. 14. fo. 9
 Tabellio an teneatur confectū instrumētū coram testibus, & contrahentibus iterū eisdem illud legere, in. c. relatum. in. r. nu. 11. fo. 78
 Testamentū, præsentibus testibus, & testatore scriptū, an sit iterū ipsis legendum in. c. relatum. in. r. nu. 11. fo. 78. & seq. & ibi quid si sit testamentum inter liberos.
 Testamentum an referri possit ad scripturam, quæ tunc coram testibus non fuit lecta in. c. tibi. nu. 5. fo. 83
 Testamentum quando possit in volūtatem alterius conferri. ibid. nu. 7. fo. 83
 Testamentum quot testes requirat. in. c. cum esses. nu. 1. fo. 69
 Testamentum factum ante professionem: post eam mutari, aut reuocari non potest in. c. 2. nu. 9. fo. 45. & nu. 5. fo. 43
 Testamentū inter liberos corā duobus testibus factum valet in. c. relatum in. 1. nu. 4. fo. 75
 Testamentū minus solēne an valeat in foro animæ in. c. cum esses. nu. 4. fo. 70
 Testamentū principaliter ad pias causas factū minus solēniter an valeat quoad legata profana. in. c. relatum. r. nu. 2. fo. 75. & ibi quid econtrario.
 Testamentum imperfectū ratione voluntatis etiā ad pias causas nō valet. ibi. nu. 9. fo. 77
 Testamentum vnde dicatur. fol. 1. col. 2. & ibi quid sit testari.
 Testamentum qua ratione dicatur à Iustiniano testatio mentis. 1. par. rub. nu. 2. fo. 1
 Testamenti diffinitio. 1. par. rub. nu. 3. fo. 1
 Testamentum apud Græcos quam dictionem habeat. 1. par. rub. nu. 6. fo. 3
 Testamentum nouum, & vetus qua ratione dicatur in sacris biblijs. ibi. nu. 7. fo. 3
 Testamentum primum reuocatur per secundum, cui ad sit solennitas iure ordinario requisita, etiam si primum sit factum coram viginti testibus. 2. part. rub. nu. 1. fo. 3
 Testamentum ad pias causas corā septem testibus reuocatur per secundum itidem ad pias causas factum corā duobus testibus. ibidem.
 Testamentum factum coram Cæsare per secundum sublatum censetur. ibi. nu. 2
 Testamentum factum corā Cæsare valet etiam sine aliquo teste. ibidem.
 Testamentum an possit effici irreuocabile privilegio Cæsaris, vel regis. 2. part. rub. nu. 3. fo. 4. col. 3
 Testamentum factum ad pias causas qualiter iudicetur.

Repertorium.

- iudicetur. superius in dictione causa pia, & dictione, legatum.
- T**estamentum primum habes clausulam derogatoriã ad secundũ, qualiter tollatur per secundum. 2. par. rub. nu. 19. fo. 12. vbi Bart. asserciones in l. si quis in princ. ff. de leg. 3. examinantur late.
- T**estamentum primum an tollatur per secundũ minus solenne. 2. par. rub. nu. 21. fo. 18
- T**estamentum primum an tollatur per actum inter viuos inualidum. fo. 19. col. 4
- T**estatoris voluntas intra quod tẽpus sit mãdana executioni. in. c. 3. nu. 1. fo. 47. & ibi nu. 2
- T**estes quot requirantur in testamento. in. c. cũ esses. nu. 1. fo. 69
- T**estes legitimi qui dicantur, & cui incumbat onus probandi testes esse legitimos. in. c. relatum. 1. nu. 5. fo. 75. & nu. 7
- T**estes an debeant esse rogati in testamentis ad pias causas. ibi nu. 4. fo. 76. & 77
- T**estis foemina an admittatur in testamẽtis cõmunibus, & quid in testamentis ad pias causas. in. c. relatum. 1. nu. 5. fo. 75
- T**estes quot sufficiant ad probandã tacitam ademptionem legatorũ. 2. part. rub. nu. 2. fo. 4.
- T**rebellianicã an deducatur à matre instituti ex testamento militis. in. c. Rainuntius. §. 9. nu. 9. fo. 131
- T**rebellianicã & legitimã deducunt liberi primi gradus rogati post diẽ restituere. in. c. Rainuntius. §. 11. nu. 4. cum seq. fo. 141
- T**rebellianicã deducturus filius an imputet in eam fructus ante diem fideicommissi perceptoros. ibid. nu. 4
- T**rebellianica portio an possit prohiberi institutis, & rogatis liberis primi gradus. in. c. Rainuntius. §. 11. nu. 7. fo. 142
- T**rebellianica an possit deduci non confecto inuentario. ibi. nu. 10. fo. 143
- T**rebellianica an deducatur ex fideicommissio pio in cap Rainaldus. §. 3. nu. 6. fo. 160
- V.
- V**erba in contractibus adiecta ipsi exequutioni non mutat dispositionem. 2. par. rub. col. 1. fo. 9
- V**erba ex vsu tabellionum contractibus appõsita quem effectum habeant. 2. par. rub. nu. 14. fo. 9
- V**erba directa obliqua, & cõmunia quẽ sint in c. Rainuntius. §. 9. nu. 4. fo. 129
- V**erbum moriatur an sit cõmune. Item verbũ substituo. & verbũ decedat ibi. nu. 5.
- V**erbum amittat an priuationem inducat ipso iure. in. c. si hæredes. nu. 8. fo. 58
- V**erbum vëdicare præmittit amissionem ipso iure in eo à quo res auferatur. ibidem.
- V**erbum auferatur an intelligatur per sententiam. ibidem.
- V**erbum relinquo adiectum vniuersitati bonorum, vel certæ rei an inducat institutionem in. c. Rainuntius. §. 1. nu. 5. fo. 105
- V**erbum lego adiectum vniuersitati bonorum an inducat institutionem. in. c. Rainaldus. §. 1. nu. 5. fo. 151
- V**oconix legis capita in. c. Rainuntius. num. 23. fo. 103
- V**oluntas libera testandi an possit tolli absq; violatione iuris naturalis. 2. part. rub. nu. 5. fo. 4
- V**oluntas libere testandi potest tolli statuto. 2. part. rub. nu. 6. fo. 5
- V**oti obligatio an sit de iure diuino. in. c. 3. nu. 12. fol. 51
- V**otum soluendi mensuram tritici, de qua mẽsura intelligatur. in capit. indicante. num. 4. fol. 52
- V**surarius manifestus an possit testari & donate causa mortis. 3. part. rub. nu. 11. fo. 24
- V**susfructus legato pluribus factõ, & in eo cõcepta substitutione post omnium, vel plurium mortem, censetur facta reciproca substitutio inter legatarios. in. c. Rainuntius. §. 8. nu. 4. fo. 125
- V**susfructus bonorum patre ingrediente religionem, & sequuta professione integer ad filiũ pertinet. in. c. 2. nu. 8. fo. 44
- V**ulgaris substitutionis materia superius tractatur dictione. substitutio.
- V**xori factum legatum, ei tantum vxori deferatur quæ tempore testamenti erat vxor. in. c. requisisti. nu. 10. fo. 96.

Repertorij Finis.

SALMANTICAE
Excudebat Alexander à Canoua.
Anno Dñi. 1572.



Reporroij Finis

(2)
SVB CAROLO. V. RO-
MANORVM MAXIMO
Imperatore, primo Hispa-
niarum Rege.



✠ DIDACI COVARRVVIAS ✠


TOLETANI, OLIM EX INSIGNI DEI
maximi Saluatoris Collegio, in totius orbis celebratissimo Sal-
manticensi gymnasio, Iura Pontificia publico munere pro-
fitentis, nunc verò Episcopi Segobiensis in librum
Quartum Decretalium Epitome, ex Quar-
ta autoris recognitione aucta ac
locupletata.


SALMANTICAE,
Apud Ioannem à Canoua.

1566.



[Illegible cursive handwriting]





San Juan Baptista